

Re-769

Phil
ata
sil



Kassai királyi jogakadémia
Könyvtára

Szekrény szám / /
0sztályzat / /

380

B.



Inspectus Catalogo
ACTA ET SCRIPTA

SANCTORUM

G R E G O R I I

NEOCÆSARIENSIS,

D I O N Y S I I

ALEXANDRINI,

ET

M E T H O D I I

LYCII

SUO ORDINE DIGESTA

ET

ANNOTATIONIBUS

HISTORICO-THEOLOGICIS

ILLUSTRATA

▲ **JOANNE BAPTISTA PRILESZKY**

e Soc. JESU SS. Theologiæ Doctore,

Ejusdemque Professore,

& Universitatis Tyrnavienis

CANCELLARIO EMERITO.



Cum Licentia Superiorum.



CASSOVIÆ , TYPIS ACADEMICIS SO-
CIETATIS JESU, Anno MDCCXLVI.

Okrasna ludočka

Pri. E.

13036/964

Sign.

Rz 969

Rzp 180
Odb. zh.

233



Rev. 1986

Rev.

D U M
S U P R E M A
P H I L O S O P H I A E,
AC
T H E O L O G I A E
L A U R E A
IN ALMA EPISCOPALI SOCIET. JESU
UNIVERSITATE CASSOVIENSI
ANNO SALUTIS M.DCC.LXVI.
DIE MENSE DECEMBRI.
IN SIGNITUS EST
ADMOD. REVERENDUS, EXIMIUS,
AC
CLARISSIMUS DOMINUS
A N D R E A S Z A S I O
SACRI, CANDIDI, CANONICI,
AC EXEMPTI ORDINIS
PRÆMONSTRATENSIVM.
R E G I A E E C C L E S I A E L U C E N S I S
CANONICUS REGULARIS,
ECCLESIAE DEBRÖD
ARCHI-DIOCESIS STRIGONIENSIS
P A R O C H U S.

S U B
MUNIFICIS AUSPICII
REVERENDISSIMI , ILLUSTRISSIMI ,
EXCELLENTISSIMI DOMINI
DOMINI
G R E G O R I I
L A M B E K
Sacri, Candidi, Canonici,
ac Exempti Ordinis Præmonstra-
tensium Canonic. Regularium.
Regiæ ac Celeberrimæ Ecclesiæ Lucensis
A B B A T I S,
Marchionatus Moraviæ Statuum
P R Æ L A T I,
Griffii , Jaszoviæ , Leleszini &c.
PATRIS ABBATIS,
Promontorii S. Steph. ad M. Varadinum
PRÆPOSITI INFULATI,
PROTONOTARI APOSTOLICI.
Ejusdem Ordinis per Regnum Hung.
VICARI GENERALIS
Utriusque Sacrae Cæf. Reg. Apost. Majestatis
ACTUALIS, INTIMI, CONSILIARII,
DOMINI, DOMINI
PATRIS SUI GRATIOSISSIMI.

REVERENDISSIME
ILLUSTRISIME
AC
EXCELLENTISSIME
DOMINE DOMINE
P R A E L A T E!



Ea adversum TE filialis
observantia imperavit,
supremam ut Philo-
phiæ, ac Theologiæ Lauream
TIBI cum primis inscriberem, cu-
jus sub nomine ipsæ quoque vir-

) tu-

tutes TUÆ ad amorem, & hono-
rem mortalium sese cordibus, &
animis inscripserunt. Nimirum
virtutes etiam quantumlibet con-
spicuæ gaudent TUO sub nomine
in publico apparere, sive ut a TE
illæ, sive ut TU ab illis illustreris,
& ameris, dum efficis, ut illæ in
TE, TU in illis honoreris, & ame-
ris.

Nec immerito istuc fane. Quid
enim in TE est, quod honore di-
gnum non sit, & amore? an do-
ctrina? at ea ita polles, ut præ-
cla-

claram illam laudem , quæ velut
umbra Viros doctos adfectatur ,
TUAM fecisse censearis. An eru-
ditio ? sed hæc tanta est , ut pe-
ne quidquid abditum in literis , id
in TE apparere , quidquid obscu-
rum in libris , in TE resplendere ,
quidquid vetustum in codicibus ,
in TE , TUAque capacissima men-
te reflorere videatur. Atque hinc
est , quod TUOS , ut luculento
nunc in me exemplo ostendis ,
munifica prorsus manu , & hono-
rum titulis ad solidæ eruditionis

laudem , id est , ad TUA vestigia
consecanda invites , ac exstimus-
les.

Quid vero de reliquis dicam
virtutibus ? quæ TE semper ita
comitabantur, ut per Philosophiæ,
ac Sacrosanctæ Theologiæ do-
ctionem velut per totidem passus
sublimioris sapientiæ ad PRIORA-
TUM progressæ , & in DECANATU
jam Znoymensi, & in PRÆPOSITURA
Lelesziensi , ad PEDI ABBATIALIS
mensuram excreuisse viderentur.
Imo etiam excreverunt: nam ille

ardens **TUUS** zelus , illud incre-
dibile studium , quo conatus ,
contentiones , labores , cogita-
tionesque omnes in **DEum** refe-
rebas ; illa consummata , & sin-
gularis prudentia , qua in **PRI-
RATU** in primis : tum in **PRÆPOSI-
TURÆ** munere constitutus offici-
um **TUUM** ex usu omnium , sen-
tentiaque faciebas ; illa morum
gravitati intermixta moderatio ,
& facilitas , qua omnium **TIBI**
animos devinciebas ; illa circum-
specta , & comis , ac mira qua-

dam svavitate condita agendi ratio , qua ora omnium in laudem nominis TUI , & commendationem exciebas ; ille in se magnificus , nec in honestatem magis , quam liberalitatem proclivis animus , quo cæterorum æque , ac TUORUM cordibus amorem imperabas , quid erant aliud , quam sublimes illi virtutum maxime conspicuarum gradus , quibus TU ad eam , quam modo ex sententia omnium felicissime tueris , & imples , dignitatem ascendisti.

Jam

Jam vero sublimatus in ho-
noris amplissimi fastigium , qua-
lis , quantusque sis , nihil attinet
dicere , quando insignia animi
TUI decora in omnium ore , at-
que oculis versantur . Sane hæc
AUGUSTAM æquissimam meritorum
æstimatoricem permoverunt , ut
TE inter secretiorum consilio-
rum Ministros adlegeret ; hæc No-
bilissimum nostrum Ordinem quo-
tidiana afficiunt lætitia , dum tan-
tum a **TE** splendoris sibi , Bono
autem publico tantum emolu-
men-

menti accedere intuetur. His i-
gitur virtutum radiis præfulgen-
tem ut TE DEus Optimus quam
longissime incolumem nobis, ac
Reipublicæ præstet, deprecari
non desinam.

REVERENDISSIMÆ
ILLUSTRISSIMÆ
AC
EXCELLENTISSIMÆ
DOMINATIONIS TUÆ

Cliens perpetuus
ANDREAS ZASIO

AD LECTOREM.

Si quem boni Superi ea gratia dignarentur, ut priscos Ecclesiæ Christi Patres intueri ad horam; & familiariter alloqui liceret; næ ille lætitiis omnibus incederet, nihilque tam beati temporis absque alterna sermocinatione effluere pateretur. At quæ Dei est benignitas, non prorsus interclusa nobis hæc facultas videtur. Rerum enim a magnis illis Religionis nostræ Antistitibus gestarum historia eos nobis quodammodo spectandos sistit, & transmissæ ad nos lucubrations sacræ colloquii vices obeunt: hoc majori commodo, quod istud, cum libuerit, repetere, & de fide pariter, ac moribus, omnique disciplina veterum instrui per ocium possimus. Unde ego fateor voluptate jucundissima me perfundi toties, quoties veneranda priscorum Patrum Acta, aut Scripta in manus summo. Ut autem voluptatis hujus oportunitatem tibi quoque faciam Lector benevole, cum alios alias,

tum

tum in præfens tres e tertio Christi seculo sanctissimos juxta ac doctissimos , Gregorium scilicet Neocæfareæ in Ponto , Dionysium Alexandriæ in Ægypto , & Methodium Tyri , Pataraeque in Lycaonia Præfules in medium adduco . Ac in primis quidem res ab iis præclare gestas ex monumentorum probatissimorum fide enarro , tum quæ sub illorum nomine circumferri solent , lucubrations ad leges moderatae Critices expendo , genuinas denique , & superstites , aut prorsus integras , aut potiori ex parte fideliter repræfento . Omnibus Annotationes Historico - Theologicas , easque locupletissimas adjeci : cum ut quæ obscura videri possunt , elucidarem , tum ut sacræ antiquitatis notitiam tecum uberius communicarem . Tu quisquis hæc legeris , fidem , & mores ad tantorum Patrum normam compонere satage , opellamque meam boni consule , & Vale .



ACTA



ACTA ET SCRIPTA
SANCTI GREGORII
NEOCÆSAREENSIS
E P I S C O P I .

C A P U T I.

De Gestis Sancti Gregorii.

QUi primum Theodorus ,
postea Gregorius , a patria , &
Episcopali Sede Neocæsareensis,
a multitudine , & magnitudine miraculorum
Thaumaturgus dictus est , Neocæsareæ i.)

A in

i.) Posteaquam C. Julius Cæsar , & adoptatus ab
eo Octavius Augustus Romanam Rempublicam in Mon-
archi-

in Ponto 2.) post annum Æræ Christianæ CCXX. Si Eusebium, & Rufinum ejus Interpretem audimus, primam lucem aspexit. Nam ut laudatus Historicus l. 6. Hist. Eccl. c. 22. scribit, „ cum apud Cæfaream Palæstinæ 3.) moraretur Origenes,

archiam converterunt, complures in eorum, & sequentium Cæsarum honorem urbes conditæ, & Cæsareæ sunt appellatae. Hæc quia post Cæfaream Palæstinæ, Mauritaniæ, & Cappadociæ assurrexit, junioris seu Neocæsarea nomen sortita fuit, jacebatque ad Lycum amnum.

2.) Ponti nomine regiones variæ mari appositæ, in Asia pariter, & Europa veniunt. Hic Pontum Cappadociæ intellige: quia regio illa, in qua Neocæsarea sita erat, Euxino mari adjacet, & ad Cappadociam olim pertinebat.

3.) Cæsarea Palæstinæ antea Στρατόνιος πυγγός, seu Turris Stratonis vocabatur, teste Josepho l. 1. de bello Jud. c. 16. sitaque inter Doram & Joppen erat. Sed cum „ ora ejus maritima (verba sunt Josephi loc. cit.) adeo importuosa esset, ut omnes, qui ad Ægyptum ex Phœnico navigabant, in salo fluctuare cogerentur, minas Africi metuentes.. Herodes senior liberalitate, ac sumptibus devista natura, Piræo majorem portum fabricavit, & in ejus penetralibus stationes navibus fecit altissimas.. Metitus enim portui spaciun, per viginti ulnas in fundum sava demisit: quorum pleraque pedum quinquaginta longitudinis, altitudinis novem, & latitudinis decem, nonnulla etiam majora fuerunt. Expleto autem spacio,

nes , 4.) in Palæstinam venerunt Theo-
A. 2 do-

cio , quod unda celabat , in ducentos pedes murum di-
latavit : ex quibus centum repellendis fluctibus erant
constructi , cæteri faxeo muro , quo portus cingitur , sub-
jecti , magnis turribus impositis .. Ad ostium collossi tres ,
utrinque fulti columnis .. domus portui conexæ candido
ex lapide , parique mensura spaciiorum civitatis viæ ten-
dentes in portum . Contra ostium portus , in colle Cæ-
sar is templum , in eoque Cæsar is (Augsti) Colossus non
minor , quam Jovis apud Olympiam , cuius ad exemplar
factus est .. Instauratum ita oppidum provinciæ dedica-
vit Herodes , & Cæsari conditoris honorem : unde &
civitati nomen Cæsareæ imposuit . Cætera item opera , fo-
rum , theatrum , amphitheatrum digna vocabulo collocavit ,
& quinquennali certamine instituto , ei quoque nomen
Cæsar is donavit , primusque ipse CXCII. Olympiade ma-
xima præmia proposuit : ut non solum victores , sed &
proximi , & tertii successores eorum regalibus divitiis
potirentur . ,

4.) Origenes Adamantius Alexandriæ in Ægypto na-
tus est circa an. Chr. CLXXXIV. patre Leonide : qui
in severi persecutione anno Chr. CII. vel sequenti pro
Christi nomine capite plexus martyrium consummavit .
Literis sacris , & prophanicis partim a patre , partim a
Clemente Alexandrino egregie excultus , huic in docendi
munere successit , scholæque Alexandrinæ diu cum laude
præfuit . Sed cum inconsulto Episcopo suo Demetrio , a
Theoctisto Cæsareensi Antistite in Presbyterum sacratus es-
set , novaque etiam dogmata spargere cœpisset , Alexan-
dria

dorus, & Athenodorus fratres : quos ille adolescentulos de auditorio Rhetoris retractos, studia communium literarum in Divinam suasit philosophiam commutare. Quique apud eum per quinquennii tempus Verbo Dei operam dantes in tantum scientiae profectum pervenerunt, tantumque vitae, & morum cultu enituerunt, ut ab scholis ejus immatura adhuc ætate, ad Episcopatus Ponti provinciae uterque raperetur. „ Eodem vero Historico teste l. 7. Hist. c. 17. „ cum Romano adhuc Sacerdotio Xystus 5.) præcesset, & apud Antiochiam Demetrianus, 6.) Firmilianusque Cæsa-

reæ

dria pulsus est, & Cæsaream Palæstinæ se recepit, anno decimo Alexandri severi Imperatoris, ut testatur Eusebius l. 6. Hist. c. 19. qui juxta ejusdem Chronicon Aëræ Christianæ est CCXXXV. juxta alios CCXXXII.

5.) S. Xystus vel Sixtus II. in Pontificatu successit S. Stephano I. seditque juxta Eusebium annis octo, juxta Petrium l. 13. de Doctr. Tempor. anno I. mens. X. & dieb. XXIII. juxta Pagium in Critica Baronii, & Anonymum, qui Rationarium Petavii nonnihil reformatum Lugduni Batavorum recudit, mensibus duntaxat undecim, & diebus sex.

6.) Antiochiae post S. Petrum primus sedit Evodius ab anno Chr. XLII. ad annum LXXI. tum Ignatius ad

reæ 7.) Cappadociæ supereffet , Gregorius (qui ante Theodorus dicebatur) cum Athenodoro fratre , Ponti Ecclesiæ suscepit gubernandas . „ Xystus denique juxta eundem Historicum in Chron. Sedere Romæ cœpit anno Chr. CCLVIII. 8.) & Demetrianus Antiochiæ

A 3

an-

annum usque CVII. vel CXVI. post Eros vel Hero I. ad an. CXXXI. ab hoc Cornelius ad an. CXLIV. dein Hero II. ad CLXVIII. vel CLXXI. post eum Theophilus ad an. circ. CLXXXV. Huic successit Maximinus , & Ecclesiæ illam rex ad an. circ. CXCIV. Maximum excepit Serapion , sedisque circ. ad CCXIV. Serapionem fecutus est Asclepiades , sedemque vacuam reliquit Philerus anno Chr. CCXX. Post Philerum eandem conscendit Zebennus an. circ. CCXXXI. Cui suffectus est Babylas circa an. Chr. CCXL. Babylæ Fabius circa an. CCL. Fabio denique Demetrianus anno circiter CCLIV. vel sequenti.

7.) Civitas hæc ante Mazaca dicebatur: sed cum Archelaus Cappadocum rex postremus a Tiberio Cæsare regno pulsus , & Cappadocia in Romanam provinciam redacta esset , Cæsarea nomen accepit.

8.) Ita quidem Eusebius ad an. Chr. CCLVIII. „ Sixtus XXIII. Romanæ Ecclesiæ Episcopatum tenet annis octo. „ At errare illum cum quod ad initium , tum quod ad reliquum tempus Sedis hujus Pontificis attinet , manifestum est. Nam in primis Sextum in Pontificatu successisse Stephano I. & Eusebius ipse , & alii omnes con-

sen-

anno CCLV. Si igitur his , & antiquiore
nonnihil Firmiliano 9.) laudatas Ecclesias

gu-

sentiunt. Stephanus autem in carcere vel exilio Martyri-
um consummavit juxta Fastos Ecclesiae die II. Augusti
mensis , in persecutione Valeriani , & Gallieni , quæ Vale-
riano quartum & Gallieno tertium Consulibus , id est an-
no Chr. CCLVII. cœpisse dicitur in Actis passionis S.
Cypriani. Sextum quoque in eadem persecutione Martyrii
palmam adeptum esse , scribit S. Cyprianus jam exul Ep.
32. in hæc verba . „ Subjecit etiam Valerianus Imperator
orationi suæ exemplum literarum , quas ad Præsides pro-
vinciarum de nobis fecit ; quas literas quotidie speramus
venire , stantes secundum fidei firmitatem ad passionis tole-
rantiam , & expectantes de ope & indulgentia Domini
vitæ æternæ coronam . Xystum autem in cœmeterio a-
nimadversum sciatis octavo Iduum Augustarum die „ id est
VI. Augusti. Certum est igitur S. Xystum ante Cypria-
num martyrio perfunctum esse. At Cyprianus anno Chr.
CCLVIII. die XIV. Septembbris martyrium consummavit ,
ut ex Actis ejus liquido colligitur : Stephanum itaque an-
no primo ejusdem persecutionis , Christi CCLVII. finiis-
se , ejusque Successorem Xystum in sequenti anno CCLVIII.
die VI. Augusti passum esse , atque ita summum anno uno
sedisse necesse est.

9.) Firmilianus in Cæsareensem sedem electus est
circa annum Chr. CCXXX. tenuitque eam ad annum
CCLXVI. vel CCLXX. quia in itinere ad Synodum An-
tiochenam , quæ Paulum Samosatenum Demetriani Successo-
rem ,

gubernantibus , Gregorius noster *immatura*
ad huc atate , ad Episcopatum raptus est ,
naſci utique illum haud paulo poſt ann. Chr.
CCXX. oportebat. Reclamat tamen huic
epochæ cum reliqua Thaumaturgi vita , tum
Eusebius ipſe : quia l. 6. Hist. c. 21. & 22.
quinquennium illud ſub Origenis discipli-
na exactum refert ad Gordiani 10.) im-

A 4 pe-

rem , ob hæresim loco movit , obiiffe dicitur in Epiftola
synodica. Synodus autem illa juxta Eusebii Chronicō
anno CCLXIX. juxta alios alterutro e dictis annis cele-
brata fuit.

10.) Cum Julius Maximinus ex humili genere ad
Imperium a militibus elatus Rempublicam crudeliter ge-
reret , civesque ſine accusatione & judicio interimeret ,
tyrannidis pertæsus Senatus ab eo defecit , & Gordianos
patrem & filium in Africa tum agentes Augustos appella-
vit anno Chr. CCXXXVI. fed hi a Maximini ducibus
anno inſequente cæſi ſunt. Poſt eos imperium arripuerunt
Maximus Pupianus & Clodius Balbinus , addito etiam
Gordiano juniore ſenis nepote , qui puer adhuc Cæſar di-
ctus eſt. Anno CCXXXVIII. Maximinus dum Aquilejam
obſidet , a militibus interficitur , nec multo poſt eum Pa-
pianus & Balbinus : atque ita Gordianus ſolus præfeſſe Im-
perio cœpit , præfuitque non infeliciter annis VI. mode-
rante illum ac defendantē Misitheo viro doctiſſimo , cu-

jus

perium, ab hoc autem ad Pontificatum Xysti
mul-

ius filiam sibi despontaverat; occisus demum fraude Philippi Praetorio Praefesti, dum post reportatam insignem de Persis victoriam reverteretur anno Chr. CCXLIV. Ita fere Julius Capitolinus in Gordianis, & Aurelius Victor in Epitome Historiae Augustae. Eusebius unius tantum Gordiani meminit tam in Historia sua, quam in Chronico. Et in hoc quidem ad an. Chr. CCXL. post notatam Maximini cædem, ita habet. „ Gordianus XXIII. Romanorum regnavit annis VI. Ad annum vero CCXLIV. „ Gordianus admodum adolescens Parthorum natione superata, cum reverteretur in patriam, fraude Philippi Praefesti Praetorii non longe a Romano solo interfectus est. „ Et ad an. CCXLV. „ Gordiano milites tumulum aedificant, qui Euphrati imminet, ossibus ejus Romam revertitis. „ Idem in Historia l. 6. c. 20. „ Alexandro inquit, post tredecim annos principatus sui defuncto Maximinus Cæsar succedit: qui dum odio fertur adversus successoris sui Alexandri domum, persecutio commovit Ecclesiis.. Ex quo & maximus numerus extitit Confessorum, tribus annis a Maximino persecutione commota, in quibus finem & persecutionis fecit & vita. Post quem Gordianus imperium, suscepit. „ Eodem l. c. 22. „ Apud Alexandriam cum Heraclas Demetrio successisset, auditorum κατηχήσεως, quod ab Origene susceptum tenuerat, Dionysio tradidit, eo quod & ipse unus ex discipulis esset Origenis. Ipse autem cum apud Cæsaream moraretur, innumeris ad eum non solum regionis ipsius vi-

multo plures annos in Chronico suo numerat. Hinc verosimilius videtur circa ann. Chr. CCX. Gregorium natum esse, ut ex rerum gestarum serie patebit.

Genere non obscuro, & patre erroribus gentium vehementer addicto se prognatum esse, ab eoque ad annum XIV. in eadem superstitione educatum fuisse, testatur Gregorius ipse in Panægirico Origenis. At ubi pater e vivis abiit, sub matris forte Christianæ curam redactus meliora sapere didicit, & ad Dei unius, Christique Sacra se applicuit. Humanioribus interim litteris domi excultus, Romanaque etiam

A 5

lin-

ri, sed & ex provinciis procul positis concurrebant, & derelicta patria ac parentibus sequebantur eum viam Dei docentem. In quibus fuit & vir famosissimus Theodorus, is qui non longe a nostra memoria nobilissimus in Episcopis apud Pontum Gregorius nominatur, fide & virtutibus, atque scientia per omnia Apostolicus, & ejus frater Athenodorus: quos Origenes adolescentulos de auditorio Rhetoris retractos, studia communium literarum in divinam suasit philosophiam commutare &c. „ Denique c. 26. „ Gordiano inquit, cum per sex annos Romanum gubernasset imperium, Philippus una cum Philippo filio succedit. „

lingua, & Jurium cognitione tinctus, in utraque ut ampliores progressus faceret, Berytum a Romani Juris scholis tum per celebre oppidum profectionem instituit. Sed audita per iter Origenis fama, visendi ejus causa Cæsaream Palæstinæ divertit, docendique methodo delectatus, una cum Athenodoro fratre in disciplinam illi se tradidit, quinquenio toto sublimioribus, præsertim sacris scientiis perdiscendis insumpso. Inde non ad infulas illico, ut vult Eusebius, sed Alexandriam Ægypti, Heraclæ 11.) nifallor, qui Origeni in schola Ale-

11.) Quam celebre Heraclæ nomen fuerit, dum Alexandrinam scholam moderabatur, locuples testis est Julius Africanus, apud Eusebium l. 6. Hist. c. 23. ubi ait., Venerunt ad nos Africani opuscula, & maxime Chronica, valde diligenter studioseque composita: in quibus commemorat se Alexandriam properare, Heraclæ opinione celeberrima provocatum, quem & in Divinis, & in philosophicis studiis, atque omni Græcorum doctrina instructissimum fama loqueretur., Moderatus autem scholam illam est Heraclas ab anno Christi CCXXXII. ad annum circiter CCXLI tum ad Episcopatum electus successorum reliquit Dionysium.

Alexandrina 12.) succeſſerat , celebritate
attra-

12.) Alexandrina schola inter Christianas facile o-
mnium prima fuit. Ita enim de ea Eusebius l. 5. Hist.
c. 10. „ Per idem tempus (imperante scilicet Comodo,
adeoque circa annum Christi CLXXX.) Alexandriæ fide-
lium scholæ præerat Pantænus , vir doctrinæ causa cele-
berrimus : quippe jam inde a priscis temporibus sacrarum
literarum schola in ea civitate fuerat instituta . „ Hanc fe-
cuta videtur Edessena in Syria a Protogene erecta , de
quo Theodoretus l. 6. Hist. c. 16. „ Protogenes vir ad-
mirabilis Iudum aperuit , & juventuti docendæ operam
dedit , eamque non modo exercuit ad celeriter scriben-
dum , verum etiam sacra Dei eloquia edocuit . „ Idem in-
stitutum Africæ intulisse videtur seculo VI. S. Fulgentius
Ruspensis Episcopus: quia teste Ferrando Diacono in e-
jus Vita c. 20. quamvis Episcopalibus curis obrueretur . „
Græce tamen , & Latine docendis fratribus peculiariter
vacabat . „ Quin ut idem Ferrandus paulo infra ait , *Ecum*
fidei causa in Sardiniam exul abiisset ; illuc quoque in Ca-
laritana civitate variarum scientiarum scholam erexit . Ro-
mæ eodem seculo Cassiodoro Viro clarissimo , aliisque co-
hortantibus , Agapetus Papa sacrarum literarum lyceum
aperire meditabatur ; sed saluberrimum consilium sevientia
undique bella disturbarunt . Pace tamen reddita sub initia
seculi VII. rem ad exitum perduxit S. Gregorius Ma-
gnus , ut testatur Joannes Diaconus in Vita , inter alia
scribens . „ Videbantur passim cum eruditissimis Clericis
adhærere Pontifici religiosissimi Monachi . Tunc rerum
fa-

attractus , contulisse se videtur. Philo-
phiæ

sapiencia Romæ sibi templum visibiliter quoddammodo fa-
bricarat , & septemplicibus artibus , veluti columnis no-
bilissimorum tōtidem lapidum Apostolicæ sedis atrium ful-
ciebat. „ Hinc eodem seculo in Angliam propagatae sunt
sacræ & profanæ disciplinæ. Cum enim Vitalianus Papa
destinasset illuc Theodorum natione Græcum , & Adria-
num Afrum , quia horum uterque , ait Vener. Beda I. 4.
Hist. Engl. c. 12. „ simul Ecclesiasticis , & secularibus li-
teris abundanter erant instructi , congregata discipulorum
caterva , scientiæ salutaris flumina quotidie irrigandis eo-
rum cordibus emanabant , ita ut etiam metricæ artis , Astro-
nomiæ , & Arithmeticæ Ecclesiastice disciplinam inter fa-
cerorum apicum volumina suis auditoribus contraderent ,
multique Latinam , & Græcam linguam æque ut propriam
loquerentur. „ In Gallia , quamvis quinto jam Ecclesiæ se-
culo suæ Christianis scholæ fuerint , ut colligere licet ex
S. Gregorio Turonensi I. 8. Hist. Franc. c. 1. ubi a-
it. „ Cum Rex Guntramnus Aureliam venisset , processit
ei obviam immensa turba , cum signis , atque vexillis , ca-
nentes laudes ; & hinc lingua Græca , hinc Latinorum ,
hinc etiam ipsorum Judeorum in diversis laudibus varie
concrepabant. „ Florere tamen potissimum cœperunt ineun-
te seculo IX. dum scilicet Carolus Magnus , Palatinam , &
Osnabrugensem scholam erexit , illique Alcuinum omni li-
terarum genere excultissimum , huic loci Præfulem in per-
petuum præfecit : ut testatur Eginhardus in Vita , & Ba-
ronius in Anal. Eccles. ad an. DCCCIV. & seqv. Ex

phiæ certe haud dubie sacræ , eum Alexandriæ operam dedisse , diserte afferit S. Gregorius Nyssenus in vita seu Panægyri Gregorii nostri ; ubi etiam rem miram , quæ cum eo tum accidit , in hæc verba narrat . „ Cum inquit , studiorum causa degret in Aegypto , in magna Alexandri urbe 13.) puritati vitæ ejus infensi adole- scen-

Palatina denique nata est Academia Parisina , & ex hac aliæ , quarum hodie vix inire numerum per orbem Christianum possis .

13.) De hac ita Curtius l. 4. Hist. c. 21. „ Alexander ab Hamone rediens , ut ad Marestum paludem haud procul insula Pharo sitam venit , contemplatus loci naturam , primum in ipsa insula statuerat urbem novam condere . Inde ut apparuit , magnæ sedis insulam haud capacem , elegit urbi locum , ubi nunc est Alexandria , appellationem trahens ex nomine auctoris . Complexus quidquid loci est inter paludem , & mare , octoginta stadiorum maris ambitum destinat , & qui ædificandæ urbi præfent , relictis , Memphin petit .. Tum ex finitimis uribus commigrare Alexandriam jussis , novam urbem magna multitudine implevit . Fama est , cum rex urbis futuræ muris polentam , ut Macedonum mos est , destinasset , avium greges advolasse , & polenta' esse pastas . Cumque id omen pro tristi a plerisque esset acceptum , respondisse vates , magnam illam urbem advenarum fre-

- quen-

scentes libidinosi meretriculam subornarunt: quæ illo cum viris doctis de philosophia differente petulanter interpellat, debita-que mercede se a Gregorio fraudatam esse per calumniam vociferatur. Ad quæ cum indignarentur alii, nihil ipse commotus est, sed sedata voce ad familiarium quendam, Heus tu ait, numera ei pecuniam, ne im- portunitate sua propositæ quæstionis tracta- tum diutius perturbet. Deus autem con- tinentiam ejus per miraculum illico pate- fecit. Vix enim pecuniam mulier accep- rat, cum maligno spiritu correpta, imma- ni fremitu, diversoque ab humana voce sōno ingemiscens in terram collabitur, ca- pillos manib⁹ vellens, & oculis inversis spumans. Nec prius a dæmonio torque- ri desuit, quam ad Deum pro illa preces fudisset Gregorius. ,,

Ale-

quentiam culturam, multisque eam terris alimenta præbitu- ram. , Præter hanc, tres alias idem Alexander de nomi- ne suo urbes condidit, unam scilicet ad radices montis Caucaſi, alteram ad Tanaim fluvium, & in India tertiam. Præ omnibus tamen celebrior evasit Alexandria Ægypti, celebraturque etiam hodie cum a magnitudine, tum a commerciis.

Alexandria Cæfaream iterum revisit, & cum Origene aliquandiu versatus est: ut ex laudato Nysseno juncto Eusebio colligitur. Tum patriæ redditus, virtutis juxta ac sapientiæ odore omnes facile in sui admirationem rapuit: ut adeo de eo, licet nondum tricenario in Episcopatum sustollendo agi cœptum sit. At ille, ut loco cit. Nyss. prosequitur, „ Seculo, & rebus ejus valedicto, secessit in solitudinem, atque illic totus Deo soli vacabat. Ut vero intellexit, Phædimum Amaseen-fis Ecclesiæ Episcopum statuisse ad Sacerdotium se cogere in remotiorem solitudinem transiit. Phædimus autem cum tri-dui spacio a Gregorio abesset, Deum precatus est, ut ipse pariter, ac ille ab eo respiceretur, precationem hanc loco manus impositionis Gregorio adhibens, 14.) eumque Deo consecrans, destinata illi Cæ-
fa-

14.) Precatione hac destinatos tantum, non collatos fuisse Gregorio sacros ordines, satis indicat Nyssenus ipse, dum paulo infra in eodem Amaseæ jam præsente o-nnia, quæ fieri solent, solemnia a Phædimo peræcta esse ait.

Ne-

sarea Civitate: quæ ad ea usque tempora simulacrorum cultui ita dedita erat, ut tametsi innumeri essent urbis, ac circumpositæ regionis incolæ, non plures tamen quam XVII. inter eos Christiani censerentur. „

Re intellecta Gregorius Dei ac Phædimi voluntati resistendum porro non existimavit, sed e latebris egressus Amaseæ se stitit: atque illic (verba sunt iterum Nysseni) „ omnibus, quæ fieri solent, fo-

Neque sane unquam existimavit Ecclesia ministrari valide Sacra menta absentibus posse. Ut quid enim Petrus & Johannes Samariam procurrissent, ut baptizatis a Philippo Diacono Divini Spiritus charismata per orationem, & manus impositionem conferant, si manentes etiam Jerosolymis id præstare se posse censuissent? Ut quid Paulus dilectum sibi Titum reliquisset Cretæ constituendorum per ejus insulæ civitates Presbyterorum causa, si hunc, & alios ordines cum Titus, tum Apostolus ipse alibi etiam gentium commorans valide conferre potuisset? Ut quid denique iminentibus persecutionibus sollicite adeo fideles in Ecclesiam congregare sategissent, quo baptismi catechumenis, & pœnitentibus veniam impertirentur, si absentibus quoque mysteria hæc impartiendi esse sibi jus putavissent?

solemnibus 15.) in eo peractis , tempus
A& & Scr.S.Greg.Neocæs.Ep. B dun-

15.) Solemnia Ordinis manus Episcopalis impositio-
ne , & oratione constare , cum Scriptura sacra , tum antiquitas
tota clamat. Dum enim primos septem Diaconos ordina-
runt Apostoli , orantes imposuerunt eis manus. Act. 6. v.
6. Presbyteros pariter per orationem , & manus impositio-
nen ordinatos esse , testatur Lucas Act. 24. v. 22. ubi
ait : *Cum constituisserent illis per singulas Ecclesias Presby-
teros , & orassent cum jejunationibus , commendaverunt eos
Domino.* Clarius Græce : *χειροτονήσαντες δε αὐτοῖς Πρε-
τερέψει κατ' Ἐκκλησίαν προσενέζαμενοι μετὰ νησειῶν
παρέθεντο αὐτὸς τῷ κυρίῳ.* Verbum enim *χειροτονεῖ* ma-
num imponere diserte significat. In Episcopos denique
eodem ritu ordinati sunt Paulus , & Barnabas , testante i-
terum Luca Act. 13. v. 2. 3. *Ministrantibus illis Domi-
no , dixit Spiritus Sanctus , segregate mihi Saulum , & Barnabam in
opus , ad quod assumpsi eos.* Tunc jejunantes , & orantes ,
imponentesque eis manus dimiserunt illos. In quæ verba S.
Chrysostomus homil. 27. in Acta Apostol. „ Quid est ,
inquit , segregate mihi Saulum , & Barnabam in opus ?
In Apostolatum. Vide , a quibus ordinatur. A Lucio
Cyrenæo , & Manassen , imo a Spiritu .. ordinatur in A-
postolum , ut jam cum potestate prædicet . „ Et Theodoreetus in
i. Timoth. „ Eosdem olim vocabant Presbyteros , & E-
piscopos , eos autem , qui nunc vocantur Episcopi , nomi-
nabant Apostolos : procedente vero tempore Apostolatus
nomen iis , qui veri erant Apostoli reliquerunt , Episcopa-

duntaxat exiguum a Phædimo petiit , quo mysteria Fidei exactius perpenderet ; nec omnino ante prædicationem Verbi Divini aggredi ausus est , quam per apparitionem quandam veritas ei revelaretur . Erant enim tunc nonnulli , qui sinceram religionis doctrinam adulterabant , & per argumentationes sophisticas , prudentibus etiam am-

bi-

tus autem nomen imposuerunt iis , qui olim Apostoli dicebantur . „ Eosdem ritus sacræ ordinationis esse Concilia vetustissima , & SS. PP. docent . Ita enim Conc. Nicænum I. Can. 9. „ si qui Presbyteri sine examine sunt provecti , vel cum discuterentur , peccata sua confessi sunt , & homines manus confessis imponere tentaverunt , tales Canon non admittit . „ Et Conc. Carthaginense IV. Can. 2. 3. 4. „ Episcopus cum ordinatur .. uno super eum fundente benedictionem , reliqui omnes Episcopi , qui adsunt , manibus suis caput ejus tangant . Presbyter cum ordinatur , Episcopo eum benedicente , & manum super caput ejus tenente , etiam omnes Presbyteri , qui praesentes sunt , manus suas juxta manum Episcopi super caput illius teneant . Diaconus vero cum ordinatur , solus Episcopus , qui eum benedit , manum super caput illius ponat : quia non ad sacerdotium , sed ad ministerium consecratur . „ Ex Patribus S. Hieronymus in c. 58. Isaïe „ οὐ ποτέ id est ordinatio non solum ad imprecationem vocis , sed &

ad

biguam faciebant. 16.) Cum itaque no-
B 2 ctem

ad impositionem manus impletur. „ Et S. Ambrosius l. de
sacerd. c. 5. „ Quis dat Episcopalem gratiam ? respondes
sine dubio Deus , sed per hominem dat Deus. Homo im-
ponit manus , Deus largitur gratiam ; Sacerdos imponit
suplicem dexteram , & Deus benedit potenti dextera. „

16.) Origenem hic tangere videtur , quem per quin-
quennium audierat. Is enim cum plus æquo Platoni , &
Pythagoræ tribueret , haustis ex eorum penu ratiunculis
Catholicum de Divinæ Triadis mysterio dogma adultera-
bat , & ob celebritatem nominis ambiguum pene faciebat ;
ut testatur S. Hieronymus Ep. ad Avitum , qua genuinam
librorum ejus περὶ ἀρχῶν translationem mittens ita scri-
bit. „ Accipe quod petisti , sed ita , ut scias detestanda
tibi in eis esse quamplurima , ut est illud statim in primo
volumine , Christum Filium Dei non natum esse , sed fa-
ctum , Deum Patrem per naturam invisibilem etiam a Fi-
lio non videri ; Filium , qui sit imago invisibilis Patris ,
comparatum Patri non esse veritatem ; apud nos autem ,
qui Dei omnipotentis non possumus recipere veritatem ,
imaginariam veritatem videri : ut majestas , ac magnitudo
majoris , quoddammodo circumscripta sentiatur in Filio.
Deum Patrem esse lumen incomprehensibile , Christum
collatione Patris esse splendorem perparvum , qui apud
nos pro imbecillitate nostra magnus esse videatur. Deum
Patrem omnipotentem appellat bonum , & perfectæ boni-
tatis ; Filium non esse bonum , sed auram quandam , & ima-
ginem bonitatis , ut non dicatur absolute bonus , sed cum
addi-

Æm per vigilem ageret Gregorius , & de
ser-

additamento Pastor bonus. Tertium dignitate , & honore post Patrem , & Filium , asserit Spiritum Sanctum : de quo cum ignorare se dicat , factus sit , an infectus ; in posterioribus quid de eo sentiret expressit , nihil absque solo Patre infectum esse confirmans &c. , Et Vincentius Lirinensis in Commonitor. c. 19. , si vita facit auctoritatem , magna Origeni industria , magna pudicitia , pacientia , tolerantia. Si genus , vel eruditio ; quid eo nobilior , qui primum in ea domo natus est , quæ est illustrata martyrio ; deinde pro Christo non solum patre , sed omni quoque facultate privatus , tantum inter sanctæ paupertatis profecit angustias , ut pro nomine Dominicæ Confessionis saepius , ut ferunt , affligeretur. Neque vero hæc sola in illo eraat , sed tanta etiam vis ingenii , tam profundi , tam acris , tam elegantis , ut omnes pene multum longeque superaret ; tanta doctrinæ , ac totius eruditionis magnificentia , ut pauca forent Divinæ , fortasse nulla humanae philosophiæ , quæ non penitus assequeretur ; cuius scientiæ cum Græca concederent , Hebræa quoque elaborata sunt. Eloquentiam vero quid memorem ? cuius fuit tam amena , tam laetitia , tam dulcis oratio , ut mihi ex ore ipsius non tam verba , quam mella fluxisse videantur.... Jam quanta apud omnes illius admiratio , quanta gloria , quanta gratia , quis exequi valeat ? Quis non ad eum paulo religiosior ex ultimis mundi partibus advolavit ? quis Christianorum non pene ut Prophetam , quis philosophorum non ut Magistrum venerans est ? .. Quæ tamen omnia non solum ad religionis glo-

sermone Fidei cogitaret, conspicuum ei se
præbuit venerandus senex, & ex parte
altera mulier magna luce præfulgens, in
cujus habitu augustius quiddam humana
conditione videbatur. Ille Joannes Evan-
gelista erat, hæc Domini Mater: quæ &
Joannem hortata est, ut Gregorio verita-
tem aperiret. Hinc Evangelista præcipua
Fidei mysteria dilucide explicat, iisque
expositis visio tota ex oculis mirantis dispa-
ret: Gregorius vero Divinam illam insti-
tutionem literis extemplo mandavit. ,,

B 3

Ad

riam, sed etiam ad tentationis magnitudinem pertinebant.
Quotas enim quisque tanti ingenii, tantæ doctrinæ, tantæ gra-
tiae virum facile deponeret, ac non illa potius uteretur senten-
tia, se cum Origene errare malle, quam cum aliis vera sen-
tire? Quid plura? eo res decidit, ut tantæ personæ, tan-
ti Doctoris, tanti Prophetæ nimium periculosa tentatio
plurimos a fidei integritate duceret. Quamobrem hic
Origenes tantus, ac talis, dum gratia Dei insolentius
abutitur, dum ingenio suo nimium indulget,.. dum Ecclesia-
sticas traditiones, & veterum magisteria contemnens, quæ-
dam scripturarum capitula novo more interpretatur, me-
ruit, ut de se quoque Ecclesiæ Dei diceretur: *si surrexe-
rit in medio rui Propheta.* Et paulo post: *Non audies,
inquit, verba prophetæ illius.* Deuter. 13. ,,

Ad hunc modum cœlitus instructus ,
& fiducia repletus Gregorius in viam se
illico dat , & ad designatam sibi Neocæsa-
reensem urbem Sacerdotale munus auspica-
turus contendit . „ At in via (ut rursum
Nyssenus) nocte captus , dum imber
vehementior urget , idolorum templum cum
comitibus ingreditur , dæmones invocato
Christi nomine perterrefacit , & aere cru-
cis signo expiato , noctem pro more in o-
ratione transigit . Cum vero diluculo abiis-
set , & sacrificulus ad colendos dæmones fu-
os accessisset , ejulantes illi affirmant non
amplius sibi ad templum patere aditum ,
propter eum , qui illic diversatus per no-
ctem erat . Furore igitur amens pseudomys-
ta Gregorium insequitur , & inventum
delaturum se ad Magistratus vociferatur ,
quod deos , & sacra sua perturbare ausus
esset . Ille autem nihil motus Dei sui hanc
potentiam esse ait , ut virtute ejus dæmo-
nes cum libet abigere , vel inducere possit :
postulantique virtutis hujus experimentum ,
in exiguo libri frustulo scriptum tradit :

Gre-

Gregorius satanæ, intra. Quam schædu-
lam cum altari imposuisset flamen, & con-
fuetas ceremonias perageret, vidisse mox
traditur, quæ ante conspicere solebat. Un-
de reputans secum virtutem tantam, ad
Gregorium iterum nondum urbem ingres-
sum revolat, & doceri orat, quis ille De-
us sit, cujus nutui vel ipsi dæmones sub-
jicerentur. Gregorius Christum, & doctri-
nam ejus paucis explicat, turbatoque Ver-
bi incarnatione audita, horum fides inquit,
non verbis, sed miraculis comprobatur.
Probationem accipio, reponit ille, atque
ut prægrandem lapidem solo jussu loco
moveat, petit. Quod cum illico factum
esset, persuasus credidit, & relictis proti-
nus uxore, liberis, possessionibus in di-
sciplinam Gregorii se dedit. „ 17.)

Reliqua Thaumaturgi nostri gesta ita
fere recenset Nyssenus. „ Cum Neocæfare-

B 4

am

17.) Paulo aliter rem eandem narrat Eusebius, vel
potius ejus interpres, & interpolator Rufinus juxta edit.
Basilensis. anni MDXLVIII. l. 7. c. 25. in hæc verba.
„ Iter ei (Gregorio scilicet) fuisse quondam per alpes
di-

am ingrederetur Gregorius, quia Divinam
pro-

dicitur hyemis tempore, & cum pervenisset ad summum alpium jugum, nivibus repleta erant omnia, nullum usquam diversorum, fanumque ibi tantum Apollinis erat, cui succedens transacta nocte discessit. Sacerdos vero fani ejus, cui consulere simulacrum Apollinis mos erat, & reddere responsa poscentibus, ex quo ei etiam almoniae quaestus esse videbatur, post digressum Gregorii accessit ex more offerre consulta, & responsa poscere: sed nihil inde responsi veniebat. Repetit victimas: silentium permanet. Iterum, atque iterum litat: surdis ingerit fabulam. Cum igitur stupore silentii aestuaret Sacerdos, assistens ei dæmonium in somnis dicit: Quid me illic invocas, quo jam venire non possum? Et percontanti causam, adventu se Gregorii dicebat expulsum. Quid nunc remedii, cum perquireret, ait, non aliter sibi licere ingredi locum illum, nisi Gregorius permittat. Quibus auditis Sacerdos viam occupat, multaque apud se volvens pervenit ad Gregorium, & adortus cum rem pandit ex ordine, querelam depulsi numinis promit, humanitatis suæ, atque hospitalitatis admonet, ac reddi omnia in pristinum statum poscit. At ille nihil moratus scribit epistolam in hæc verba: *Gregorius Appollini. Permitto tibi redire ad locum tuum, & agere, quæ consueisti.* Hanc epistolam Sacerdos accipit, ad fanum defert, positaque ea juxta simulacrum adfuit dæmon, ac dedit responsa poscenti. Tum ille in semetipsum conversus ait: si Gregorius iussit, & deus iste discessit, nesci potuit redire, nisi rursum jubente Gregorio; quomo-
do

professus philosophiam se omnibus abdicarat, nulla ei supererat dominus, in quam se reciperebat. Quam obrem sollicitos videns comites, quid inquit, anxii estis, ubi corpora curemus? an parva vobis domus esse videtur Deus? in quo vivimus, movemur, & sumus; an angustum cœleste temetum, ut præter id aliud requiratis? Atque hæc dicente illo, Musonius vir genere insignis, & opibus potens obviam progreditur rogans, ut suo uteretur hospicio. Multi etiam alii idem offerebant: quos ille benigne salutatos dimisit, divertitque ad eum, qui prior obtulerat.. Postridie mane mul-

B 5 ti-

do non multo melior Gregorius, cuius hic iussis obtemperat? Clausis igitur januis fani, descendit ad Gregorium, epistolam, quam acceperat, referens, omnemque apud eum rei gestæ ordinem pandens, & ad pedes se prosternens rogat, ut illi se Deo offerat, cuius virtute diis gentium imperabat. Cumque enixius precaretur, Catechumenus a Gregorio factus est; & cum se vitæ castissimæ, & abstinentissimæ, derelictis omnibus non solum erroribus dæmonum, sed & seculi actibus mancipasset, etiam baptismus consecutus est. Et in tantum vitæ, ac fidei merito proficit, ut ipsi beato Gregorio successor in Episcopatu extiterit.,,

titudo ingens præfertim ægrorum ad hospitii fores adfuit: quibus valetudinem simul, & cœlestem doctrinam impertiit, monitisque salutaribus tantum sibi populum repente adjunxit, ut ad templi ædificationem animum adjiceret; cumque omnes tam offerendo pecunias, quam operas suas studium ejus adjuvarent, brevi perfectum est.

18.) A miraculis vero, probitate, & sa-

pien-

18.) Hac nifallor occasione illud etiam evenit, quod Eusebius loco mox cit. sic enarrat. „ In quodam loco ruris angusti quum res posceret Ecclesiam construi, rupes vicini montis ex parte orientis objecta, ex alia vero præterfluens fluvius spacium, quantum Ecclesiæ sufficeret, denegabat. Et cum alias omnino non esset locus, omnesque modestiam gererent, quod solum ad construendam Ecclesiam non haberent, ille fide plenus pernoctasse in oratione dicitur, & Dominum Jesum promissionis suæ admonuisse, qua dixit: *si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Tollere, & mittere in mare; fiet utique* (Matth. 21. & Marci 11.) Cumque hæc plena fide deposceret, ad lucem coeuntibus populis, inventa est rupes importuna secessisse tantum, quantum spaci ad condendam quærebatur Ecclesiam. „ Et Vener. Beda Commen-
tar. in cap. 11. Marci. „ Legimus inquit, factum preci-
bus beati Patris Gregorii Neocæsareæ Ponti Antistitis, vi-

pientia in tantam brevi apud cives existimationem venit, ut lites omnes ejus arbitrio permitterentur, & idcirco pax summa in tota civitate regnaret. Duo tamen fratres in divisione paternæ hæreditatis dissidebant de lacu piscofo, utroque ejus possessionem sibi vendicante. Quos cum ad componendam inter se pacem frustra hor-tatus fuisset, pridie ejus diei, quo prælium collectis armatis commissuri erant, Gregorius ad ejus ripam tota nocte pervigilans orabat, & lacum in vastam terram

pre-

ri meritis, & virtutibus eximii, ut mons in terra tantum loco cederet, quantum incolæ civitatis opus habebant. Cum enim volens ædificare Ecclesiam in loco apto, vide-ret eum angustiorem esse, quam res exigebat, eo quod ex una parte rupe maris, ex alia monte proximo coarctaretur; venit nocte ad locum, & genibus flexis admonuit Dominum promissionis suæ, ut montem longius juxta fidem petentis ageret. Et mane facto reversus invenit montem tantum spacii reliquisse structoribus Ecclesiae, quantum opus habuerant. „ Ubi tamen observa, Eusebium in laudato scripturæ textu, verba illa: *Sicut granum finapis*, de suo adjecisse; cum ea apud Matthæum, & Mar-cum nec in Latinis, nec in Græcis codicibus habeantur. Apud Venerabilem Bedam vero pro *rupe maris* rupes mon-tis,

precibus suis redegit; fratresque rediere
in concordiam..

Huic non absimile est, quod sequitur.
Lycus 19.) fluvius, ex improviso aquis
inundantibus partem regionis, velut nau-
fragio incolas in ædibus opprimebat. U-
niversi ergo cum mulieribus, & parvulis
ipsum adeunt deprecantes auxilium, affir-
mantesque omnia se expertos, nec aggeres ul-
los adversus fluminis impetum resistere potu-
isse. Innixus baculo Gregorius locum petit, u-
bi flumen a suo cursu deflectebat, præsen-
tesque sic alloquitur: Deus est, qui termi-
nos aquis constituit, solus ille potentia sua
hujus fluminis inordinatum cursum coerce-
re potest. Tum magna voce Christum
precatus, scipionem, quem manu tenebat,

in

tis, & ex alia parte, *montis* loco fluvius legendus vide-
tur: cum Neocæsarea Lyco fluvio, non mari adiuta fuerit,
nec verosimile sit spacium intra duos montes conclusum, a
Gregorio, & Neocæsarensibus pro *loco apto* ad construen-
dam Ecclesiam reputatum esse.

19.) Lycus Latine lupum significat, vocatusque ita
hic fluvius est ob rapacitatem suam, quod lupi instar ob-
via quæque, præsertim cum intumuit, secum raperet. In-
fluit autem in Poutum Euxinum.

in corrupto ripæ loco defigit, orans, ut veluti claustrum fluvii insolentis esset. Nec multo post tempore baculus radicibus actis arbor evasit, quæ flumini pro termino fixa est.. Cum enim crebris imbribus, & torrentibus Lycus inundans terribilis fertur, tunc summis aquis imas arboris radices alluens, rufusque intumescens in medium alveum contrahit aquas.

Tot miraculorum fama posteaquam in omnes regionis partes dimanavit, plerique illius fidei, quæ talibus testimoniis probaretur, participes esse cupiebant, & ubique prædicatio procedebat, Sacerdotesque constituebantur. Inter alias Comana 20.) urbs legationem ad Gregorium misit,
ut

20.) Comana civitas Cappadociæ erat in convallibus antitauri montis sita, Bellonæque fano late celebris. Unde & qui in servos deæ illi se devoverant, vel ab aliis devoti erant, Comani dicebantur: quos Strabo suo ævo ad sex millia fuisse ait. In Ponto quoque ejusdem nominis civitatem Geographi collocant, & Bellonæ itidem sacram fuisse scribunt. Utriusque meminit Hirtius Pansa de Bello Alexandrino, Ponticæ quidem juxta edit. Patavin. an. MDCCLXIII. Cap. 11. ubi de Cn. Domitio Calvinio con-

ut Episcopo apud eos designato constitueret Ecclesiam. Nec mora , affuit ille , & dies aliquot una conversatus , eorum studium erga fidem incendit. Cum vero dies jam adesset eligendi primarium Ecclesie Sacerdotem , principes , & magistratus civitatis follicite inquirebant , qui eloquentia , qui generis splendore præcellerent? putabant enim , quoniam & his bonis eminere Gregorius , eorum expertem esse non
opor-

tra Pharnacem in Cappadociam parante ait. „ Mittit P. Sextum ad C. Pletorium Quæstorem , ut legionem adduceret , quæ ex tumultuariis militibus in Ponto confecta erat , Quintumque Parisum in Ciliciam ad auxilia accerfenda. Quæ copiæ celeriter omnes jussu Domitii Comanæ convenerunt. „ Alterius autem c. 20. ubi de C. Cæsare loquens ita habet. „ Ipse eadem classe , qua venerat , proficiscitur in Ciliciam. Cujus provinciæ civitates omnes evocat Tarsum.. ibique rebus omnibus.. constitutis.. magnisque itineribus per Cappadociam confectis , biduum Mazacæ commoratus , venit Comana , vetustissimum , & sanctissimum in Cappadocia Bellone templum , quod tanta religione colitur , ut Sacerdos ejus deæ majestate , imperio , & potentia secundus a rege consensu gentis illius habeatur. „ Ad Thaumaturgum nostrum e Comana , vel Comanis Ponti legatio missa est: illic enim Alexander , de quo mox , Episcopum egit.

oportere , qui ad hoc munus eligeretur.
 21.) Sed cum in multas partes suffragiis
 scin-

21.) An splendor generis , scientia , eloquentia , aliisque id genus naturæ , & artis dotes attendi jure possint , aut etiam debeant in iis , qui ad Episcopatus , aliaque Ecclesiæ ministeria provehendi sunt , dubitari non abs re potest . Nam si ad exemplum Christi animum advertamus , intelligemus facile , eum in diligendis Apostolis , nec nobilitatis , nec sapientiæ , aliisve similis ornamenti ullam habuisse rationem : ut qui a retibus fere , & telonio abstractos Phariseis , ac nobilibus prætulerit ; quin & Judam adeo tunc cæteris vix sanctiorem , & postea scelestissime finiturum , inter XII. cooptarit . Paulus præter morum sanctimoniam , doctrinæ etiam faltem sacrae excellentiam in Episcopis requirit , cum 1. Timoth. 3. v. 2. & seqv. ait : Oportet Episcopum irreprehensibilem esse . . . sobrium , prudentem , ornatum , pudicum , hospitalem , doctorem . Non vinolentum , non percussorem , sed modestum : non litigiosum , non cupidum . . . Non neophytum : ne in superbiam elatus , in judicium incidat diaboli . Et Tit. 1. v. 7. & seqv. Oportet Episcopum sine ermine esse , sicut Dei dispensatorem : non superbum , non iracundum , non vinolentum , non percussorem , non turpis lucri cupidum : sed hospitalem , benignum , sobrium , justum , sanctum , continentem , Amplectentem eum , qui secundum doctrinam est , fidem sermonem : ut potens sit exhortari in doctrina sana , & eos , qui contradicunt , arguere . At de nobilitate generis altum utrobique , ut vides , silet . Sacri canones , & concilia ad omnes Ecclesiæ præfecturas

scinderentur, expectabat magnus vir divi-
ni-

nōn nisi Viros literis, & virtute conspicuos evehi jubent: ut sanguine etiam sint illustres, non requirunt. In Concilio Later. IV. & I. 3. Decretal. De Præbend. & Dignit. inter alia sic statuitur. „ Grave nimis est, & absurdum, quod quidam Ecclesiarum Prælati, cum possint viros idoneos ad Ecclesiastica beneficia promovere, assummere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum, non judicium rationis; unde quanta Ecclesiis damnata proveniant, nemo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi præcipimus, ut prætermisis indignis, idoneos assummant, qui Deo, & Ecclesiis velint, & valeant gratum impendere famulatum: fiatque de hoc in provinciali Concilio diligens inquisitio annuatim; ita ut qui post primam, & secundam correptionem fuerit repertus culpabilis, a beneficiis conferendis per ipsum Concilium suspendatur &c. „ Clarius in Conc. Later. III. & I. 1. Decretal. De Elect. c. 7. „ Cum in cunctis sacris ordinibus, & Ecclesiasticis ministeriis sint ætatis maturitas, gravitas morum, & literarum scientia inquirenda, multo fortius in Episcopo hæc oportet inquiri, qui ad aliorum curam positus in seipso debet ostendere, qualiter alios in Domo Dei oporteat conversari. Eapropter ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur a posteris in exemplum, præsenti decreto statuimus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam trigesimum annum ætatis exegerit, & de legitimo matrimo-

nitus aliquod sibi consilium suppeditari,
A&.& Scr.S.Greg.Neocæf.Ep. C ipsoſ-

nio sit natus : qui etiam vita , & scientia commendabilis demonſtretur.... Inferiora etiam ministeria , ut puta Decanatum , Archidiaconatum , & alia , quæ curam animarum habent annexam , nullus omnino fuscipiat , sed nec Parochialis Ecclesiæ regimen , niſi qui jam vigesimum quintum annum ætatis attigerit , & scientia , ac moribus commendandus existat &c . „ Concilium vero Trident. inprimis Seff. 6. c. 1. de Reform. confidit „ per Domini , ac Dei nostri misericordiam , providamque ipsius Dei in terris Vicarii solertiam omnino futurum , ut ad Ecclesiarum regimen (onus quippe Angelicis humeris formidandum) qui maxime digni fuerint , quorumque prior vita , ac omnis ætas a puerilibus exordiis , usque ad perfectiores annos per disciplinæ stipendia Ecclesiastice laudabiliter acta testimonium præbeat ; secundum venerabiles beatorum Patrum sanctiones affummantur. „ Tum deinde Seff. 7. c. 1. de Reform. ita præcipit. „ Ad Cathedralium Ecclesiarum regimen nullus , niſi ex legitimo matrimonio natus ; & ætate matura , gravitate morum , literarumque scientia , juxta constitutionem Alexandri III. quæ incipit *Cum in cunctis* , in Concilio Lateranensi promulgatam , prædictus affummatur. „ Et c. 5. „ Inferiora beneficia Ecclesiastica , præfertim curam animarum habentia , personis dignis , & habilibus , & quæ in loco residere , ac perse ipsas curam ipsam exercere valeant , juxta constit. Alexandri III. in Lateranensi , quæ incipit , *Quia nonnulli* , & aliam Gregorii X. in generali Lugdunensi Concilio , quæ incipit , *Li-*

cet

ipsoisque, ut viliorum quoque rationem ha-
be

cet *Canon*, editam conferantur: aliter autem facta collatio, sive provisio omnino irritetur, & Ordinarius Collator pœnas constitutionis Concilii generalis, quæ incipit, *Grave nimis*, se noverit incursum. „ Eadem synodus Sess. 24. de Reform. c. 1. „ Statuit; ut cum primum Ecclesia vacaverit, supplicationes, ac preces publice, privatimque habeantur, atque a Capitulo per civitatem, Diocesim indicantur; quibus Clerus, populisque bonum a Deo Pastorem valeat impetrare. Omnes vero, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcunque jus, quacunque ratione, a Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, .. hortatur, & monet, ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeant; eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint; & quos ex legitimo matrimonio natos, & vita, ætate, doctrina, atque aliis omnibus qualitatibus præditos sciant, quæ juxta sacros Canones, & Tridentinæ hujus Synodi decreta requiruntur. Quoniam vero in summendo de prædictis omnibus qualitatibus, gravi idoneoque bonorum, & doctorum virorum testimonio, non uniformis ratio ubique ex nationum, populorum, ac morum varietate potest adhiberi; mandat Sancta Synodus, ut in

pro-

berent, hortatus est, quod hi splendore
C 2 vir-

provinciali Synodo per Metropolitanum habenda, præscribatur quibusque locis, & provinciis propria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis facienda forma, Sanctissimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis utilis, atque oportuna esse videbitur; ita tamen, ut cum deinde hoc examen, seu inquisitio de persona promovenda perfecta fuerit, ea in instrumentum publicum redacta, cum toto testimonio, ac professione fidei ab eo facta, quamprimum ad Sanctissimum Romanum Pontificem omnino transmittatur; ut ipse Summus Pontifex plena totius negotii, ac personarum notitia habita, pro gregis Dominici commodo, de illis, si idonei per examen, seu per inquisitionem factam reperti fuerint, Ecclesiis possit ulterius providere. Omnes vero inquisitiones, informationes, testimonia, ac probationes quæcunque de promovendi qualitatibus, & Ecclesiæ statu, a quibuscumque, etiam in Romana Curia habitæ, per Cardinalem, qui relationem facturus erit in Consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, ac relatio ipsa Cardinalis relatoris, & trium Cardinalium subscriptione roboretur, in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirment, se adhibita accurata diligentia, invenisse promovendos qualitatibus à Jure, & ab hac Sancta Synodo requisitis præditos, ac certo existimare sub periculo salutis æternæ, idoneos esse, qui Ecclesiis præficiantur; ita ut relatione in uno Consistorio facta, quo maturius interea de ipsa inquisitione cognosci possit, in aliud Consistorium judicium diffeatur, nisi aliud beatissimo Pon-

tifi-

virtutis nonnunquam præstarent. Qui suf-
fra-

tifici videbitur expedire. Ea vero omnia, & singula, quæ de Episcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus, alias in eadem Synodo constituta sunt, decernit eadem etiam in creatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, etiamsi Diaconi sint, exigenda; quos Sanctissimus Romanus Pontifex ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commode fieri poterit, prout idoneos repererit, assummet &c. , Denique ead. Seff. c. 18. , Expedit, inquit, maxime animarum saluti, a dignis, atque idoneis Parochis gubernari; id ut diligentius, ac rectius perficiatur, statuit S. Synodus, ut cum Parochialis Ecclesiæ vocatio, . quomodocunque contigerit.. Episcopus, & qui jus Patronatus habet, intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam coram deputandis Examinatoribus nominet. Liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, ut possit postea de cuiuslibet ætate, moribus, & sufficientia fieri diligens inquisitio. Et si Episcopo, aut Synodo Provinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per Edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari. Transacto constituto tempore, omnes qui descripti fuerint, examinentur ab Episcopo, sive eo impedito, ab ejus Vicario Generali, atque ab aliis Examinatoribus, non paucioribus quam tribus; quorum votis, si pares, aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur. Examinatores autem singulis annis in

Dicce-

fragiis præerant; pro contumelia sententiam
C 3 ejus-

Diccesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur; advenienteque vacatione eujuslibet Ecclesie, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant; indeque succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alias tres, quos maluerit, ex prædictis illis sex eligat. Sint vero hi Examinatores Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut Jure Canonico, vel alii Clerici, seu Regulares, etiam ex Ordine Mendicantium, aut etiam seculares, qui ad id videbuntur magis idonei: jurentque omnes ad Sancta Dei Evangelia, se quacunque humana affectione postposita, fideliter munus executuros: caveantque, ne quidquam prorsus occasione hujus examinis, nec ante, nec post accipiant; alioquin Simonie vicium tam ipse, quam alii dantes incurant.. Peracto deinde examine renuncientur, quotcunque ab eis idonei judicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam oportunis; ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit; atque illi, & non alteri, collatio Ecclesie ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre &c. , Ex quibus omnibus restat nifallor, hæc sequuntur. I. Quicunque jus eligendi ad Beneficia Ecclesiastica, præsertim animarum curam, vel jurisdictionem secumferentia habent, obligari eos sub æternæ salutis periculo ad eligendum cæteris digniorem. II. Digniorem cæteris eum regulariter existimandum esse, qui cum legitime natus, & præscriptam a

ejusmodi ducentes , eligendum ergo Alexandrum Carbonarium suggerunt. Ille autem altiori consilio; Et quis est inquit Alexander ? Producunt eum non sine risu omnium , pannis vilibus , ac sordidis ne toto quidem corpore amictum , atroque colore ostendentem opificium , quo vitam sustentabat. Quanquam is non urgente paupertate ad hoc vitæ genus devenerat , sed vitæ sanctioris amore ex Philosopho factus erat Carbonarius , quo lateret securius , nativamque corporis sui pulchritudinem , fumo quasi persona velabat adversus mundi illecebras , & corpus laboribus edomabat , ut continentiam , quam profitebatur , sine periculo conservaret , aliorumque

Jure etatem adeptus sit , virtute , & doctrina supra alios eminet. III. Claritatem generis , aliasque naturæ dotes tunc solum attendi posse , dum iis aut virtus quoque , & doctrina excellens adjecta est , aut cum nonnullo harum defectu plus ad Ecclesiæ commoda collaturæ , quam destituta illis major aliorum sanctitas , & sapientia existimantur. Quod perraro sane accidet : cum præcellens morum Sanctimonia Dei pariter , hominumque favorem suapte conciliet , & eminens sapientia ab invitis etiam venerationem extorqueat.

que oculis ne quidem offenditionis occasio esset; pecuniam denique ex labore comparata in mandatorum executionem dispensabat. Gregorius ex imperturbata vultus constantia aliquid eorum suspicatus, seorsim abductum interrogat, cumque omnia diligenter cognovisset, familiaribus suis eum tradit, exequi jussis, quæ res postulabat. Ipse in concilium reversus congregatos instituebat, de sacerdotum officio multa proponens, donec alii, ut jussi erant, reducerent Alexandrum ejus vestibus indutum, & colore jam nitidum, balneo fuligine deterfa. 22.) Omnibus ad novam speciem admiratione defixis, Nihil novi inquit Sanctus,

C 4

22.) *Habitus corporis coram Deo quidem nihil ad precium confert, coram hominibus tamen Gratior est pulchro veniens de corpore virtus.* Hinc quia Ecclesiæ ministri non cum Deo solo, sed cum hominibus etiam ex officio agere debent, non animi tantum, sed corporis quoque decor eis curæ sit oportet. At quemadmodum rectam vultus, & membrorum aliorum conformatiōnem, ac munditiem hac de causa in Ministris suis requirit Ecclesia; ita detestata est semper nimiam illam elegantiarum curam, qua nonnulli hodie pene cum feminis certant, plus comendo corpori, quam orando Deo temporis impendere soliti.

ctus , vobis accidit , si oculis decepti estis ; pietatis inimicus dæmon id intendebat , ut vas electionis ignoratione contetur ociosum esset , & inutile. Atque hæc locutus , juxta morem , ritusque solemnies eum per Sacerdotium 23.) Deo dicat , rogatque ut aliquam ad Ecclesiam ha-

23.) Non illico Summum Sacerdotium Alexandre contulit Gregorius , cum Nysseno teste *juxta morem* , *ritusque solemnies* eum Deo consecraverit. Mos enim Ecclesiæ semper fuit , ut sacratus in Episcopum , Diaconatu saltem , & Presbyteratu prius initietur. Ita enim Urbanus II. in Concilio Beneventano anno MXCI. ,, Nullus inquit , in Episcopum eligatur , nisi in Sacris Ordinibus religiose vivens fuerit inventus. Sacros autem Ordines dicimus Diaconatum , & Presbyteratum ; hos siquidem solos primitiva legitur habuisse Ecclesia. ,, Et longe ante Concilium Sardicense anno CCCXLVII. celebratum Can. juxta Græcum textum 10. juxta Latinum 13. ,, Si aut dives , aut scholasticus de foro Episcopus fuerit postulatus , non prius ordinetur , nisi ante Lectoris munere , & officio Diaconi , & Presbyteri fuerit perfunctus ; & ita per singulos gradus , si dignus fuerit , ascendat ad culmen Episcopatus. ,, Igitur Thaumaturgus quoque per hos gradus Alexandrum initiasse credendus est : Cum teste etiam Hieronymo Dial. advers. Lucifer. ,, Ecclesia multis gradibus consistens , ad extreum Diaconis , Presbyteris , & Episcopis finiatur .,,

haberet concionem. Alexander vero oratione sententiarum plena , licet floribus minus ornata ostendit , haud falsum de se fuisse Gregorii judicium. 24.) Decio 25.) in Christianos sœviente , Gregorius auctor fuit Ecclesiæ suæ , ut terribilem

C 5

il-

24.) Confirmavit hoc judicium etiam præclarus Alexandri exitus : secuta enim haud multo post persecutione Decii vivus igne exustus martyrium pro Christo gloriose consummavit.

25.) Decius e Pannonia oriundus juxta Baronium imperare cœpit anno Christi CCLIII. juxta Petavium , utrumque Pagium , & alios anno CCXLIX. sub initium Iulii , imperavitque teste Aurelio Victore in Epit. Hist. Augustæ menses XXX. & occisus est a barbaris ad Abramatum urbem Moesiae mense Decembri anni CCLI. Persequi Christianos initio ipso imperii cœpit , neque destitit , nisi cum ad bellum adversus barbaros avocatus est. Fuit autem hæc Religionis Christi persecutio septima. Primam enim commovit Nero an. Chr. LXIV. secundam Domitianus an. XCIII. tertiam Trajanus an. CVII. quæ sub Adriano etiam continuata est : quartam M. Aurelius an. CLXIII. quintam Septimius Severus an. CCII. sextam Julius Maximinus an. CCXXXVI. septimam Decius an. CCXLIX. octavam Valerianus , & Gallenus an. CCLVII. nonam Aurelianus an. CCLXXII. decimam Diocletianus anno CCCHI. Alii tamen aliter persecutio[n]es has digerunt , & ad duodecimum numerum extendunt.

illum impetum fuga paulisper declinaret
26.) satius esse dicens per fugam animas
eo-

26.) Licitum esse in persecutione fugere verbo , & exemplo Christus docuit ; verbo quidem , dum Matth. 10. v. 23. ajebat : *Cum persequentur vos in civitate ista , fugite in aliam.* Et c. 24. v. 15. & 16. *Cum videritis abominationem desolationis quæ dicta est a Daniele propheta , stantem in loco sancto.. Tunc qui in Iudea sunt , fugiant ad montes.* Exemplo autem , dum Iudei Tulerunt lapides , ut jacerent in eum , *Iesus autem abscondit se , & exivit de templo.* Joan. 8. v. 59. Et c. 11. v. 53. & 54. ubi legimus. *Ab illo ergo die cogitaverunt (Iudei) ut interficerent eum.* *Iesus ergo jam non in palam ambulabat apud Iudeos , sed abiit in regionem juxta desertum , in civitatem , quæ dicitur Ephrem , & ibi morabatur cum discipulis suis.* Neque officit , quod Dominus missis postea duce Juda Ischariothe satellitibus ultro se comprehendendum obtulerit. Nam ut observat S. Athanasius in *Apologia pro fuga sua* , ante med. , , Ipsum Verbum propter nos homo factum non indignum putavit , cum quereretur , abscondere se , & cum persecutionem pateretur , fugere , & insidias declinare : cum autem a se definitum tempus ipse adduxisset , in quo corporaliter pati pro omnibus volebat , ultro se ipsum tradidit insidianibus. At vero sancti homines cum hanc quoque formam a Salvatore didicissent .. adversus persecutores ut legitime certarent , fugiebant , & ab illis quæsiti se abscondebant. Cum enim præstituti sibi a Divina providentia temporis finem ignorarent , nolebant

eorum servari, quam stantes in acie certaminum fieri Fidei desertores. Hinc ipse primus cum Diacono suo desertum collem occupat. Cum autem a Præside Maximo studiose quæreretur, Divinitus servatus est. Quamvis enim infecutores fugæ locum cuiusdam indicio didicissent, magnoque numero collecti dumeta, faxa, cavernas summa diligentia perscrutati essent, affirmabant tamen neminem se vidisse præter duas arbores. Digressis vero scrutatoribus, qui detulerat indicium, utrumque vidiit orantem. Divina igitur virtute factum judicans, ut persequentibus arbores esse viderentur, procumbens ad Gregorii pedes credidit in Christum: propter quem & profugus factus est... Cæterum cum

bant insidianibus se temere tradere: sed contra cum scirent, quod scriptum est, in manibus Dei esse hominum fortes.. potius in finem usque perseverabant circumeuntes, ut ait Apostolus, *in melotis & pellibus caprinis, egentes, angustiati, in solitudinibus errantes, & in speluncis, & cavernis terræ latentes*, quoad vel definitum mortis tempus veniret, vel qui tempus ipsum definierat Deus, cum eis loqueretur, & insidiantes cohiberet, aut certe persecutoribus eos traderet, utcunque illi placuerit.,,

cum jam auxilio Divino tyrannis illa diffoluta esset , & pax rursum humanam vitam excepisset 27.) Gregorius descendit rursum in urbem , & omni circa regione perlustrata , quasi corollarium studii erga Numen Divinum instituebat , apud omnes ubique populos sanciens , ut nomine eorum , qui pro fide decertassent , dies festi , atque solemnes conventus celebrarentur . Cumque alii in alium locum corpora Martyrum deduxissent , per anniversarii circuli ambitum congregati lætabantur , in honorem Martyrum ferias agentes . 28.)

Posteaquam cognovit suum instare obitum totam iterum regionem , & civita-

tem

27.) Decio una cum filio a barbaris occiso , successores in imperio Gallus , & Volusianus , persecutionem quidem ab eo cœptam continuarunt , sed fere Romæ tantum , & ubi sœviores magisve superstitionis Præfides provinciis præerant . Hinc in Cappadocia cum interitu Deciorum pax reddita fuerit Christianis , vel ob mitius Præsidis ingenium , vel quod victores barbari haud procul inde dissiti Romanorum sœvitiam cohiberent .

28.) Qui e civitate & Diœcesi sua idolorum cultum exterminare pro viribus fatagebat , idem ut vides , in ho-

tem est perscrutatus, scire cupiens an es-
tent

honorem SS. Martyrum dies festos religiose celebrari vo-
luit: ecquis igitur religiosum sanctorum cultum idololatriam
sapere, aut Deo injuriosum, nobisque minime salutarem esse
existimare ausit? Cum Gregorio certe S. Cyprianus sen-
sit Epistola juxta ordinem Pamelii 36. inter alia ita scri-
bens. „ Cum voluntati, & confessioni nostræ in carcere, &
vinculis accedit & moriendi terminus, consummata Marty-
ris gloria est. Denique & dies eorum, quibus excedunt,
annotate, ut commemorationes eorum inter memorias Mar-
tyrum celebrare possimus. „ Et longe ante Ecclesia Smyr-
nensis in Epistola encyclica, ubi postquam S. Polycarpi
Episcopi sui martyrium enarravit, sic concludit. „ Ita nos
postmodum ambusta ossa, preciosissimis gemmis chariora, &
omni auro probabiliora per ignem facta collegimus,
ac sicut conveniebat, ex more condidimus. Quo in loco
etiamnum præstante Domino solemnes agimus celebresque
conventus, maxime quidem in die passionis ejus; sed &
cum eorum memorias, qui prius passi fuerunt, celebra-
mus, ut successorum animi ad præcessorum viam exemplis
insignibus fuscitentur. „ Idem uno ore Græci, Latinique
Patres docent, ut exempli gratia S. Cyrillus Jerosol. Ca-
tech. Mystag. 5. „ Cum inquit, hoc Sacrificium (Eucha-
ristiæ scilicet) offerimus, postea facimus mentionem etiam
eorum, qui ante nos obdormierunt, primum Patriarcha-
rum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum: ut Deus
orationibus illorum, & deprecationibus suscipiat preces no-
stras. „ Et S. Augustinus I. 20. Contra Faustum Ma-
nich.

sent aliqui reliqui extra fidem. Ubi autem

nich. c. 21. , , Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solemnitate concelebrat , & ad excitandam imitationem , & ut meritis eorum consocietur , atque orationibus adjuvetur. Nec tamen nos eisdem Martyribus , ait rursum S. Doctor I. s. de Civ. Dei c. 27. templo Sacerdotia , sacra , & sacrificia constituimus : quoniam non ipsi , sed Deus eorum nobis est Deus. Honoramus sane memorias eorum , tanquam Sanctorum hominum Dei ... Quis autem audivit aliquando statim Sacerdotem ad altare , etiam super Sanctum Corpus Martyris , ad Dei honorem cultumque constructum , dicere in precibus : Offero tibi Sacrificium Petre , vel Paulae , vel Cypriane ; Cum apud eorum memorias offeratur Deo , qui eos & homines , & Martyres fecit , & Sanctis suis Angelis Cœlesti honore sociavit : ut ea celebritate & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus , & nos ad imitationem talium coronarum , eodem invocato in auxilium ex eorum memoriae renovatione adhortemur. , , Et Serm. 113. de divers. , , In eo loco , ubi posuit carnis exuvias , sœva tunc multitudo convenerat , quæ propter odium Christi Sanguinem funderet Cypriani , ibi hodie venerans multitudo concurrit , quæ propter natalem Cypriani babit Sanguinem Christi.. Denique sicut nostis , quicunque Carthaginem nostis , in eodem loco mensa Deo constructa est , & tamen dicitur mensa (seu ara) Cypriani ; non quia ibi unquam Cyprianus est epulatus , sed quia ibi est immolatus , & quia ipsa immolatione sua paravit hanc mensam , non in qua pascat , sive pascatur , sed in qua Sacri-

tem cognovit, omnes qui permanferant in antiquo errore, non esse amplius quam septemdecim; dicit hoc quidem esse dolendum (ad Deum respiciens) quod aliquid desit ad plenitudinem eorum, qui salvantur, verum tamen jure magnas esse agendas gratias, quod suo in Ecclesia successori tot relinquat simulacrorum cultores, quot ipse accepit Christianos. Cum deinde precatus esset, ut & qui crediderant, crescerent in perfectionem, & infideles converterentur, ita ab humana vita migravit ad Deum, mandans suis necessariis, ut nullum proprium locum ei comparent ad sepulturam: si enim vivus non sustinui vocari alicujus loci dominus, sed inquilinus vixi in alienis, neque post mortem

erificium Deo, cui & ipse oblatus est, offeratur. Sed ut mensa, quæ Dei est, etiam Cypriani vocetur, hæc causa est, quia ubi illa modo cingitur ab obsequentibus, ibi Cyprianus cingebatur a persequentibus: ubi illa ab amicis orantibus honoratur, ibi Cyprianus ab inimicis furientibus calcabatur: postremo ibi illa erecta est, ubi Cyprianus prostratus est. „

tem pudebit esse inquilinum. 29.) Ha-
ctenus S. Gregorius Nyssenus in Vita seu
Panægyri Thaumaturgi nostri.

Eundem Thaumaturgum locis pluri-
bus laudat S. Basilius, & inter alia l. de
Spiritū S. c. 29. Gregorium inquit Ma-
gnum, & illius voces quo loco ponam ?
Annon cum Apostolis, & Prophetis, virum,
qui eodem spiritu, quo illi versatus fit,
quique Sanctorum vestigiis per omnem vi-
tam inhæserit, & Evangelicæ conversa-
tionis vigorem quamdiu vixit, præstite-
rit.. Profecto injuria affecerimus verita-
tem, si non animam illam adnumeremus
iis, qui Deo juncti sunt; qui velut in-
fi-

29.) Quo anno S. Pater obierit, non constat: quia
tamen Concilio Antiocheno contra Paulum Samosatenum
anno Chr. CCLXV. celebrato interfuisse illum afferit Eu-
sebius l. 7. Hist. Eccl. c. 24. in epistola vero Synodica
alterius Concilii adversus eundem Samosatenum anno
CCLXVI. vel CCLXX. celebrati, inter Patres non re-
censetur, intra hos annos verosimiliter finiit. Sepultus
autem fuit in templo Neocæsareensi: quod postea solum
pene inconsummum perficit, dum cætera urbis ædificia ter-
ræ motu sunt prostrata. Inter Sanctos a Græcis, Latini
isque colitur die XVII. Novembris.

signis, magna que lucerna in Ecclesia Dei resplenduit, qui e spiritus ope terrorem habuit adversus dæmonum potestatem. Nam tantam acceperat gratiam ad obedientiam fidei inter gentes, ut assumptis non plus septemdecim Christianis, universum populum, & urbanum, & rusticanum per agnitionem adjunxerit Deo. Ille & fluminum cursus in diversum vertit præcipiens illis in magno nomine Christi, & paludem exsicavit, belli causam præbentem fratribus avaris. Cæterum prædictiones de futuris ejusmodi sunt, ut nihilo sit inferior cæteris Prophetis. Sed omnino longum fuerit viri percensere miracula, qui propter donorum excellentiam, quæ in ipso operabatur Spiritus, in omni virtute, signis, ac prodigiis, ab ipsis etiam veritatis hostibus alter Moyses appellatus fuit. . Cujus & in hodiernum diem magna est apud ejus regionis homines admiratio, recensque, ac semper vigens memoria sic infixa est Ecclesiis, ut nullo tempore obsolefcat &c. ,,

S. Hieronymus vero hoc illi elogium texit l. de vir. illustr. „ Theodorus , qui postea Gregorius appellatus est , Neocæsareæ ponti Episcopus , admodum adolescens ob studia Græcarum , & Latinarum literarum , de Cappadocia Berytum , & inde Cæsaream Palæstinæ transiit , juncto sibi fratre Athenodoro. Quorum cum egregiam indolem vidisset Origenes , hortatus est eos ad philosophiam , in qua paulatim Christi fidem subintroducens , sui quoque sectatores reddidit. Quinquennio itaque erudi- ti ab eo remittuntur ad matrem. E quibus Theodorus profieiscens πανηγυρικον εοχα-
εισιτας id est laudationem gratitudinis scri- psit Origeni , & convocata grandi frequen- tia , ipso quoque Origene præfente recita- vit , qui usque hodie extat. Scripsit &
μεταφραστη in Ecclesiasten , brevem quidem , sed valde utilem ; & aliæ vulgo hujus fer- runtur epistolæ : sed præcipue signa , atque miracula , quæ jam Episcopus cum multa Ecclesiarum gloria perpetravit. „

C A P U T . II.

*De Scriptis, & doctrina Sancti
Gregorii.*

S. Gregorius Nyssenus in Vita Thaumaturgi nostri, non meminit quidem ullius Opusculi ab eo editi, praeter Expositionem Fidei, quam per revelationem a S. Joanne Evangelista acceperat ; at non asserit etiam illum nil præterea lucubratum esse. Eusebius vero l. 7. Hist. Eccl. c. 25. Metaphrasin in Ecclesiasten ei insuper tribuit. „ Sed & ingenii sui inquit, nobis in parvo maxima monimenta dereliquit. In Ecclesiastem namque Metaphrasim idem Gregorius magnificentissime scripsit, & Catholicæ Fidei expositionem breviter editam dereliquit. „ S. Hieronymus ut supra audivimus, lucubrationibus his orationem Panægiricam ad Origenem, & complures Epistolas addit. Synodus denique Quinisepta , seu Trullana Constantinopoli a Græcis anno DCCVI. 30.)

D 2

Ce-

30.) Anno hunc laudata Synodus affigitur in Collectione Conciliorum opera Harduini S. J. Theologi Parisis

Celebrata Can. 2. pro ejusdem S. Gregorii

fiis an. MDCCXIV. editorum; alii tamen celebratam volunt anno DCXCI. decennio scilicet post Concilium Constantinopolitanum tertium, inter Oecumenica sextum. Celebrata vero est imperante Justiniano II. & Pontifice S. Sergio I. vel Joanne VII. Dicitur Quinisexta Græce Πεντάτυρη: quia ad supplendam quintam, & sextam Synodus Oecumenicam, quæ nullos Canones pro disciplina reparanda considerant, indicta fuit. Dicitur etiam Trullanæ: quia in Trullo palatii Imperiorii, seu in Conclavi magno operis arcuati (quod hodie Cupulam Itali vocant) coacta est. Praefuit illi Paulus constantinopolitanus Patriarcha, vel successor ejus Callinicus. Canones centum & duos edidit: quorum multi e vetustioribus conciliis, & SS. Patribus deprompti, at non pauci etiam tunc primum profusi sunt. A Romano Pontifice nunquam approbata est hæc Synodus, quamvis Anastasius Bibliothecarius ei legatos Apostolicos interfuisse, & deceptos a Græcis subscriptissime testetur pag. 151. Nonnulli tamen ex ejus Canonibus laudantur a Gregorio II. Adriano I. & septimo Concilio Oecumenico; Græci vero Synodi hujus Jure Canonico hodie reguntur. Illic enim inter alia Can. 13. usus conjugii ante contracti, etiam post suscepsum Presbyterii ordinem conceditur in hæc verba. „Quoniam Romanæ Ecclesiæ pro canone traditum esse cognovimus, ut promovendi ad Diaconatum, vel Presbyteratum profiteantur, se non amplius suis uxoribus conjungendos; nos antiquum Canonem Apostolicæ perfectionis, ordinisque servantes, hominum qui sunt in Sacris, legitima Conjugia deinceps quo-

rii genuino fœtu agnoscit Epistolam cano-
D 3 ni-

quoque firma, & stabilia esse volumus, nequaquam eorum cum uxoribus conjunctionem dissolventes, vel eos mutua tempore convenienti consuetudine privantes. Quamobrem si quis dignus inventus fuerit, qui Hypodiaconus, vel Diaconus, vel Presbyter ordinetur, is ad talē gradū assūmī nequaquam prohibeatur, si cum legitima uxore cohabitet; sed neque ordinationis tempore ab eo postuletur, ut profiteatur se a legitima cum uxore consuetudine abstinentur: ne a Deo constitutas, & sua præsentia benedictas nuptias injuria afficere cogamur. „ Ibidem tamen abs injuria nuptiarum Can. 6. sic statuitur. „ Quoniam in Apostolicis Canonibus dictum est, eorum qui non ducta uxore in Clerum promoventur, solos Lectores, & Cantores uxorem posse ducere; & nos hoc servantes decernimus, ut deinceps nulli penitus Hypodiacono, vel Diacono, vel Presbytero, post sui ordinationem contrahere licet: si autem fuerit hoc ausus, deponatur. „ Et Can. 12. „ Hoc quoque ad nostram cognitionem pervenit, quod in Africa, & Lybia, & aliis locis, quidam ex iis, qui illic sunt religiosissimi Præfules cum propriis uxoribus, etiam postquam ad eos procedit ordinatio, una habitare non recusant, ex eo populis offendiculum, & scandalum afferentes.. Nobis visum est, ut nihil hujusmodi deinceps ullo modo fiat. „ Olim certe abs injuria matrimonii Græci etiam non solum in Episcopis, sed Presbyteris quoque, Diaconis, & Hypodiaconis continentiam requirebant, ut testatur S. Hieronymus l. advers. Vigilant. ubi ait: „ Quid facient orientis Ecclesiæ? quid Ægypti, &

Se-

nicam, dum inter Sanctiones Patrum ab Ecclesia recipiendas numerat etiam *Canones Gregorii Neocæsareæ Episcopi Thaumaturgi*. Maxima Patrum Bibliotheca præter hæc sub ejusdem Thaumaturgi nomine producit. I. Expositionem Fidei, quæ dicitur *κατὰ μέγος πιστοῦ*. II. Capita duodecim de Fide, subjecto singulis anathematismo, & apposita interpretatione contra Judæos, & hæreticos. III. Sermiones

Sedis Apostolicae? quæ aut virgines Clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse defistunt. „ Et S. Epiphanius hær. 59. „ Qui adhuc in matrimonio degit, & liberis dat operam, tametsi unius sit uxor vir, nequaquam tamen ad Diaconi, Presbyteri, Episcopi, aut Hypodiaconi ordinem admittit Ecclesia, sed eum duntaxat, qui ab unius etiam uxoris confuetudine se se continuerit, aut ea sit orbatus: quod in iis locis præcipue fit, ubi Ecclesiastici Canones accurate servantur. „ Labascere igitur disciplina Ecclesiastica jam non modice cœperat, dum Trullani Patres continentiam ad solos Episcopos restrinxerunt. Accedente tamen consuetudine, & Romanæ Ecclesiæ in Coneilio Florentino, ac Tridentino consensu, usus conjugii ante ordines sacros contracti, in Hypodiaconis, Diaconis, & Presbyteris Graeci ritus innoxius evasit: cum res hæc non ad fidem, sed disciplinam tantum Ecclesiæ suapte variabilem pertineat.

nes tres de Annunciatione Deiparæ Virginis, & unum de S. Theophania seu Dei apparitione, vel Baptismo Christi. IV. Disputationem de Anima ad Tatianum. At quod primum ex his attinet, Neocæfareenses quidem cum ad Sabellii hæresim declinassent seculo IV. in erroris sui patrocinium proferebant Expositionem quandam Fidei, ceu a S. Gregorio editam; ut testatur S. Basilius juxta edit. Parisinam anni MDCCXXX. tom. 3. Ep. 210. ad Primores Neocæfareæ pag. 316. „ Immisere inquit, etiam per epistolam tentamenta quædam unanimi nostro Anthimo Tyanorum Episcopo, quasi Gregorius in Fidei expositione dixerit, Patrem, & Filium mentis quidem cogitatione duo esse, sed hypostasi unum. Hoc autem non docendi causa, sed decertandi in Dialogo cum Aliano dictum esse, intelligere non potuerunt, qui sibi ipsi ob ingenii subtilitatem beati videntur. Qua in Disputatione multa sunt librariorum errata, ut ex ipsis verbis ostendemus, si Deus vollet. Deinde vero gentilem erudiens non

existimabat accuratius disceptandum esse de verbis, sed non nihil etiam indoli illius, qui introducebatur, concedendum, ut ne iis, quæ præcipua sunt, repugnaret. Quapropter & multas illic invenias voces, quæ nunc robur maximum hæreticis præbent, quales sunt creatura, & factura, & si quid ejusmodi. „Vel ex hoc tamen Basilii testimonio manifestum fit τὴν καταμεγος πίσιν, a Francisco Turriano S. J. Theologo primum, ac deinde a Gerardo Vossio Tungrensi Præposito Latine redditam Gregorii nostri partum non esse: quia in hac neque *creatüræ*, *factüræ*, aliove id genus nomine ulla Divinæ Triados persona compellatur, neque *Pater*, & *Filius* *juxta mentis cogitationem* duo esse, & *hypostasi unus* asseruntur, quin his oppositum diserte, & identidem docetur. Ita enim non longe a principio Expositionis hujus author ait: „Alieni sunt, qui Trinitatem non secundum veritatem ex tribus personis confitentur, sed in unitate triplęcatam secundum compositionem impie fingunt, & sapientiam in Deo existimant es-

se sicut in homine sapientiam humanam ,
 qua sapiens est , & Verbum simile esse
 interpretantur verbo , quod profertur , vel
 mente concipitur , nulla hypostasi . „ Et
 paulo infra , „ Aut inquit in naturali , & ve-
 ra gloria tota Trinitas intelligenda est ,
 aut unitatem , & non amplius Trinitatem
 dicere cogemur ; aut cogemur non adnu-
 merare Creatori creata opera , neque Do-
 mino univerorum creaturas , sicut neque
 Trinitati ullum opus creatum adnumeratur .
 At in nomine Sanctæ Trinitatis baptisma fit ,
 & invocatio , & cultus . Si enim tres sunt glo-
 riæ , fiant tres cultus apud eos , qui creaturas
 colunt . Si natura , quæ adoratur divisa
 est , sit etiam apud eos divisa adoratio .
 Sed neque cum æterno recentia adoran-
 tur : recens enim est omne id , quod prin-
 cipium cepit : quia multus , & immensus
 est , qui est ante secula . Qui igitur ali-
 quod principium temporum vitæ Filii , &
 Spiritus Sancti ponit , simul separat Filium ,
 & Spiritum S. ab adnumeratione Patris .
 Oportet enim sicut unam gloriam con-
 temnur , sic unam substantiam , scilicet Di-

vinitatem , & unam sempiternitatem Trinitatis confiteri . , , Rursum , , Si dixerint , Quomodo tres Personæ , & quomodo una Divinitas ? Dicemus eis tres Personas esse sic , ut una quidem sit Dei Patris , una vero Domini Filii , & una Spiritus Sancti ; una vero Divinitas sic , ut Patris , qui unus est , imago sit Filius , id est Deus ex Deo , & Spiritus similiter vocatur Spiritus Dei , & hoc naturaliter secundum eandem substantiam , non secundum participationem Dei : & una est substantia Trinitatis , quod quidem non est in iis , quæ facta sunt : non enim est una substantia Dei , & eorum , quæ facta sunt , quoniam nihil horum est substantia Deus ; immo neque Dominus est quidquam horum secundum substantiam ; sed unus est Deus Pater , unus Dominus Filius , unus Spiritus Sanctus , dicimusque unam Divinitatem , & unam dominationem , atque unam Sanctam Trinitatem . , , Denique versus finem , , Confitemur inquit consubstantialem esse Patri Filium , & Spiritum S . & unam substantiam Trinitatis , id est u-

nam

nam Divinitatem naturaliter , manente Pa-
tre ingenito , genito autem Filio ex Patre
vera generatione , non factione ex volun-
tate , & Spiritu S. ex substantia Patris
per Filium æterne emissio , habente virtu-
tem sanctificandi totam creaturam . Con-
fitemur etiam incarnatum Verbum , & ma-
nifestatum in operatione carnis ex Virgi-
ne assumptæ , non in homine operatum.
eos vero , qui communicant cum iis , qui
rejicunt ὁμοστιον , tanquam alienum a Scri-
pturis , & qui dicunt aliquid ex Trinita-
te creatum esse , & ab una naturali Divi-
nitate separant , alienos existimamus , &
cum nullo ex ipsis communicamus . „ Quæ
postrema verba illud etiam sat ni fallor in-
dicant Expositionem hanc post exortam A-
rianæ , 31.) & Macedonianæ hæreses
scri-

31.) Ariani sub initium IV. Seculi auctore Arrio A-
lexandrino Presbytero prognati sunt. Oriundus vero is e
Lybia Ægypto vicina erat , & Meletio Lycopolitano E-
piscopo schismatico primum se adjunxerat : sed eo posteā
deserto Alexandriam se contulit , fucataque morum sanctimo-
nia S. Petri Alexandrini Patriarchæ animum occupavit
adeo , ut in Clerum cooptaretur , & Diaconatu insignire-
tur.

scriptam esse: qua eoruni jugulum sole
cla-

tur. Haud multo post tamen in schisma relapsum ex Ecclesia ejicit S. Præfus, nec adduci deinceps ulla pœnitentia simulatione potuit, ut reciperet. Recepit vero successor Achillas, & ad gradum Presbiterii evectum uni etiam ex urbis parocciiis præfecit. Hinc non dubitabat jam verisipellis ipsum Alexandriae thronum, post Achillæ obitum se facile consensurum. At prælatus est Alexander: unde similitas, & intenta in omnes occasiones ultionis cupiditas. Cum igitur die quodam in Ecclesiæ conventu de Divinæ Triadis mysterio verba faceret Episcopus, Filiumque ejusdem cum Deo Patre essentia, & peræque adorandum esse doceret, in faciem contradixit Arrius, solum Patrem vere, ac proprie Deum, sempiternum, & rerum omnium Creatorem esse, Filium autem non nisi voluntate ejus ex non extantibus, seu de nihilo prodiisse contendens. Blasphemiam cum auctore suo execratus Alexander, coacta quidem illico synodo damnavit, sed opprimere non potuit, sufflaminantibus clam duobus Eusebiis Nicomedensi, & Cæsariensi, secundo item Ptolemaidis, Theona Marmaricæ, aliisque Episcopis hæresiarchæ addictis. Accedebant in dies muti ex populo, quos edite interim libro Thaliae nomine inscripto transversum egit Arrius. Constatbat enim liber ille molli, & ad suaves modulos facto carmine, in eoque hæresim suam teste S. Athanazio Ep. de synodis Arimin. & Seleuc. in hæc verba eructabat tenebrio: *Filium esse creaturam Dei perfectam, non tamen ut creature alias; non esse γέννημα Patri ὄμούσιον, sed*

clarius petunt; quemadmodum & hæc, a
qui

voluntate Dei ante tempora conditum; non esse coeternum Patri, neque Patris naturam, ut in se est cognoscere, quin nec suam ipsius; alienum esse a Patre quantum ad substantiam, ex non extantibus factum esse, fuisse tempus, quando non erat. Mutabilem suapte esse, in ejusque libero arbitrio. situm fuisse, ut bonus permaneret: Deum tamen, cum prenosceret eum bonum mansurum, anticipato illi hanc gloriam contulisse, quam homo postea virtute promereretur: denique nonnisi participatione, & gratia Deum esse, & ut Sanctos alios, sic ipsum quoque solo nomine tenus Deum dico.

Excitatum sic, lateque jam sparsum incendium restinguere cupiens Constantinus Augustus, Osium Cordubensem in Hispania Episcopum Alexandriam mittit, ut pro ea, qua valebat sapientia dissidentes Conciliare niteretur. Sed in cassum fuere conatus omnes, nihil sani ad animum admittere hæresiarcha volente. Itaque quod ab Ecclesiæ exordio factum adhuc non erat, voluntate ejusdem Augusti, & Sylvestri Romani Pontificis, Nicæa in Bithynia Oecumenicum primum Concilium coactum est anno Chr. CCCXXV. in eoque a CCCXVIII. Episcopis magno consensu damnata Arrii blasphemia, & Verbi Divinitas, ac cum Deo Patre consubstantialitas asserta, edito fidei symbolo: in quo Patres asserunt credere se,, in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, ante omnia tempora natum ex Patre, hoc est ex substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, geni-

quibus laudata Expositio incipit „ Inimi-
cif-

nitum , non factum , & ὁμόωσις seu consubstantiale Pat-
tri &c. „ In fine vero addunt : „ Eos autem , qui di-
cunt , erat aliquando , quando non erat , & antequam na-
sceretur , non erat , & quia ex non extantibus factus est ,
aut ex alia hypostasi , vel substantia factum , aut mutabi-
lem , & convertibilem dicunt esse Filium Dei ; anathema-
tizat Apostolica , & Catholica Ecclesia. „ Definitioni hu-
ic subscripsere Patres omnes duce Osio Sylvestri legato:
quamvis undecim nonnisi Augusti metu ad subscribendum
adacti fuerint : duo vero , Secundus , & Theonas , qui
subscribere pertinaciter renuerunt , una cum Arrio in e-
xilium pii Cæsaris iussi deportati fuere : ut testatur
Rufinus I. 10. Hist. Eccl. c. 5. & inquit Socrates I. 1.
c. 6. & 10. Extincta etiam hæresis fuisse , nisi versipel-
lis hæresiarcha , Eusebiorum , & Constantiæ Constantini
fororis opera credulo nimis Imperatori obrepisset . Sed
cum iis satagentibus ab exilio revocatus , professionem fidei
dolose conceptam emisset , preponendum persuasit aut recte
semper de Filio Dei se sensisse , aut sententiam in melius com-
mutasse . Hinc triumphare perfidas , & Communionem Ec-
clesiæ , quam ab Athanasio extorquere Alexandriæ non
potuit , Constantinopoli attentare . Verum ulti blasphemæ
perfidiae Dens comparata eum in finem hominum Con-
filia , grandi Arrii malo , & fautorum pudore evertit .
Rem ita narrat Theodoretus I. 1. Hist. Eccl. c. 14. „ Ac-
cessitus fuerat a Constantino Arrius ad tentibus Eusebia-
nis . Qui cum comparuisset , interrogat Rex , an teneat
fidem Catholice Ecclesiæ ? ille autem jurejurando affirma-

cissimi, & alieni a Confessione Apostolica
funt,

vit recte se credere, & exemplum Fidei sue Principi ob-
tulit, celatis omnibus, quorum causa ejectus ex Ecclesia
erat.. Itaque absolvit Imperator juratum sic locutus. Si
recta est fides tua, probe iurasti; sin est impia.. judi-
cium de te erit Dei e Cœlo. Atque sic egressum a Rege
voluere Eusebiani solita vi inducere in Ecclesiam; sed
beatus Alexander (Episcopus Constantinop.) restitit illis,
negans inventorem hæreseos in Ecclesiam recipi posse. De-
inde ad minas ventum, dicentibus Eusebianis, quemadmo-
dum perfecissent, ut invito ipso accerseretur ab Impera-
tore Arrius, ita postero die una cum ipsis in Ecclesiæ e-
jus communione futurum. Erat autem, cum hæc dicebant,
sabbatum. Quam obrem Episcopus Alexander admodum
contristatus Ecclesiam intrat, seque cum lachrymis in fa-
ciem prostrernit orans.. Duplex autem erat postulatio.
Si Arrius est cras futurus in communione Ecclesiæ, di-
mitte me servum tuum, neque perdas justum cum impio.
Sin parcis Ecclesiæ tue, cui te scio parcere, flecte ocu-
los ad verba Eusebianorum, & aufer Arrium e medio, ne
ipso introeunte Ecclesiam, una cum eo hæresis videatur
recipi. Hæc precatus discessit summa cum sollicitudine;
accidit autem res admirabilis, & inopinata. Arrius enim
(die sequenti) Eusebianorum fiducia admodum procax
(dum in Ecclesiam dicitur) secessit tanquam ad ventris
opus in sellas quasdam, ac mox, ut scriptum est, crepuit
medius, prolapsusque statim est exanimatus,, anno Chr.
CCCXXXVI. Unde pudor quidem incredibilis factionem
totam confudit, meliora tamen sapere scelestos non docu-
it,

funt, qui dicunt Filium esse ex non extantibus, & ex principio emittente externum, & foris adscitum Patri; & qui eadem de Spiritu S. sentiunt 32.) qui dicunt
da-

it, sed cœptum semel in Filium Dei bellum gerere perrexerunt; præsertim posteaquam mortuo Constantino, successorem Constantium sibi penitus devinxerant.

32.) Ita sentiebant Macedoniani anno Chr. CCCLX. orti auctore Macedonio: qui Arrianas primum partes sestatuſ, & post Eusebium Nicomedensem, dejecto per nefas ex Constantinopolitana Sede Paulo, a Constantio Augusto successor datus, tanta vi destinatum sibi thronum invasit, ut plus quam tria millia hominum Paulo faventium trucidata sint, teste Socrate l. 2. Hist. Eccl. c. 12. At cum non multo post Constantini Magni offa e basilica Apóstolorum in aliam inconsulto Imperatore transferre ausus esset, male parto Episcopatu dejectus, bellum Spiritui Sancto, quod clam Arriani jam gerebant, palam intulit, inferiorem illum Deo Patre, & Filio, quin utriusque creaturam, ac ministrum esse blasphemæ contendens: unde sectatores ejus πνευματόμαχοι, seu impugnatores spiritus dicti sunt. Damnata vero hæc hæresis est primum a S. Athanasio in Synodo Alexandrina anno CCCLXII. tum in synodo Illyricana anno CCCLXVII. & in duabus Romanis a S. Damaso Papa celebratis, denique in Concilio Oecumenico II. & Constantinopolitano primo anno CCCLXXXI. S. Damasus in Epistola synodica ad Paulinum Antiochenum eam inter alia his fert.

datione, & gratia factum esse Deum, & Spiritum S. sanctificari; qui nomen Filii cum servis commune faciunt; qui sic dicunt eum primogenitum creaturæ, ac si esset similiter factus, cum non esset, & tanquam primum factus: & non confitentur unigenitum Filium, qui solus sit Patri Filius, qui dedit seipsum, ut adnumeraretur mortalibus, atque ita esset numeratus primogenitus: qui generationem Filii ex Patre humane circumscribunt spacio demenso, & non confitentur ævum genitoris, & geniti

A&. & Scr. S. Greg. Neocæs. Ep. E. si-

rit., Anathema dicimus Macedonianis, qui de Arriana radice propagati, non impietatem, sed nomen aliud habent., Et infra:, si quis non dixerit omnia posse, & omnia scire, & ubique terrarum adesse S. Spiritum, sicut Filium, & Patrem; anathema sit... si quis non dixerit Patris, & Filii, & S. Spiritus unam Deitatem, potestatem, principatum, unam gloriam, unum regnum, unam voluntatem, & veritatem; anathema sit. Si quis non dixerit tres Personas veras Patris, & Filii, & Spiritus Sancti semper viventes, omnia continentes, omnia creantes; anathema sit., Patres autem Constantinopolitani ad Nicænum symbolum, in quo dictum tantum fuerat: *Credimus & in Spiritum Sanctum*, adjecerunt hæc verba: *Dominum, & vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum & conglorificandum, qui locutus est per Prophetas.*

sine principio &c. „ Unde vides Expositionem sub nomine *νατὰ μέγος πιστίς* laudatam S. Gregorio hæresibus illis toto seculo anteriori tribui omnino non posse.

At ne illa quidem Expositio Fidei, quam jactabant Neocæsareenses ab eo edita videtur. Nam in primis id satis innuit Basilius laudata supra Ep. 210. tum allatis jam verbis, quæ non de credendi formula, sed de disputatione cum Æliano habitâ loquuntur; tum quod pag. 314. Neocæsareenses ita alloquatur: „ Fidei evercio apud vos excogitatur inimica Apostolicis, & Evangelicis doctrinis, inimica traditioni Gregorii vere magni, & eorum qui ei succeſſerunt usque ad beatum Musonium, cuius profecto documenta etiamnum in vestris auribus resonant. Nam Sabellii 33.) malum olim quidem exortum,

sed

33.) Sabellius Ptolemaide in Lybia ortus hæresim Nocti renovavit circa annum Chr. CCLVII. Patris, Filii, & Spiritus Sancti non naturam tantum, sed hypostasim etiam, & personam, sub variis nominibus unicam esse assertens. De illo hæc pauca S. Philastrius Brixinensis seculo IV. Episcopus l. de hæref. „ Sabellius Nocti disci-

sed traditione magni illius viri extinctum
conantur nunc isti renovare, qui dum ti-
ment, ne arguantur, somnia in nos fin-
gunt. „

E 2

Quid

pulus similitudinem sui Doctoris fecutus est; unde & Sa-
belliani postea sunt appellati, qui & Patripassiani, & Pra-
xeani a Praxea, & Hermogeniani ab Hermogene, qui fue-
runt in Africa, & ita sentientes abjecti sunt ab Ecclesia
Catholica. „ S. Epiphanius discriminis aliquid inter No-
ctianos, & Sabellianos agnoscere videtur: posteaquam enim
hær. 57. de Nocto egit, hær. 62. de Sabellio agens in-
ter alia ita habet: „ Sabelliani similia Nocto dogmati-
zant, præter hoc quod dicunt Patrem non esse passum. „
Id vero miratur vehementer S. Augustinus 1. de hæref. ad
Quodvultdeum: „ Quomodo inquit, de Sabellianis in-
teligi potest, cum sic innotuerint dicere Patrem passum,
ut Patripassiani, quam Sabelliani crebrius nuncupentur?
Aut si forte in eo quod ait Epiphanius, *præter hoc, quod*
dicunt Patrem non esse passum; Noctianos hoc dicere in-
telligi voluit, quis eos in hac ambiguitate discernat? Vel
quomodo possunt intelligi quilibet eorum Patrem passum fu-
isse non dicere, cum dicant eundem ipsum esse & Pa-
trem, & Filium, & Spiritum Sanctum? „ At nihil sane no-
vi est, quod non modo cum veritate, sed cum suis etiam
dogmatis pugnantia loquantur hæretici. Hinc tametsi
Sabellius pariter, ac Noctus, Patrem, Filium, & Spiritum
Sanctum non natura solum, sed hypostasi etiam unum, eun-
dem que esse dixerit, Patrem tamen esse passum eorum al-
ter admittere, alter negare potuit.

Quid enim hæc significant aliud , quam Expositionem illam a Neocæsareensibus Sabellianis confictam , & Thaumaturgo nostro perperam suppositam fuisse ? Deinde quis credat S. Gregorium docuisse , vel scripsisse aliquid , quod Fidei a Beato Joanne Evangelista per peculiarem revelationem acceptæ luculente adversaretur ? At in hac apertissime dicitur *nihil creatum , aut servum in Trinitate esse , Filius Deus ex Deo , verus Filius veri Patris , & Sempiternus Sempiterni , nec defuisse unquam Filius Patri , aut Filio Spiritus prædicatur , Trinitas denique perfecta , quæ gloria , æternitate , ac regno , atque imperio non dividitur , agnoscitur.* Quomodo igitur in alia Fidei expositione dicere S. Pater potuit *Patrem , & Filium cogitatione tantum duos esse , & hypostasi unum ?* aut *creatüræ , factüræ , aliaque idgenus vocabula de Filio , & S. Spiritu usurpare ?* Procul certe a viro summis veterum laudibus celebrato pugnantia adeo dicta : nec omnino ex ortodoxi cuiusquam calamo sed ex fuliginosa hæreticorum officina scatens tot

tot fordibus expositio Fidei profluxisse credenda est.

Duodecim Capita de Fide , a laudato supra Gerardo Vossio Latine reddita , falso itidem Gregorio nostro tribui videntur. Quamvis enim in eis nil occurrat , quod a Catholica , & S. Patris Fide alienum sit , lucubrationis tamen ejusmodi ab illo editæ nemo ex veteribus meminit: & quæ his Capitibus afferuntur , recentiorem multo auctorem sapiunt. Nam Caput 1. 2. & 9. Confusionem naturarum in Christo ab Eutychianis 34.) Seculo V. ortis impe-
E 3 tit.

34.) Eutychiana hæresis circa annum Chr. CDXLI. nata est auctore Euticho Presbytero , & celebris Constantinoli monasterii Archimandrita: qui cum Nestorianos vehementius impugnaret , in errorem oppositum incidit , afferens in Christo non Personam tantum , sed & naturam esse unicam , eo quod humana per unionem ipsam a Divina penitus sit absorpta. Ita enim quærenti Orthodoxo apud Theodoretum Dial. 2. „ Doce nos , quomodo u-nam post unionem dicas naturam , an quod una ex am-babus facta sit , an quod altera deleta , altera remanferit ? „ respondet Eranistes seu Eutychianus : „ Ego dico mansisse Divinitatem , ab hac vero absorptam esse humanitatem , ut mare mellis guttam si accipiat : statim enim

tit. „ Si quis dicit carnem Christi ,
 (ait

gutta illa evanescit aquæ maris permixta. „ Re ab Eusebio Dorilæi Episcopo ad S. Flavianum Constantinopolitanum delata , hic illico cum XXXII. Episcopis synodum celebrat , & nascentem hæresim proscriptit , auctore eam pertinaciter defendantे depositionis , & ex communicationis pœna mulctato. At Eutyches hinc Dioscori Alexandrini , & Chrysaphii eunuchi apud Theodosium Augustum gratosi opem implorare ; inde ad S. Leonem Romanum Pontificem provocare , seque ab Episcopis Nestorio addictis ob impugnatos hujus errores damnatum esse , mendacissime quiritari. S. Leo quia res gestas ignorabat , zelum quidem , quem præferebat Eutyches , collaudavit , at edoceri etiam de re tota a Flaviano petiit : edoctusque redditа mox synodica dogma impium graviter confutavit , & latam in auctorem sententiam approbavit. Chrysaphius vero , & Dioscorus apud Imperatorem perfecerunt , ut synodus cogeretur , causaque Eutychetis Alexandrino præside de integro cognoscatur. Volente itaque Theodosio convenient Ephesum anno CDXLVIII. Orientales Episcopi juxta quosdam CXXX. juxta alios omnino CCCLX. Sed. quam infelicem hæc Synodus , quam Græci ipsi *λιστηνη* seu latrocinalem vocant , habitura esset exitum , initio ipso patuit. Nam cum legati Papæ præsidere pro more vellent , Dioscorus loco principe vi occupato , duos ex illis , Julium Puteolanum Episcopum , & Renatum Romanæ Ecclesiæ Presbyterum male mulctatos in carcerem compegit , tertio Hilaro Diacono æque fuga dilapsò. Inductus postea cum valida CCC. monachorum , & militum

(ait c. 2.) ομοστιον, id est consubstantiam esse Divinitati, & non confitetur ipsum in forma Dei, Deum esse ante secula, & seipsum exinanisse, & formam servi accepisse, sicut scriptum est, anathema sit. Et c. 9. „ Si quis dicit mutabilem, aut alterabilem Christum, & non confitetur ipsum immutabilem spiritu, corruptibilem carne, anathema sit. „ Caput

E 4

3.

manu Eutyches, adacti verberibus ad probandam ejus doctrinam Episcopi: damnatus contra, pugnisque, & calcibus contusus S. Flavianus, quin insuper habita ad S. Leonem Papam provocatione, Epipam Lydiæ in exilium deportatus est; ubi anno sequente, *seu superveniente, seu ingesta morte*, ut Marcellinus Comes in Chron. ait, obiit. Neque id satis, sed cum triumphantis in morem ad sua rediisset Dioscorus, inaudito hactenus exemplo in Leonem ipsum Romanum Pontificem anathema vibrare est ausus. Rebus interim ex Hilario Diacono cognitis, S. Leo Romæ synodum cogit, acta Ephesi rescindit, & apud Theodosium per literas satagit, ut novum & Oecumenicum Concilium in Italia celebretur. Eo tamen vivo impetrare nihil potuit, atque ita Eutychiana hæresis longe lateque disseminata est. Vide Socratem l. 7. Hist. Eccl. c. 35. Theodoret. l. 4. hæret. fab. c. 16. Evagrium Scholast. l. 1. c. 9. & seqv.

3. 5. 6. 8. Nestorianæ 35.) hærefeos
la-

35.) Nestoriani an. Chr. CDXXVIII. prognati sunt a Nestorio Constantinopolitano Episcopo. Oriundus is Germanicia Syriæ oppidulo erat, & operam dederat Theodoro Mepfvesteno multarum hæresum parenti. Antiochiae subinde inter monachos & Ecclesiæ ejus Presbyteros meruit: cumque neglectu vestium, faciei pallore, & solitudinis studio virtutem, nativa vero facundia, & canora vox doctrinam egregie mentiretur, eam nominis famam adeptus est, ut Sisinnio vita functo, eum præ omnibus in Constantinopolitanam Sedem evehi Theodosius Augustus voluerit. Anno igitur CDXXVIII. die X. Aprilis ordinatus Episcopus, coram universo populo Imperatorem affatus est; „Da mihi terram hæreticis purgatam, & ego tibi cœlum retribuam: mecum hæreticos debella, & ego tecum Persas debellabo. „Utque insolentibus dictis fidem opere faceret, Arrianos illico, Novatianos, Macedonianos, aliosque hæreticos miris, sed crudis nimium, & indignis Pastore modis exagitare cœpit, nullo fere opere precio, præter concitatas undique seditiones, & tumultus. Non multo post ipse in hæresim proruit, vel potius diu animo conceptam eructavit. Cum enim eo sedente in Cathedra, Dorotheus Episcopus, ut S. Cyrillus Alex. Epistola ad Acacium Beroens. scribit, vel ut Socrates l. 7. Hist. c. 32. ait, Anastasius Presbyter, ad populum diceret: *Si quis Mariam Deiparam esse dixerit, anathema sit;* non solum dictum impie non reprehendit, sed pluribus etiam homiliis, & Tractatibus confirmare non dubitavit, inter alia effutiens: *si matrem Deus habet, ergo*

latebras omnes excutit , & errores diferte
E 5

go excusabilis gentilitas matrem diis subintroducens. Et: Ego inquit, eum, qui spaciis menstruis, hoc est bimestri, trimestri, & ita deinceps adoleverit, Deum certe non appellavero. Duas scilicet in Christo Personas, unam Divinam, & alteram humanam admittebat Nestorius; quodque sequitur, Verbum divinum non vere, & realiter, sed moraliter tantum, & affective naturæ humanæ unitum esse, & idcirco eum, qui de Virgine natus, ac pro nobis mortuus est, purum reapse esse hominem, matremque ejus Mariam Virginem non Θεοτόκον seu Deiparam, sed duntaxat Χριστιπόνον seu Christiparam dici posse contendebat.

Natam sic hæresim in cunis adhuc suffocare tentavit S. Cyrillus Alexandrinus Patriarcha, idatis semel & iterum ad Nestorium literis: at incassum. Veritus igitur nemalum tempore invalescat, S. Cœlestinum Romanum Pontificem de re admonet per Possidonium Diaconum, & epistolam *Beatissimo, Deoque dilectissimo Patri Cœlestino* inscriptam. Sed Nestorius quoque Papam per literas convenit, transmissis etiam quaternionibus; quibus doctrinam suam propugnabat, & Cyrillum, aliosque Catholicos damnatae jam dudum Apollinaristarum hæreseos incusabat. Cœlestinus Controversia in Synodo discussa, septem de ea epistolas Alexandriam preferendas Possidonio dedit: unam ad Cyrillum, qua suas illi hoc in negocio vices delegabat; alteram ad Nestorium, qua post confutatos errores hæresiarcham monebat, ut eos intra dies decem scripto revocet, secus depositionem, & excommunicationem ipso facto incursum; tertiam ad Clerum Constantinopol. qua il-

te) damnat; ita enim exempli causa c. 5.
ha-

Ium hortabatur ad retinendam constanter fidem, & pseudo-
episcopi sui fraudes declinandas; quatuor reliquas ad Jo-
annem Antioch. Juvenalem Jerosol. Rufum Theffalon. &
Flavium Philippensem Episcopos, quibus causam hanc ad-
versus Nestorium strenue propugnandam comendabat. Ac-
ceptis his epistolis Cyrillus alias quidem iis, ad quos da-
tæ erant, perferri illico curat, inscriptam autem Nesto-
rio, nonnisi post celebratam Alexandriæ synodum, una
cum synodica sua, per Theopemptum, Danielem, Pot-
amonem, & Macarium Episcopos transmittendam censuit,
eo haud dubie consilio, ut quo pluribus improbari doctri-
nam suam hæresiarcha videret, eo validius ad resipiscen-
dum impelleretur. Verum hoc quoque consilium in irritum
cecidit. Nestorius enim de impendente sibi malo interim
a Joanne Antioch. edoctus, satagere modis omnibus cœpit,
ut illud in Cyrilli caput retorqueret. Blandiri igitur The-
odosio Imperatori, Cyrillum perturbatae ineptis contentio-
nibus Ecclesiæ, animique in Pulcheriam Augustam propen-
sioris ob inscriptum illi de Incarnatione librum, accusare,
opem denique universalis consilii implorare. Quibus per-
suasus Theodosius, rem cum Valentiniano per occidentem
imperante communicat, datisque die XX. Decembris an.
CDXXX. ad Cælestinum Romanæ, Cyrillum Alexandrinæ,
Joannem Antiochenæ, Joannem Jerosol. Rufum Theffalon.
Capreolum Carthagin. & Augustinum (qui tamen jam obie-
rat) Hipponens. Ecclesiæ Episcopos literis, Oecumenicam
synodum ad Pentecosten insequentis anni Ephesi celebra-
dam

habet: „ Si quis dicit , alius est Filius
Dei

dam indicit , addito etiam in Nestorii gratiam , *ne ulla
interim fieret privatim a quibuscumque innovatio.*

Anno CDXXXI. ad conditum diem , & locum con-
venere ducenti amplius Episcopi , & hos inter etiam Ne-
storius cum suis , & Candidiano ac Irenæo Comitibus ,
nihil dubitans quin dogmata sua probanda essent , quem-
admodum fatetur ipse Ep. 3. ad Cœlestinum Papam ita
scribens : „ Placuit piissimis Imperatoribus , etiam synodum
totius orbis terrarum inexcusabiliter indicere , propter in-
quisitionem aliarum rerum Ecclesiasticarum . Nam dubita-
tionem verborum (Deiparæ , & Christiparæ) non aestimo
habitaram inquisitionem difficultem , nec impedimento futu-
ram ad tractatum Divinitatis Domini Jesu . „ Joannes An-
tiochenus tardasse de industria videtur , ne aut fidem pro-
dere , aut damnare amicum cogeretur . Eo itaque dies
XVI. ultra præstitutum tempus nequicquam expectato ,
Actio I. Synodi præside Cyrillo , qui ut Patres ajunt ,
*Cœlestini quoque Sanctissimi Romanae Ecclesie Episcopi locum
obtinebat* : habita est XXII. Junii in templo Deiparæ Vir-
ginis : quamvis Candidianus Comes cum nonnullis Episco-
pis reclamaverit . Ac primum quidem lecta fuit Imperato-
rum epistola , qua synodum indicebant , nulla tamen aucto-
ritate Ecclesiastica sibi arrogata ; quia inter alia diserte a-
junt : „ Candidianum præclarissimum Sacrorum Domestico-
rum comitem , ad sacram vestram synodum abire jussimus ,
sed ea lege , & conditione , ut cum quæstionibus , & con-
troversiis , quæ circa fidei dogmata incidunt , nihil quid-
quam commune habeat . „ Tum per delegatos synodi ter

Dei ante secula, & alius, qui extremis
tem-

citatus est Nestorius, & cum sistere se renueret, ad examen cause processum. Lecta scilicet est epistola Cyrilli ad Nestorium, quæ incipit, *Obloquuntur*, responsoria Nestorii, *Injurias quidem*, Epistola Cœlestini Papæ ad eundem, *Aiquantis diebus*; & synodica Cyrilli, *Cum Salvator noster*. His perfectis allatae sunt in medium excerptæ e SS. Patribus de Divini Verbi Incarnatione sententiae, & pugnantia cum illis Nestorii dicta, ex ejus quaterniobus deprompta. Auditæ etiam testes, Theodosius Ançyræ, & Acacius Melitinæ Episcopi: qui jurati deposuerunt, se non semel audivisse hæresiarcham dicentem, quod Deus ex Virgine natus non sit, nec ea Deipara dici possit. Omnibus denique mature expensis sententiam tulere Patres in hæc verba. „Deprehendentes partim ex literis, commentariisque ipsius, partim e sermonibus, quos nuper in hac Ephesiorum metropoli habuit, quiue testimoniis comperti sunt, impie sentire & prædicare Nestorium; coacti per sacros Canones, & epistolam Sanctissimi Patris, & Comministri Cœlestini Romanae Ecclesie Episcopi; lachrymis subinde perfusi ad lugubrem hanc contra eum sententiam necessario venimus. Igitur Dominus noster Jesus Christus, quem suis ille blasphemis vocibus impeditivit, per Sanctissimam hanc Synodum, eundem Nestorium Episcopali dignitate privatum, & ab universo Sacerdotum confortio, cœtu alienum esse definit. „Subscripserunt Episcopi CCVIII. & die altero hæresiarchæ significaverunt per epistolam inscriptam. *Nestorio novo Jude.*

Quinque post diebus advenit Joannes Antiochenus,
&

temporibus apparuit; & non confitetur u-
num

& ut Patres ad Cœlestinum Papam scribunt, „ simul atque Ephesum ingressus est, antequam pulverem ex itinere contractum excusisset, rem ausus est impiam. Etenim privatum scriptum quoddam (in conciliabulo ex suis, & Nestorianis quadraginta tribus conflato) confecit, depositionis que contumeliam impegit Sanctissimo Cyrillo, & pientissimo Memnoni (metropolita Ephesino) excommunicationis etiam nomine universæ synodo contumeliam fecit. „ Unde turbæ, quæ veritatem, & legitimam Synodus propemodum oppræserunt, Theodosio falsis Nestorii, & Joannis Antiocheni, Comitumque Candidiani, & Irenæ relationibus in fraudem impulsò.

Die X. Julii adfuere Ephesi Arcadius, & Projectus Episcopi, ac Philippus Presbyter, a Cœlestino Papa ad synodum legati: hinc celebrata est eo ipso die Actio II. in qua literæ a Pontifice ad Patres synodi, ad Theodosium Augustum, & ad Cyrilum Alexandrinum datae, sunt perlectæ, acclamantibus post earum lectionem universis: „ Novo Paulo Cœlestino, Cœlestino custodi fidei, Cœlestino cum synodo concordi, universa synodus gratias agit. Unus Cœlestinus, unus Cyrus, una fides synodi, una fides orbis terrarum. „ Actio III. habita est die sequenti: in qua postulantibus legatis Apostolicis relecta sunt omnia, quæ in causa Nestorii gesta erant. Tum damnationi ejus subscripsere legati, synodus vero relationem aëtorum ad Clerum Constantinop. & ad imperatores conscripsit, petita simul, velut jam confessis omnibus, missione. Relatio tamen illa, ut & alia Patrum Scripta Con-

num, & eundem esse illum ante secula,
&

stantinopolim non pervenere, præcludentibus adversariis
vias omnes. Unde cum responsi nil acciperent, die XVI.
Julii Actionem IV. celebrarunt: in qua a Cyrillo, & Me-
mnone libelli synodo oblati sunt, de injuria sibi a Joa-
ne, & gregalibus ejus facta. Citatur itaque per delega-
tos Episcopos Joannes, & cum non compareret, acta e-
jus irrita declarantur. Dic vero sequenti, & Actione V.
citatur tertio Joannes: cumque nec admittere in conspe-
ctum legatos synodi vellet, excommunicatur una cum su-
is, & acta ejus iterum irritantur, missa etiam cum ad
Cœlestinum Papam, tum ad Imperatores relatione gesto-
rum, sed nihilo feliciore prioribus. Omnes enim has li-
teras interceperunt adversarii, sparsisque calumniis Theodo-
sium eo permoverunt, ut Joannem Comitem Ephesum mit-
teret, confirmataque Nestorii pariter, & Cyrilli, ac Me-
mnonis depositione, omnes tres in custodiam dari juberet.
At factum hoc indignissime tulit synodus, & elusis tandem
omnibus viarum custodibus, per mendicum quemdam ge-
nuinam rerum gestarum relationem ad Imperatorem trans-
misit, petitione addita, ut acciri jubeat partis utriusque
Episcopos, qui uberioris omnia declarent. Interim XX.
Julii celebrata est Actio VI. in eaque damnatum Nestorii
Symbolum, & vetitum, *ne quis fidem alteram a Nicæna*
componere, proferre, vel offerre converti volentibus ad agnitionem
veritatis auſit. Hanc secuta est ultima Julii Actio
VII. in qua Episcopis Cypri confirmata fuit exemptio a
jurisdictione Antiocheni, damnati Mellianiani, seu Euchite
hæretici, & sex Canones conditi. Quorum I. damnantur,

qui

& qui novissimis temporibus apparuit, si-
cut

qui cum Cœlestio seu Pelagianis sentiunt. II. deponuntur Episcopi Nestorio, & schismaticis adhærentes. III. depositi a Nestorio, & Joanne Antiocheno in suos gradus restituuntur. IV. Clerici cum Nestorio, vel Cœlestio sentientes depositione plectuntur. V. depositi vel excommunicati a suis Episcopis, & restituti a Nestorio, pristinis vinculis innodantur. VI. impugnantes hanc synodus Clerici depositione, laici excommunicatione multantur. Hos tamen Canones Cœlestinus Papa ita postea temperavit, ut in gradu suo manere jusserit omnes, qui ad unionem cum Ecclesia redierint, demptis tantum illis, *quos proprie cum aufloribus bæresis constat omnium fratrum subscriptione damnatos.* Theodosius autem accitis juxta petita synodi, septem ex utraque parte Episcopis melius eductus, Cyrillum, & Memnonem ab impactis criminibus absolvit, Patres omnes ad sua collaudatos dimisit, & suffecto in locum Nestorii Maximiano, illum in S. Euprepii monasterium, ex quo ad Episcopatum assumptus fuerat, indeque in alia, atque alia loca, ac demum in Oæsim relegavit: ubi corroso a vermis lingua periisse dicitur. Dissensio inter Cyrillum, & Joannem Antiochenum, etiam post finitam synodum aliquando continuavit, sed & hæc postea satagente Pontifice, & Imperatore sublata est. Joannes enim missa ad Cyrillum Catholicæ fidei professione, damnationi Nestorii, & Ordinationi Maximiani acquievit, Cyrus autem, cæteris utrinque condonatis pacis literas ad eum reddidit, quæ incipiunt: *Lætentur Cœli, & exultet terra.* At procula a Nestorio hæresis nec ejus morte

cut scriptum est, anathema sit. „ Et c. 8. „ Si quis dicit perfectum hominem esse Christum divise, & Deum Verbum divise, & non confitetur unum Dominum Jesum Christum, sicut scriptum est, anathema sit. Denique Caput 10. „ Apollinaristas 36.) jugulat in hæc verba: si quis

extinta est, sed hodie quoque in compluribus Orientis provinciis viget.

36.) Apollinaristas Seculi IV. hæreticos duo Apollinares, pater, & filius, prosemnarunt: quorum ille Laodicenæ Ecclesiæ Presbyter, hic Lector erat, uterque autem humanioribus juxta, ac sacris literis non mediocriter excultus. Præcipuus tamen sectæ dux fuisse videtur Apollinaris junior. Hic enim cum ob initam cum S. Athanasio familiaritatem, ex Ecclesia ejectus esset a Georgio Ariano Laodicenæ Episcopō, nec ullis precibus e blandiri communionem posset, ut repulsa contumeliam ulciceretur, teste Socrate l. 2. Hist. Eccles. c. 36. & Sozomeno l. 6. c. 25. novam hæresim procudit, afferendo Verbum Divinum carnem tantum, non animam hominis assumpsisse. Dein tamen five absurditate sententiaæ suæ perspecta, five ab Arianis magis discedendi studio errorem non nihil mollivit, fassus non defuisse Christo animam, qua vivimus, & sentimus, defuisse vere illam, qua rationales sumus, seu mentem, hujusque locum Verbum ipsum supplexse. Complures illud etiam docuisse Apollinarem ajunt, quod Verbum

Di-

quis dicat partem duntaxat hominis assum-

A& & Scr. S. Greg. Neocæs. Ep. F pſif-

Divinum carnem ex Virgine non assumpserit, sed ex cœlo attulerit; quod Corpus Christi Divinitati consubstantiale fuerit, quod denique ipsa Verbi substantia in carnem conversa sit. Ita enim S. Augustinus l. de hæres. num. 55., Apollinaristas inquit, Apollinaris instituit, qui de anima Christi a Catholica dissenserunt, dicentes sicut Arriani, Deum Christum carnem sine anima suscepisse. In qua questione testimoniiis Evangelicis vici, mentem, qua rationalis est anima hominis, defuisse animæ Christi, sed pro hac ipsum Verbum in eo fuisse dixerunt. De ipsa vero ejus carne sic a recta fide dissensisse perhibentur, ut dicerent Carnem illam & Verbum unius ejusdemque substantiae, contentiosissime asseverantes, Verbum Carnem factum, hoc est Verbi aliquid in Carnem fuisse conversum, atque mutatum, non autem Carnem de Mariæ Carne fuisse susceptam. Et Vincentius Lirinensis in Commonit., Apollinaris in unitate quidem Trinitatis quasi consentire se jactitat, & hoc ipsum non plena fidei sanitatem (nam quosdam dignitatis gradus in Patre, Filio, & Spiritu S. eum distinxisse ait Theodoretus l. 4. hæret. fabul.) sed in Domini Incarnatione aperta professione blasphemat. Dicit enim in ipsa Salvatoris nostri carne aut animam humanam penitus non fuisse, aut certe talem fuisse, cui mens & ratio non esset. Sed & ipsam Domini Carnem non de Sanctæ Virginis Mariæ carne susceptam, sed de Cœlo in Virginem descendisse dicebat, eamque nutabundus semper & dubius, modo coæternam Deo Verbo, modo de Verbi Divinitate factam prædicabat. Nolebat enim in Christo esse duas substantias, unam Divinam, alteram huma-

nam,

psisse Christum , & non confitetur ipsum
per omnia similem nobis , excepto pecca-
to ,

nam , unam ex Patre , alteram ex Matre ; sed ipsam Ver-
bi naturam putabat esse discissam , quasi aliud ejus perma-
neret in Deo , aliud vero versum fuisse in carnem : ut
cum veritas dicat ex duabus substantiis unum esse Chri-
stum ; ille contrarius veritati , ex una Christi Divinitate
duas afferat esse substancialias . „ Postiores tamen hos er-
rores non Apollinarem ipsum , sed discipulos ejus procu-
disse nonnulli censem . Nam Apollinaris Ep. ad Serapion
apud Henric. Canisium tomo 5. Antiquæ lectionis inter-
alia ita scribit . „ Manifestum est ex iis , quæ semper scri-
psimus , neque carnem Salvatoris e Cœlo esse , neque e-
jusdem substancialę esse cum Deo , quatenus est Ca-
ro . „ Et infra „ Anathema sit , qui non dicit carnem
ex Maria , & qui dicit eam carnem esse naturæ non crea-
tæ , & ἀμούσιον Deo , imo & qui dicit Divinitatem esse
patibilem , & ex ipso esse passiones animæ . „ At solen-
ne sane est hæreticis in utramque partem claudicare , i-
demque jam afferere , jam negare . Id satis constat ,
capitalem etiam hæresim suam per viginti & amplius an-
nos dextre adeo celasse Apollinarem , ut SS. Athanasii ,
Basilii , Hieronymi aliorumque communione & amicitia sit
fruitus . Posteaquam vero circa annum Chr. CCCLXXII .
larva detracta innotescere cœpit , non modo ab iisdem a-
liisque Patribus hæresis ejus confutata , sed & damnata est ,
in Synodo Romana a S. Damaso Papa an. CCCLXXIII .
in Antiochena an. CCCLXXVIII . & in Oecumenica II .
Constantinopoli an. CCCLXXXI . celebrata , ubi Can. 1. a-

to, anathema sit. „ Et c. 11. Si quis dicit Corpus Christi esse inanimatum; aut sine mente, & non confitetur ipsum perfectum esse hominem, per omnia unum & eundem, anathema sit. „ Quamvis autem satis constet SS. Patres doctrinam hæresibus etiam post se natis contrariam tradidisse, nemo tamen produci potest, qui dilucide adeo nondum ortos errores anathemate confixisset.

Sermones de Annunciatione Virginis, & Baptismo Christi eximii quidem sunt, sed omni Veterum testimonio destituuntur, & secundum ex iis Vincentius Richardus in Notis ad sextam Bocli orationem, Constantinopolitano huic Patriarchæ tribuit, tertium vero S. Chrysostomi esse Lipomanus, & Surius opinantur. Præterea Sermonis primi auctor ufitur vocibus, quæ primum in Concilio Chalcedonensi 37.)

F 2 con-

nathema dicitur Eunomianis sive Anomæis, Arrianis, Eudoxianis, Macedonianis, Sabellianis, Marcellianis, Photinianis, & Apollinaristis.

37.) Cum Theodosius junior an. CDL. e vivis excessisset, S. Pulcheria ejus Soror, in Conjugem simul (sed cum

contra Eutychetis hæresim assertæ sunt.

Ita

cum pacto de servanda virginitate sua) & Imperatorem delegit Marcianum : qui de turbata per Eutychen fide reparanda , cogendaque eum in finem oecumenica synodo cogitare illico cœpit ; & quamvis S. Leo Papa in Italia illam celebrari mallet , Orientalibus tamen Synodorum anteriorum exempla allegantibus , Nicææ in Bithynia ad diem primam Septembris anni CDLL celebrandam indixit , sed ob imminentis Attilæ metum Chalcædonem transstulit.. Inchoatum est itaque quartum universale Concilium die VIII. Octobris an. CDLI. in basilica S. Euphemiæ V. & M. in suburbio Chalcædonis sita , præsidentibus Paschasino Lilybæi , & Lucentio Asculi Epicopis, Bonifacio item, ac Basilio Presbyteris , Sedis Apostolicæ legatis, Patribus vero juxta S. Leonem Ep. 52. ferme sexcentis , juxta Nicephorum Callistum in Marciano DCXXX. quamvis in Actis nonnisi CCCLIX. subscriptos reperiam , multisque etiam Senatorii Ordinis viris præsentibus. Ac prima quidem Actione Dioscorus , qui ad dextram primus sedebat , potentibus legatis Pontificis loco cedere , & in medio tanquam reus considere jussus est. Tum agente Eusebio Dorilæi Episcopo recitata sunt gesta Constantinopolitanæ sub Flaviano synodi , & Conciliabuli Ephesini , iisque perfectis , Flavianum , & Eusebium a Dioscoro inique damnatos fuisse pronunciatum , Dioscorus contra , & Juvenalis Jerosol. Thalassius Cæsareens. Eusebius Ancyrr. Eustathius Beryt. ac Basilius Seleuc. Episcopi , depositione multati , quod Iatrocinii Ephesini ductores fuerint. Act. II. de fide agi cœptum : primumque protestati sunt Patres

Ita enim circa medium habet. „ Con-
F 3 ve-

tres nolle se symbolum novum condere , sed contentos esse Nicæno , prout a Constantinopolitana synodo explicato. Tum recitatum est illud , & prælectæ S. Cyrilli ad Nestorium , ac Joannem Antioch. Sanctique Leonis ad Flavianum epistolæ : atque his perlectis „ reverendissimi Episcopi clamaverunt : Hæc Patrum fides , hæc Apostolorum fides. Omnes ita credimus. Petrus per' Leonem locutus est. Leo , & Cyrilus similiter docuerunt. anathema ei , qui sic non credit. „ Act. III. Dioscorus ob scelerum conscientiam absens , ter a synodo citatur ; cumque non compareret , accusations varie contra eum lectæ , & summatim exposita crimina ; inter quæ illud etiam. „ Quod præsumperit excommunicationem dictare adversus Sanctissimum & beatissimum Archiepiscopum magnæ Romæ Leonem. „ Consentientibus dein Patribus legati Apostolici hanc in eum tulere sententiam : „ sanctissimus & beatissimus Archiepiscopus magnæ & senioris Romæ Leo , per nos , & præsentem sanctam synodum , una cum terbeatissimo & omni laude digno beato Petro Apostolo , qui est petra & crepido Catholicæ Ecclesiæ , & rectæ fidei fundamentum , nudavit Dioscorum tam Episcopatus dignitate , quam etiam ab omni Sacerdotali alienavit ministerio. „ Act. IV. lecta est iterum S. Leonis ad S. Flavianum epistola dogmatica , qua Nestorii simul & Eutychetis hæreses confutantur , Divinique Verbi Incarnatio orthodoxe explicatur. Post lectionem subscripserunt illi Patres , etiam Juvenalis , Thalassius , Eusebius , Basilius , & Eustathius : qui idcirco restituti suis sedibus , & in

venienter Angelus Sanctæ Mariæ Virginis-

synodi confessum recepti sunt. Ægypti tamen Episcopi, cum nonnullis Archimandritis dilationem petierunt, dum novus Alexandriæ Episcopus ordinetur: quod ægre confessum hac cautione adjecta, ut Chalcædone non discedant, nisi S. Synodus imperarit. Act. V. post multam disceptationem damnata est Eutychiana heres, & concepta fidei definitio in hæc verba: „ sequentes Sanctos Patres, unum eundemque confiteri Filium & Dominum nostrum Jesum Christum consonanter omnes docemus; eundemque perfectum in Deitate, & eundem perfectum in humanitate, Deum verum, & hominem verum eundem ex anima rationali & corpore, consubstantialem Patri secundum Deitatem, consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato; ante secula quidem de Patre genitum secundum Deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos, & propter nostram salutem; ex Maria Virgine Dei genitrice secundum humanitatem, unum eundemque Christum, Filium, Dominum, Unigenitum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum: nusquam sublata differentia naturarum propter unionem, magisque salva proprietate utriusque naturæ, & in unam personam atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum, aut divisum, sed unum eundemque Filium & Unigenitum, Deum Verbum, Dominum Jesum Christum: sicut ante Prophetæ de eo, & ipse nos Jesus Christus eruditivit, & Patrum nobis symbolum tradidit. „ Act. VI. advenit Marcianus Imperator cum Pulcheria Augusta,

ni primo omnium illud: *Ave gratia plena,*
F 4

Latineque Patres allocutus, & faustis synodi acclamatiōnibus honoratus est. Tum definitioni Fidei ante facta singilatim omnes subscripsere; Imperator vero commendavit nonnulla disciplinæ Capita a Patribus discutienda, & Chalcædonem in Metropolim evexit, „ salva tamen Nicomediensium Civitati propria dignitate. „ Act. VII. di rempta est lis inter Maximum Antiochenum, & Juvenalem Jeroſol. Episcopos, attributis illi duabus Phœniciis & Arabia, huic autem tribus Palæstinis. Atque ita demum a Cæſareensis Metropolitæ jurisdictione exemptus est Je roſolymitanus, annumeratusque Patriarchis. Act. VIII. Theodoreetus Cyri Episcopus, qui inter alios in Ephesino latrocinio depositus fuerat, jussus est anathema dicere Nestorio, & Eutycheti, eoque dicto restitutus sedi suæ, & in confessum Patrum admissus. Act. IX. & X. agitata est causa Ibae Edesseni Episcopi, in Conciliabulo Ephesino itidem depositi. Allata itaque sunt in medium, quæ de eo Antiochiæ, Tyri, & Beryti acta fuerant; producta etiam epistola, quam dè rebus Epheſi inter S. Cyrillum, & Joannem Antioch. gestis ad Marim Persam scripsisse ferebatur, & in qua Theodorus Mopsuestenus quondam Episcopus pro orthodoxo laudatur, Cyrillo contra Apollinaristarum error impingitur, licet post anathematismorum suorum interpretationem, pacemque cum Antiocheno compositam pro Catholico agnoscatur. Hanc tamen epistolam Ibas non agnovit a se scriptam, licet nec negasse dicatur in Actis Concilii, sed petiisse tantum ut etiam Edessenorum Clericorum literæ legantur, quibus

*na, Dominus tecum, dixit; quoniam in
ipfa*

hi testabantur, nunquam se ex ore Episcopi sui Nestorianæ hærefoes blasphemiam audisse. Omnibus perfectis anathema Nestorio & Eutycheti dicere jubetur Ibas, & hoc præstito, subscriptaque S. Leonis epistola, & definitione fidei, in suum Episcopatum reponitur, atque in confessum synodi admittitur. Quatuor sequentibus Actionibus causæ nonnullorum Episcoporum, puta Bassiani, & Stephani, qui de Ephesino Episcopatu litigabant, Cunomii item Nicometiensis, Anastasii Nicæni &c. discussæ sunt. Actione vero XV. absentibus legatis Pontificiis condidit synodus Canones quos Græci 30. Latini 27. numerant. Ex iis II. ordinationes simoniacas sub pena depositionis prohibet. III. negociationem interdicit Clericis, & Monachis. X. Vetat Clericum in duabus simul Ecclesiis conscribi. XIV. Quoniam inquit, *in quibusdam provinciis concessum est Lectoribus & Psalmistis uxores ducere, statuit S. Synodus, non licere cuiquam ex his accipere scilicet alterius uxorem.. Sed neque copulari debet nuptura hæretico, Judæo, vel pagano: nisi forte persona orthodoxo copulanda promittat sibi ad orthodoxam fidem transferre.* Unde vides ne Psalmistis quidem & Lectoribus uxores olim in plerisque regionibus permisas, laicorum vero Catholicorum cum hæreticis conjugia improbata semper fuisse. Canon XVI. monachis, & virginibus sacris transitum ad nuptias prohibet. XXVII. raptum mulierum Clericis sub depositionis, laicis sub anathematis pena interdit. XXVIII. ita habet. „ SS. Patrum decreta sequentes, & Canonem CL. Dei amantisimorum Episcoporum (in Synodo I. Constantinop.) agnoscen-

ipfa totus gratiæ thesaurus reconditus e-
F 5 rat.

scentes, eadem & nos decernimus de privilegiis SSæ Ecclesiae Constantinopolis novæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quod urbs illa imperet, jure Patres privilegia tribuerunt. Et eadem consideratione moti CL. Deo amantissimi Episcopi Sanctissimo novæ Romæ throno æqualia, privilegia tribuerunt, recte judicantes urbem, quæ & imperio, & senatu honorata sit, & æqualibus cum antiquissima regina Roma privilegiis fruatur, etiam in rebus Ecclesiasticis non secus ac illam extolli, ac magni fieri, secundam post illam existentem: ut & Ponticæ, & Asianæ, & Thraciæ Diocesis Metropolitani foli, & Episcopi, qui sunt inter barbaros, a prædicto throno SSæ Constantinopolitanæ Ecclesiae ordinentur. „ Hunc tamen Canonem Act. XVI. & ultima improbarunt legati Pontificis, tum quod aduersetur Nicæno Canoni VI. & Constantiaopolitano II. tum quod Patres ad consentiendum illi coacti videantur. His vero se libere consensisse asserentibus, adjecerunt legati: *Sedes Apostolica nobis praesentibus humiliari non debet; & ideo quæcunque in præjudicium Canonum besterno die gesta sunt nobis absentibus, petimus, ut circumduci jubeatis, sin alias, contradicatio nostra his gestis inhæreat.* Atque ita synodus soluta est in eunte Novembri anni ejusdem CDLI. Post synodum Patres in sua ad S. Leonem Papam relatione, eum quidem enixissime rogarunt, ut cum reliquis hunc quoque Canonem ratum habere vellet. At is renuit, datusque cum ad Marcianum, & Pulcheriam Augustos, tum ad Patres synodi generatim, speciatimque ad Anatolium Constantinop. &

rat. Ex omnibus enim generationibus sola hæc Virgo Sancta corpore, & spiritu extitit, solaque tulit eum, qui verbo omnia portat... Et ideo Angelus ait: *Do-*
mi-

Maximum Antioch. literis eum disertissime rejicit. In epistola ad Episcopos, qui in synodo Chalcedonensi congregati fuerant, ita scribit. „ De custodiendis SS. Patrum statutis, quæ in synodo Nicæna inviolabilibus sunt fixa decretis, observantiam vestræ sanctitatis admoneo, ut jura Ecclesiarum; sicut ab illis CCCXVIII. Patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiscat, nec per alterius imminutio- nem, suum aliquis querat augmentum. Quantumlibet enim extortis assentationibus fese instruat vanitatis elatio, & appetitus suos Conciliorum aestimet nomine roborandos, infirmum, atque irritum erit, quidquid a prædictorum Patrum Canonibus discreparit. Quorum regulis Apostolica Sedes quam reverenter utatur, scriptorum meorum, quibus Constantinopolitani Antistitis conatus repuli, poterit Sanctitas vestra lectione cognoscere. „ Græci nihilominus delatam semel Constantinopolano prærogativam manutene-re perrexerunt; Latini vero nonnisi anno MCCXV. in eam consenserunt, statuente pro bono pacis Concilio Læteranensi quarto Cah. V. „ ut post Romanam Ecclesiam, quæ disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, utpote mater universorum Christi fidelium & magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Jerosolymita-na quartum locum obtineat. „

minus tecum; non terrenus sponsus, sed ipse sanctificationis Dominus, pater castitatis, incorruptionis auctor, libertatis dator, salutis procreator, veræ pacis largitor, & conservator. Qui ex terra virgine creavit hominem.. hic Dominus tecum, & ex te.. Aye igitur gratia plena, Dominus tecum. Tuum enim vere est avere & gaudere: quoniam tecum Divina gratia, ut novit, habitationem elegit, cum ancilla Rex gloriæ, cum speciosa speciosus forma præ filiis hominum, cum impolluta, qui sanctificat universa. Tecum Deus, & ex te Deus, ac perfectus homo, in quo omnis plenitudo Divinitatis inhabitat. Ave gratia plena, fons lucis, quæ cunctos in ipsam credentes illuminat.. flos immaculatus, pratum fragrantissimum, vitis semper vigens, quæ animos te glorificantum lætificas; ager, qui non exaratus fructus profert pulcherrimos, secundum naturam quidem, eo quod more nostro, & tempore gestationis servato protulisti; at præter imo supra naturam, quia superne Divinum Verbum

bum advenit, & in Sancto tuo utero Adamum reformavit. Nam fœcunditatem quidem Spiritus Sanctus Sanctæ Virgini præbuit, verum autem Corpus ex ejus corpore assumptum est: & sicut margarita ex duabus naturis, ex fulgure nimirum, & aqua occultis quibusdam iudiciis ac signis maris provenit; ita Dominus noster Jesus Christus inconfuse & immutabiliter ex pura & impolluta Maria Virgine progreditur, in Deitate perfectus, & in humanitate perfectus, Patri per omnia similis, & nobis per omnia consubstantialis, omnis peccati expers. „ Ubi vides naturarum in Christo confusionem iisdem prorsus vocibus excludi, quibus Patres Chalcedonenses contra Eutychen usi sunt, dum Act. V. sic definierant: „ sequentes sanctos Patres, unum eundemque confiteri Filium & Dominum nostrum Jesum Christum consonanter omnes docemus, eundem perfectum in Deitate, & eundem perfectum in humanitate, Deum verum, & hominem verum eundem ex anima rationali & corpore, consubstantialem Patri secundum

dum Deitatem , consubstantialem nobis e-
undem secundum humanitatem , per omnia
nobis similem absque peccato ; ante secula
quidem de Patre genitum secundum
Deitatem , in novissimis autem diebus eun-
dem propter nos , & propter nostram fa-
lutem ex Maria Virgine Dei Genitrice se-
cundum humanitatem , unum eundemque
Christum , Filium , Dominum , Unigenitum ,
in duabus naturis inconfuse , immutabili-
ter , indivise , inseparabiliter agnoscen-
dum &c. „ Denique Serm. 2. in fine
hæc leguntur. „ Tua sane o Sanctissima
Virgo laus , omnem prorsus laudem , pro-
pter Deum ex te incarnatum , & homi-
nem natum excedit . Tibi omnis creatu-
ra in Cœlis , ac terris , & apud inferos re-
verentiam ac cultum convenientem offert .
Tu enim vere thronus evasisti Cherubi-
cus , tu in supernis regnis lucis splendo-
re coruscas : ubi glorificatur Pater omnis
principii expers , cuius obumbrantem ha-
buisti potentiam ; adoratur Filius , quem
secundum carnem peperisti ; celebratur
Spiritus Sanctus , qui in tuo utero magni

Re-

Regis nativitatem peregit. Per te o grata plena Trinitas Sancta & consubstantialis in mundo cognoscitur. „ Et Serm. 4. verba illa Baptistæ ad Christum: *Ego a te dedeo baptizari, & Tu venis ad me?* responsumque Christi explicans auctor ita differit. „ Ego homo duntaxat sum Divinæ particeps gratiæ , tu Deus idem es , & homo , quoniam benignus & humani generis amantissimus es. Ego opus habeo , ut baptizer a Te , & Tu venis ad me ? Tu qui in principio eras , & apud Deum eras , & Deus ipse eras .. Tu , qui perfecta es imago perfecti Patris .. venis ad me tantus ad talem ? Rex ad præcursum ? Dominus ad servum ? .. Non sum dignus , ut solvam corrigiam calceamenti tui , & quo pacto immaculatum capitis tui verticem tangere audebo ? quomodo nulli peccato obnoxium lavabo ? Cujusmodi super Te orationem faciam ? qui etiam illorum , qui Te ignorant , preces suscipis . Alios dum baptizo , in Tuo nomine baptizo , ut in Te venientem credant : Te in cuius nomine baptizabo ?

An

An in nomine Patris? At totum habes Patrem in Te ipso, & totus in Patre es. An in nomine Filii? At non est præter Te alius natura Filius Dei. An in nomine Spiritus Sancti? At semper una tecum est, ut consubstantialis Tibi, & ejusdem voluntatis atque sententiae, æqualis potestatis, paris honoris... Respondens autem Jesus: *sine modo* inquit, *sic enim nos decet omnem implere iustitiam*. Tribue o Baptista tempori dispensationis meæ silentium. Disce velle, quæ ego, & ne curiose nimis quæ volo, inquiras.. Quando me ad dexteram Patris sedentem intuitus fueris, tunc me Deum confitere, & tanquam coæternum, parisque honoris cum Patre, & Spiritu Sancto prædica. Sine modo. Legislator sum, & Legislatoris Filius: primum oportet me implere legem, & tum dare gratiam. Oportet me veteri finem adducere Testamento, & novum prædicare, meoque sanguine obsignare.. Oportet me hoc nunc baptismō baptizari, & postea consubstantialis Trinitatis baptismā cunctis hominibus confer-

re

re &c. „ Quibus locis , ut alia seculo III. recentiorem longe auctorem sapientia taceam , *consubstantialis Trinitas* disertissime prædicatur. Eo autem loquendi modo usum esse Thaumaturgum nostrum verosimile non videtur : tum quia vox *consubstantialis* in Expositione Fidei ab eo conscripta non compareret , ut infra videbimus ; tum quia teste Eusebio l. 7. Hist. Eccles. c. 24. interfuit synodo I. Antiochenæ contra Paulum Samosatenum celebratæ. 38.) Samosatenus autem *συνούσις* seu *consubstan-*
tia-

38.) Paulus Samosatenus in Antiochena Sede Demetriano successit circa an. Chr. CCLX. imperantibus Valeriano & Gallieno. Cum autem per ea tempora Valerianus a Persis victus & captus esset , coorti undique tyranni Rempublicam ad se trahebant : quos inter etiam Zenobia gente Judæa Palmyrenorum regina , cum Odenato marito suo Orientis pene totius potita est. Hanc igitur ut sibi demereretur Paulus , in hæresim proruit , negataque cum Judæis personarum in Deo pluralitate , Christo etiam Divinitatem abrogavit , non extitisse illum ante Mariam , sed Nazarethi primum existere cœpisse blasphemans. Hæresim ejus paucis explicat Eusebius l. 7. Hist. Eccl. c. 23. in hæc verba : „ Demetriano apud Antiochiam defuncto , Paulus de Samosæto Sacerdotium suscepit ; qui abjecta fatis & indigna de Christo sentiens traditio-

nem

tialis nomine perversissime abutebatur, in-
A&. & Scr. S. Greg. Neocæs. Ep. G tel-

nem doctrinæ Ecclesiastice corrumpebat, dicens eum communis naturæ hominem tantum fuisse. „ Pluribus S. Epiphanius hær. 65. quæ est Paulianistarum: „ Est autem inquit, Pauli hæc opinio, Deum Patrem, & Filium, ac Spiritum S. unum esse Deum. Verbum Dei, ejusque Spiritum inesse Deo perpetuo, sicut hominis in corde proprium verbum inesse cernimus. Filium Dei subsistentiam habere per se nullam, sed in Deo subsistere. Ad hæc Dei Verbum in terras delapsum, in Jesu, qui homo merus esset, habitasse. Ita unus, ajebat ille, Deus est, neque aut Pater est Pater, aut Filius Filius, aut Spiritus S. est Spiritus S. Immo vero Deus unus est Pater, hujus in ipso Filius, ut est in homine sermo. „ Hæresim tamen suam ita oculere noverat versipellis, ut non semel Patribus ad eam confutandam Antiochiæ congregatis imposuerit. Ita enim Eusebius 1. nunc cit. c. 25. post enumeratos præcipuos ejus temporis Episcopos scribit: „ Higitur omnes sèpius in unum convenientes, Paulumque Samosatenum statuentes in medio, hæresim, quam ille nunc occultare, nunc dissimulare conabatur, frequenti tractatu & disputatione denudare nitebantur. Nec tamen uno id, aut secundo Concilio ad finem perducere potuerunt, sed conventum sèpe est, & absque opere precio discessum. „ At in eo denique Concilio, quod Aureliano imperante, ac proinde circa an. CCLXX. adversus eundem coactum est, Malchion Presbyter Samosateni hæresim in apricum protulit, Patresque pro merito condemnarunt, ut rursum Eusebius loco cit. „ Igitur Galienus, cum per annos XV.

telligendo per illud, ita Patris, & Filii unam esse *soror*, seu essentiam, vel substantiam, ut etiam unicam ac solitariam hypostasim & personam esse voluerit. Unde factum, ut Patres, qui ad hæresim illius proscribendam Antiochiæ iterum convenierant, etiam *omouotis* seu consubstantialis vocem in Divinæ Triadis mysterio explicando

Romanum gubernasset imperium, Claudio regni successore defunctus est. Qui duobus tantum annis in imperio transactis, Aureliano rerum apicem dereliquit. Hujus temporibus ultimum apud Antiochiam Episcoporum Concilium congregatur, in quo Paulus manifeste convincitur hæreticus, & damnatur ab omnibus, quæ sub cælo sunt, Ecclesiis Christi, insistente plurimum, & disceptationibus validissimis perurgente Malchione Presbytero Antiochenæ Ecclesiæ, viro fidelissimo, & omnibus virtutibus ornato, atque in omni eruditione perfecto, qui etiam Rhetoramicam in eadem urbe docuerat. „ Depositus igitur ab Episcopatu, & anathemate percussus est Paulus, suffecto in ejus locum Domno, ut testantur Patres in synodica sua ad Dionysium Romanum, Maximum Alexandrinum, & universos orbis Episcopos. „ Cum vero Samosatenus (verba sunt iterum Eusebii c. 26.) de domo Ecclesiæ nollet exire, interpellatus Imperator Aurelianus, religiose satis de hoc sancteque decrevit, iis præcipiens Ecclesiæ dominum tradi, quibus Italiæ Sacerdotes, & Romanus Episcopus scriberent. „ Ita vel gentilis Cæsar Romani Pontificis super alios eminentiam agnovit.

do rejecerint. Docet id S. Hilarius Pictaviensis l. de synodis, juxta edit. Basileens. an. MDXXIII. pag. 317. ubi referens causas, propter quas Valens, Ursatius, & Germinius in formula Syrmienti 39.) ὥμοντειν a se repudiatum esse dicebant,

G 2 bant,

39.) Posteaquam hæresis Arriana favente Constantio Augusto invalescere cœpit, innumerā per Orientem, & Occidentem celebrata sunt Concilia: fideique formulæ processus, fatagentibus sectariis, ut hoc pacto exosum sibi Nicænum symbolum everterent, vel oblivioni traderent.
 „Facta est fides temporum potius, quam Evangeliorum, (queritur S. Hilarius in l. ad Constantium Aug.) dum & secundum annos scribitur, & secundum Confessionem baptismi non tenetur... Conscii enim nobis invicem sumus, post Nicæni conventus synodum, nihil aliud quam fidem scribi. Dum in verbis pugna est, dum de novitatibus quæstio est... dum in consensu difficultas est, dum alter alteri anathema esse cœpit, prope jam nemo Christi est... Annas atque menstruas de Deo fides decernimus, decretis pœnitentem, defensos anathematizamus, aut in nostris aliena, aut in alienis nostra damnamus, & mordentes ad invicem jam absumpti sumus ad invicem &c. „Inter has fidei formulas celebres sunt tres Sirmenses: quarum prima edita est in Concilio I. Sirmii in Pannonia contra Photinum urbis illius Episcopum circa an. CCCXLIX. celebrato. Constat anathematismis XXV. & refertur Graece a S. Athanasio, Latine a S. Hilario Pictaviensi l. de

bant, inter alia scribit: „ Secundo id ad-

synodis. Quamvis autem taceatur in ea vox ὁμούσιος, & ab Episcopis fere semiarianis, qui Filium Patri non ὁμούσιον, seu consubstantialem, sed ὁμοίσιον seu similem in substantia dicebant, composita sit, nihil tamen contineat, quod sensu Catholico explicari non possit, ut fatetur S. Hilarius loco cit. Altera juxta quosdam edita est in Concilio II. Sirmensi, juxta alios post illud anno CCCLVII. inscribitque illam S. Hilarius l. cit. Exemplum blasphemiae apud Sirmium per Osium, & Potarium conscriptæ. Nimis enim quam luculente Arianismum probat, ut ex his, quæ subjicio, patet. „ Cæterum (ajunt perfidi) quia multos commovet vox Latine quidem dicta substantia, Graece autem γότω, hoc est, ut diligentius cognoscatur, illud quod ὁμούσιον, aut ὁμοίσιον dicitur, nullam earum vocum mentionem debere fieri, neque de eis sermocinandum in Ecclesia censemus, quod de illis nihil sit scriptum in Sacris literis, & quod illa hominum mentem & intellectum transcendat... Nulli vero ambiguum Patrem majorem esse, neque est quod quisquam dubitet, Patrem honore, dignitate, Deitate, atque adeo ipso nomine Paterno majorem esse... Filium vero Patri, cum omnibus quæ illi Pater subjecit, subjectum esse. „ Tertia a Valente, Ursacio, Germinio, aliisque Arianis subdole composita, & ad Ariminense Concilium deportata, apud S. Athanasium l. de synodis sic incipit. „ Edita est Catholica fides in præsentia Domini nostri religiosissimi præclarique victoris Constantii Imperatoris Augusti æterni, Consulibus viris clarissimis Eusebio

addidistis, quod Patres nostri, cum Paulus Samosatenus hæreticus pronunciatus est, etiam ὄμονίαν repudiaverint. „ Et pag. 320. respondens tribus illis Arrianorum chori-phæs „ cum inquit, Paulus Samosatenus hæreticus pronunciatus est, Patres quidem etiam ὄμονίαν repudiarunt; sed quia ille per hanc unius essentiæ nuncupationem, solitarium, atque unicum sibi esse Patrem, & Filium prædicabat: quod Ecclesia semper profanissimum esse recognovit.. Male igitur a quibusdam intelligitur ὄμονίαν, quid ad me bene intelligentem? Male

G 3

ὄμον-

bio, & Hypatio (id est anno CCCLIX.) Sirmii II. Cæ. lendas Junias. Credimus in unum Deum &c. „ Inter alia vero hi fabricatores fidei substantiæ vocem in mysterio Trinitatis usurpari omnino vetant, licet Filium Patri per omnia similem fateantur. „ Vocabulum ajunt, substantiæ quia simplicius a Patribus positum est, & a populis ignoratur, & scandalum affert, eo quod in scripturis non contineatur, placuit, ut de medio tolleretur, & nullam posthac de Dei substantia mentionem esse faciendam, eo quod Sacrae Scripturæ nusquam meminere substantiæ Patris & Filii. Filium autem Patri per omnia similem dicimus, quemadmodum sacrae literæ dicunt & docent. „ Ita illi afferere quidvis parati, dummodo Nicænorum Patrum symbolum evertant.

σμούσιον Samosatenus confessus est, sed num quid melius Arriani negaverunt? Octoginta Episcopi olim respuerunt, sed trecenti decem & octo nuper receperunt &c. ,,

Disputatio de Anima philosophum tota, non Ecclesiæ Patrem redoleat: quia ne verbum e Divinis literis in ea compareret. Nullus etiam veterum simile quidam Gregorium nostrum lucubratum esse testatur, ipsaque disputandi methodus multo recentius ævum saperit. Nam exempli causa hominem non automaton aliquod, sed anima præditum esse, ita probat.

„Corpus nostrum cum movetur, aut extrinsecus, aut intrinsecus movetur. Non moveri illud extrinsecus ex eo patet, quod neque impulsione, neque tractione movetur, sicut ea, quæ sunt inanimata. Cum autem moveatur intrinsecus, non tamen naturaliter movetur, ut ignis. Nam ignis quandiu est, nunquam motum intermittit: at corpus ubi mortuum fuerit, moveri desinit, licet maneat corpus. Quare si neque extrinsecus movetur, sicut in-

nimata, neque naturaliter, velut ignis, manifestum est moveri ab anima, quæ etiam vitam ipsi subministrat. „ Immortalitatem vero animæ his demonstrat. „ Consequens mihi videtur, ut quod est simplex, etiam sit immortale. Et quo pacto istud? ausculta. Nihil eorum, quæ sunt, seipsum corruptit: alioquin enim nec initio constitisset. Quæ autem corruptuntur: ex contrariis corruptuntur. Nam omne quod corruptitur, dissolvitur: quod dissolvitur, compositum est: compositum multarum est partium: quod ex partibus constat, ex differentibus constat: quod vero differens est, idem non est. Quamobrem cum simplex sit anima, neque ex pluribus partibus constat: quia composita non est, nec dissolvi potest: ac proinde sequitur eam incorruptibilem & immortalem esse &c. „

De Expositione Fidei, quæ incipit, *Unus Deus*, Epistola Canonica, & Panegyrico Origenis dubitari vix potest, quin genuini Thaumaturgi nostri fœtus sint: quia & lucubrationes ejusmodi edidisse il-

lum diserte docent laudati supra Veteres,
& quæ extant hodie nullum *rogetas* indicium
præferunt. Metaphrasis tamen in Ec-
clesiaſten, quæ hodie ſub ejus nomine cir-
cum fertur, mihi perinde genuina eſſe non
videtur. Ea enim, quam Gregorius Neo-
cæſareensis elucubratus eſt, teste Eusebio
magnificentissime scripta erat: at in hac,
quam e Regis Christianissimi Bibliotheca
produxit Billius, & Maximæ Patrum Bi-
bliothecæ editores inſeruere, ego quidem
magnificentia nihil video. Documento ſint,
quæ auctor illius in c. 11. Eccleſiaſtae
diſſerit in hæc verba. „Justum eſt e-
genti panem, & ea quæ ad vitam tuen-
dam neceſſaria ſunt, impertiri. Quamvis
enim id statim perdiſſe quibusdam vi-
dearis, quemadmodum ſi panem in aquam
conjeciſſes; tamen progressu temporis ne-
quaquam infrugifera tibi apparebit benefi-
centia. Quin liberaliter quoque elargire,
pluribusque tuas facultates diſide: non e-
nim tibi notum eſt, quid tandem poſteſtra
dies efficiet. Nam neque nubes copio-
ſam ſuam pluviam retinent, ſed imbreſ
in

in terram fundunt; nec arbor perpetuo stat, verum etiam si homines ei pepercerint, a vento certe convelletur. Jam multi, quæ a cœlo ventura sunt, præscri-
re gestiunt; nec deest, qui in nubes in-
tuens, ventumque expectans, a messe,
aut ventilatione abstinuerit, re inani con-
fisus & persuasus, nec eorum, quæ Di-
vinitus futura sunt, quidquam cognoscens;
quemadmodum nec quid mulier prægnans
paritura sit. Cum autem sementem tem-
pestive feceris, fructus collige, atque
comporta, cum hujus rei tempus advene-
rit. Incertum est enim, quænam ex his,
quæ consita sunt, meliora futura sint.
Utinam autem omnia bene succedant! At
enimvero cum quispiam animo reputat,
quod & sol pulcher, & suavis hæc vita
sit, & bonum longa tempora in perpetu-
is voluptatibus explere; & res formido-
lofa mors, malumque sempiternum, at-
que in nihilum ducens: faciendum sibi
censet, ut præsentibus vitæ commodis,
speciemque jucunditatis habentibus per-
fruatur: atque etiam juvenes admonet, ut

ætatis flore abutantur , animas suas in omnes voluptates laxantes , cupiditatibusque obsequantur , & quæ ipsis visa fuerint , faciant , quæ oblectationem afferunt , specent , & quæ aliter se habent , averseruntur. Ad eum hoc tantum dixerim: Parum sanæ mentis es o homo , qui Dei judicium hæc omnia vindicaturum non expectas. Sed & flagitiosa est conuersatio , & impura corporum nostrorum contumelia perniciosa. Juventutis enim assecula est stultitia , stultitia autem ad exitium ducit. „ Ubi sane non solum magnifici nil apparet , sed ne quidem Salomonis mentem asscutus esse videtur metaphrastes , ut conferenti cum dictis , Ecclesiastæ Caput II. patebit. Prætermissa igitur hac Metaphrasi , alia S. Patris opuscula jam exhibeo.

C A P U T III.

Expositio Fidei S. Gregorii.

PRimum ac celeberrimum ex Thaumaturgi nostri opusculis est Expositio Fidei Catholicæ de Divinæ Triadis myste-

sterio, quam Nysseno teste ex Joannis Evangelistæ ore acceptam ad memoriam nostram literis commendavit Gregorius. Ita autem habet tomo 3. Bibl. PP. edit. Lugdun. an. MDCLXXVII. pag. 303.
 „ Unus Deus, Pater Verbi viventis, sapientiæ subsistentis, & potentiæ, ac characteris sempiterni, perfectus perfecti Genitor, Pater Filii unigeniti. 40,) Unus

Do-

40.) Jugulantur his verbis cum Noctus, Praxeas, Sabellius, qui Deum ut natura, ita & persona unicum esse, Patrisque & Filii nomina non distinctas personas, sed diversos tantum ejusdem personæ effectus significare delirabant; tum Paulus Samosatenus, qui tametsi trinitatem quandam admittere videretur, Verbum Dei tamen non per se subsistens & sempiternum, sed prolativum tantum esse instar verbi nostri dicebat, ut præter laudatum supra S. Epiphanium testatur etiam S. Philastrius Brixensis cadente Seculo IV. Episcopus 1. de hæref. num. 17. ubi ait. „ Paulus Samosatenus in Syria, Verbum Dei, id est Christum Deum Dei Filium substantivum, ac personalem & sempiternum esse cum Patre denegabat, prolativum autem, id est quasi aera quendam dicebat, non tamen Personam vivam Filii sempiternam cum sempiterno Patre credendam docebat. „ Et luculentissime Leontius 1. de fœtis Actione 3. „ Alia inquit fœta Pauli Samosatenis his temporibus extitit, qui & circa Divinitatem, &

In-

Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo:
cha-

Incarnationem errabat. Circa Divinitatem, quia Patrem solum fatebatur; circa Incarnationem, quia purum, solumque hominem esse Christum dicebat; nec ea tentiens, quæ Nestorius: quippe Nestorius licet Christum diceret purum hominem esse, tamen subsistentem per se Dei sermonem ac Filium in homine illo fuisse fatebatur. Non enim circa Trinitatem aliquod Nestorii fuit erratum. Paulus autem Samosatenus subsistentem per se Dei sermonem in Christo fuisse non dicebat, sed volebat sermonem esse iussum quoddam ac mandatum: hoc est iussit Deus (ut ipse loquebatur) fieri per illum hominem, quod volebat, idemque per illum condebat. Nec erat eadem Pauli de Divinitate sententia, quæ Sabellii. Nam Sabellius eundem dicebat esse Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, Deumque rem trini nominis appellabat, nullam prorsus Trinitatem esse statuens; Paulus vero non eundem dicebat esse Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum; sed Patrem ajebat illum esse Deum, qui omnia creasset; Filium purum illum hominem; Spiritum illam gratiam, quæ super Apostolos venerit. „At hæc omnia suapte ruunt, si ut Gregorius noster asserit, *Deus Pater est Verbi viventis, sapientiae subsistentis, characteris sempiterni, perfectus perfecti Genitor, & Pater Filii unigeniti.* Hoc pacto enim non solum plures in eadem natura Divina Personas esse, sed & Verbum Deo Patri suo coæternum per se subsistere, distinctamque ab illo hypostasim **ex æterno habere manifestum** fit, ut patet.

character & imago Deitatis 41.) Verbum
effi-

41.) Filius Dei etiam in Scriptura vocatur character & imago; ut cum Apostolus 2. Corinth. 4. v. ait: *Excavavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriae Christi, qui est imago Dei.* Et Hebr. 1. v. 3. *Qui cum sit splendor, & figura substancialis ejus (Græce καὶ χαρακτῆς τῆς ὑπερσύνεστος ἀυτοῦ)* portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram Majestatis in excelsis. At,, imagines cæteræ, ait S. Hilarius Pictav. l. 7. de Trin. in fine, ex diversis metallis aut fucis, reddunt quidem eorum species, quorum sunt imagines institutæ; sed numquid ut imagines veræ sint, exæquari possunt inanima viventibus, & vel picta, vel sculpta, vel fusa? Filius autem Patris non secundum hæc imago est, qui viventis vivens imago est, & ex eo natus non habet naturæ diversitatem, & in nullo diversus, tenet naturæ ejus, in qua non diversus est, potestatem. Quod ergo imago est, eo proficit, ut Deum Patrem Unigeniti Dei significet nativitas, significet autem ut forma & imago invisibilis Dei, & per hoc non amittat naturæ unitam similitudinem, quia nec careat virtute naturæ.,, Et S. Augustinus l. 83. quæst. 9. 14.,, Imago inquit, & similitudo, & æqualitas distinqua fuit: quia ubi imago, continuo similitudo, non continuo æqualitas; ubi æqualitas, continuo similitudo, non continuo imago; ubi similitudo, non continuo imago, non continuo æqualitas. In speculo est imago hominis, quia de illo expressa est; est etiam similitudo, non tamen æqualitas: quia multa defunt imagini, quæ insunt illi rei, de qua expres-

efficax, sapientia constitutionis rerum universarum comprehensiva, & Virtus ac potentia universæ creaturæ effectiva. Filius verus veri Patris, invisibilis ejus, qui est Invisibilis, & incorruptibilis corruptioni non obnoxii, & immortalis mortis prorsus necessarii, & sempiternus sempiterni. 42.) Unus

sa est... In duobus ovis paribus inest similitudo, & æqualitas; quæcunque enim adsunt uni, adsunt & alteri: imago tamen non est, quia neutrum de altero expressum est... In parentibus, & filiis inveniretur imago, & similitudo, & æqualitas, si intervallum temporis defnisset: nam & de patre expressa est similitudo filii, ut recte dicatur imago, & potest esse tanta, ut recte etiam dicatur æqualitas, nisi quod parens tempore præcessit... In Deo autem quia conditio temporis vacat; non enim potest recte videri Deus in tempore generasse Filium, per quem condidit tempora: consequens est, ut non solum sit imago ejus, quia de illo est; & similitudo, quia imago; sed etiam æqualitas tanta, ut nec temporis quidem intervallum sit., Ac,, proinde imago vivens, naturalis, & nulla re discrepans invisibilis Dei Filius est, totum in se referens Patrem, & omnimodam cum eo habens identitatem, solo eo discrepans, quod est a principio., verba sunt S. Joannis Damasc. l. 1. de Imagin.

42.) Hæc gemina prorsus sunt iis, quæ postea Nicæni Patres contra Arrium definiverunt in symbolo Fidei,

ubi

nus etiam Spiritus Sanctus, ex Deo existentiam habens, 43.) & qui per Filium ap-

ubi ajunt: „ Credimus & in Filium Dei Unigenitum ex Patre, hoc est ex substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, & ὁμούσιον seu consubstantiale Patri. „ Si enim juxta Thaumaturgum nostrum *verus est Filius veri Patris, Deus ex Deo, res omnes comprehendens, universam creaturam efficiens, invisibilis, incorruptibilis, immortalis, semperiternus*; necesse prorsus est, ut etiam ὁμούσιος seu Consustancialis Deo Patri sit.

43.) Quod Spiritus Sanctus ex Deo Patre procedat, luculentissime docet Christus ipse Joan. 15. v. 26. inquisiens: *Cum venerit Paraclytus, quem ego mittam vobis, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille vos docebit omnia.* Negare tamen id ausi sunt Macedonius, & Eunomius hæresiarchæ, teste S. Basilio 1. 2. Contra Eunom. Et S. Epiphanio hær. 76. Unde Concilium Constantinopol. primum, inter oecumenica II. in symbolo fidei adjectit hæc verba: „ Credimus & in Spiritum Sanctum, Dominum, vivificantem, ex Patre procedentem. „ Num vero idem Spiritus divinus a Filio etiam originem suam habeat, in controversiam sæpe vocarunt Græci. Ac primus quidem omnium Theodoreetus Cyri Episcopus seculo V. Nam cum S. Cyrillus Alexandr. inter 12. anathematismos ad Nestorium missos num. IX. anathema dixisset illi, qui Christum Spiritu Sancto tanquam aliena vi ad miracula patranda usum fuisse afferere ausit; Theodoreetus a-

apparuit: imago Filii perfecti perfecta, 44.)
vi-

nathematismum hunc confutans ajebat: „ si dicat Spiritum esse proprium Filii, quasi ex Filio, vel per Filium substantiam habentem; ut blasphemum, & impium abjicimus. „ Ita Hugo Etherianus tomo 22. Bibl. PP. 1. 1. de hæresibus, quas Græci in Latinos devolvunt, & Manuel Calecas tomo 26. ejusd. Bibl. 1. 2. Contra Græcos. Dein tamen conciliatus Cyrillo Theodoreto nil movisse ultra legitur, permotus opinor auctoritate synodi Ephesinæ, in qua præsente ipso lesta probataque est Epistola S. Cy- rilli, ubi versus fin. S. Pater ajebat: „ Quamvis in sua sit subsistentia Spiritus, & ejus intelligatur, in persona proprietas, juxta id quod Spiritus est, & non Filius, attamen alienus non est; ab illo enim Spiritus appellatus est veritatis, & Veritas Christus est; unde & ab isto si- militer, sicut ex Deo Patre procedit. „ At sopitus li- eet tunc ignis gliscere inter Græcos perrexit: corripuit que sensim tam multos: ut testante Adone in Chron. anno DCCLXVII. inter illos & Romanos aperte jam quæstio agitata sit „ utrum Spiritus Sanctus sicut procedit a Pa- tre, ita procedat a Filio? „ Anno DCCLXXXVII. so- pitum iterum est incendium: quia Concil. Nicænum II. in- ter Oecumenica VII. Act. 3. approbavit professionem fi- dei a Tarasio Constantinopolitano ad tres alios Orientis Patriarchas missam, quæ inter alia hæc habebat: „ Credo & in Spiritum S. Dominum, & vivificantem, ex Pa- tre per Filium procedentem. „ Sed resuscitavit illud, immensumque auxit Photius: qui cum dejecto per nefas S.

Igna-

vita , viventium causa , fons sanctus , san-
cta & Scr. S. Greg. Neocæs. Ep. H cti-

Ignatio Sedem Constantinopolitanam invasisset , & idcirco
a S. Nicolao I. Papa excommunicatione mulctatus esset ,
anathema in hunc conficta etiam synodo retorquere ausus
est anno DCCCLXIII. ac ne id injuria fecisse videretur ,
encyclicam ad Patriarchas alios dedit , qua Nicolatum , &
Romanos inter cætera hæresis arguebat ex eo , quod Spi-
ritum S. a Patre , & Filio procedere doceant . Perduelli
strenue quidem se opposuit Nicclaus , & cum eo Odo
Bellovacensis , Æneas Parisiensis Episcopi , Ratramnus
Corbejensis monachus , aliquie : vivente tamen Michae-
le Imperatore , & Barda Cæsare Photio impense studenti-
bus redigi in ordinem schismaticus nequit . At elatis il-
lis , Hadrianus Nicolai successor apud Basilium Impera-
torem perfecit , ut synodus oecumenica VIII. anno DCCC
LXIX. Constantinopoli cogeretur : in qua restitutus sedi
suæ S. Ignatius , & abdicatus est Photius , omniaque ejus
scripta igni tradita Act. 8. Post obitum Ignatii an.
DCCCLXXIX. in Basili gratiam , & Patriarchatum ir-
repsit iterum hypocrita , connivente Joanne VIII. nec diu
post larvam posuit , Græcorumque plurimos in schisma , &
errorem pristinum præcipites egit , malo etiam post ite-
ratam Photii exauctorationem alte miseris impresso . An-
no MLIV. Michael Cerularius Patriarcha flammæ oleum
affudit , pertinacissime contendens hæreticos esse , qui Spi-
ritum S. a Patre , & Filio procedere fatentur . Unde O-
rientales ab Occidentalibus penitus sejuncti sunt , nil pro-
ficiente anathemate , quo Humbertus silvæ candidæ Episco-
pus

Etitas, sanctificationis suppeditator. In quo
ma-

pus, & S. Leonis IV. Constantinopolim legatus Cerularium notaverat. In Conc. Lateranensi IV. praeside Inno-centio III. presentibus Constantinopolitano, & Je osolympiano Patriarchis an. MCCCXV. celebrato, errorem quidem ejuravere Graeci, sed inita genti mobilitate in eundem haud multo post reciderant. Saniora rursum edocti anno MCCLXXIV. in Concilio Lugdunensi II. cum Gregorio X. Pontifice, & Latinis consenserunt, decantato etiam inter Missarum solemnia symbolo fidei, cum his verbis: *Credo & in Spiritum S. Dominum, & vivificantem, qui a Patre, Filioque procedit.* Verum hæc quoque concordia non diurnior, quam Michaelis Palæologi apud eos tuuc imperantis vita fuit. Hoc enim e vivis erepto an. MCCLXXXIII. Andronicus filius omnia susdeque vertit, dejecto e Constantinopoli sede Joanne Becco unionis cum Ecclesia Romana, & Divini Spiritus a Filio etiam processionis defensore acerrimo, suffectoque illi Josepho pervicaci schismatico. Carpebant interim Dei vindicis nutu Graecanicum imperium in dies Turce, & subjugatis sensim provinciis aliis in ipsa jam viscera imminebant: cum Joannes Palæologus Imperator, Josephus Patriarcha Constantinop. & flos Ecclesiæ Graecæ ad indictum ab Eugenio IV. Papa oecumenicum Concilium redintegranda unionis gratia convenere, & post multas disceptationes, Sess. 25. an. MCDXXXIX. die VI. Julii Florentiæ celebrata, huic denique decreto Imperator ipse, ac XXIX. Graeci Praesules, una cum Eugenio Papa, & CXII. Latinis Praesulibus subscriperunt. „In nomine Sanctæ Trini-

manifestatur Deus Pater, qui super omnia
H 2 est,

tatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, hoc sacro universali approbante Florentino Concilio definitus, ut haec fidei veritas ab omnibus Christianis credatur, & suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quod Spiritus Sanctus ex Patre, & Filio aeternaliter est, & essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul & Filio, & ab utroque aeternaliter tanquam ab uno principio, & unica spiratione procedit: (Græce ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ τῆς Πατρὸς καὶ τῆς υἱοῦ αἰδίως ἔσται, καὶ τὴν εἰστήσιαν, καὶ τὸ ἵπαρχον αὐτῷ ἐναὶ ἔχει ἐκτῆς Πατρὸς ἄμα καὶ τῆς υἱοῦ, καὶ ἐξ ἀμφορέων αἰδίως ὡς ὁ πόμιος ἀρχῆς, καὶ μοναδικῆς προέολης ἐκπορέεται) declarantes quod id, quod SS. Doctores, & Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, Filiū quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentię Spiritus Sancti, sicut & Patrem. Et quoniam omnia quae Patris sunt, Pater ipse Unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem; hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre aeternaliter habet, a quo etiam aeternaliter genitus est. „Instaurata tanto consensu, & celebritate unio duratura fons erat, nisi Marcus Ephesinus Metropolita, qui subscribere illi pertinacissime renuit, domum reduces pervertisset, tresque alii Patriarchæ conciliabulo Jerosolymis per legatos habitu, Ephesui sententiam Orientalibus omnibus amplectendam sub a-

est, & in omnibus: & Deus Filius, qui
per

nathemate decrevissent. At debitas tandem pœnas Divinae Triadi dependerunt miseri, Constantinopoli anno MCDLIII. feria III. post octavam Pentecostes a Turcis capta Græcisque omnibus in eam, quam hodie dum servient servitatem redactis, Utinam tam diuturna calamitas oculos eis tandem aperiat, & ad relegenda SS. Patrum suorum vestigia permovereat! qui cum Gregorio nostro Spiritum S. non a Patre solo, sed a Filio etiam seu per Filium procedere constanter docent. Ita enim S. Athanasius Orat. 4. in Arrianos: Ἀυτὸς γαρ, ὥσπερ ἔγειται, τὸ Πνεῦμα δίδωσι, καὶ ὅσα ἔχει τὸ Πνεῦμα, ταῦτα παρὰ τῷ Λόγῳ ἔχει. Ipse, sicut dictum est, Spiritum dicit, & quæcunque habet Spiritus, a Verbo habet. S. Basilios l. 3. contra Eunom. sub init. Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερένεοι τῷ Τιῷ τὸ Πνεῦμα, παρ' αὐτῷ τὸ ἕνατον ἔχον, καὶ παρ' αὐτῷ λαμβάνον, καὶ αναγγέλλον οὐδὲν; καὶ ὅλως τῆς ἐκείνης αἰτίας ἐξηγμένον, παραδίδωσιν σ' τῆς ἴουετελας λόγος. Dignitate enim (seu ordine originis) secundum esse a Filio Spiritum, ut qui esse ab illo habeat, & ab ipso accipiat, & annunciet nobis, & omnino ex illa causa (seu principio) pendeat, pieta fermo tradit. S. Epiphanius hær. 62. Οὐδὲν ἀλλό τριον Πατρὸς καὶ Τιοῦ, αλλακτὸν ἐκ τῆς αὐτῆς ψυχῆς, ἐκ τῆς αὐτῆς Θεότητος, ἐκ Πατρὸς καὶ Τιοῦ, σὺν Πατρὶ καὶ Τιῷ ἀνυπόστατον αἰτίᾳ Πνεῦμα αἴγιον. Non est alienus a Patre & Filio, sed ex eadem substantia, ex eadem Divi-

per omnia est: Trinitas perfecta, quæ glo-
H 3 ria

nitate, ex Patre, & Filio, cum Patre, & Filio subsistens semper Spiritus Sanctus. S. Cyrilus Alexandr. l. 34. Thes. "Οτι τόννυ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐν ἡμῖν γενόμενον συμμόρφως ἡμᾶς ἀποδεικνύει Θεῖς, πρόσειτο δὲ ἐκ Πατρὸς καὶ Τίχης, πρόδηλον, ὅτι τῆς θείας ἐστιν φύσις. Cum Spiritus Sanctus in nobis existens, conformes Deo nos efficiat, procedat autem ex Patre, & Filio, perspicuum est Divinæ ipsum esse substantiæ. Et S. Maximus Martyr Tract. de candelabro Zachar. Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἄγιον ὥσπερ φύσει κατ' ὕστερην ὑπάρχει τῇ Θεῖᾳ καὶ Πατρὶ, ἔτῳ καὶ τῇ Τίχῃ κατ' ὕστερην ἐστιν. ὡς ἐντὸς Πατρὸς ὕστερος δι Τίχην γεννηθέντος αὐτῷ τοῖς ἐκπορευόμενοι. Spiritus Sanctus quemadmodum natura Dei est ac Patris secundum substantiam, sic est & Filii secundum substantiam, tanquam ex Patre substantialiter per Filium genitum ineffabiliter procedens &c. Addere juvat & Latinos. E quibus Tertullianus l. contra Praxeam num. 4. „, Spiritum inquit, non aliunde puto, quam a Patre per Filium. „, S. Ambrosius l. 1. de Spir. S. c. 10. „, Spiritus Sanctus cum procedit a Patre, & Filio, non separatur a Patre, non separatur a Filio. „, S. Augustinus l. 15. de Trin. c. 26. „, Ita dictum est Spiritum S. de Patre procedere, ut intelligatur, quod etiam procedit de Filio.. Si enim quidquid habet Pater, de Patre habet Filius, de Patre habet utique, ut de illo procedat Spiritus Sanctus. „, S. Gregorius M. homil. 26. in Evang. „, Spiritus Sancti missio ipsa processio est, qua de Patre procedit & Filius.

ria & Æternitate, ac regno atque im-
pe-

lio. „ Denique omissis aliis S. Fulgentius Rusensis 1.
de fide ad Petrum c. 11. Firmissime tene, & nullaten-
nus dubites, eundem Spiritum Sanctum, qui Patris, & Fi-
lli unus est Spiritus, de Patre, & Filio procedere. „

44.) Si ad esse imaginis vivæ plus non requiratur,
quam ut una persona originem habeat ab alia, eique per-
fecte similis, & æqualis sit, quemadmodum S. Augusti-
nus loco supra allato docet; fatendum est Spiritum San-
ctum non solum Filii, quod Thaumaturgus hic afferit, sed
& Patris imaginem perfectam esse: cum & procedat ab u-
troque, & utriusque consubstantialis, seu perfecte similis, &
æqualis sit. Theologi tamen communiter duce Apostolo
in Divinis soli Filio, non item Spiritui Sancto rationem
imaginis tribuunt: quia Filius procedit per intellectum tan-
quam Verbum, cui proprie & formaliter convenit repræ-
sentare, & exprimere ea quæ in mente dicentis sunt; Spi-
ritus Sanctus vero procedit per voluntatem tanquam a-
mor, cuius non est repræsentare, sed potius unire, &
copulare amantes. „ Sciendum est, ait S. Thomas 1. p.
q. 27. a. 4. in ⊖, quod hæc est differentia inter intel-
lectum, & voluntatem, quod intellectus fit in actu per
hoc, quod res intellecta est in intellectu secundum suam
similitudinem; voluntas autem non fit in actu per hoc,
quod aliqua similitudo voliti fit in voluntate, sed ex hoc,
quod voluntas habet quandam inclinationem in rem voli-
tam. Processio igitur, quæ attenditur secundum ratio-
nem intellectus, est secundum rationem similitudinis: &
in tantum potest habere rationem generationis, quia o-

mne

perio non dividitur , neque abalienatur.
45.) Non igitur creatum quid aut fer-

H 4 vum

mne generans generat sibi simile. Processio autem , quæ attenditur secundum rationem voluntatis , non consideratur secundum rationem similitudinis , sed magis secundum rationem impellentis , & moventis aliquid : & ideo quod procedit in Divinis per modum amoris , non procedit ut genitum , vel ut Filius , sed magis ut Spiritus , quo nomine quædam vitalis motio , & impulsio designatur . „ Et ibid. ad 2. „ similitudo aliter pertinet ad Verbum , & aliter ad amorem. Nam ad verbum pertinet , in quantum ipsum est quædam similitudo rei intellectæ , sicut genitum est similitudo generantis. Sed ad amorem pertinet , non quod ipse amor sit similitudo , sed in quantum similitudo est principium amandi. „ Denique 1. p. q. 35. a. 2. in O. „ sicut Spiritus Sanctus quamvis sua processione accipiat naturam Patris , sicut & Filius , non tamen dicitur natus ; ita licet accipiet similitudinem Patris , (& Filii) non dicitur imago : quia Filius procedit ut Verbum , de cuius ratione est similitudo speciei ad id , a quo procedit ; non autem de ratione amoris , quamvis hoc conveniat amori , qui est Spiritus Sanctus , in quantum est amor Divinus . „

45.) In eundem sensum S. Athanasius Ep. ad Serapion. „ Trinitas Sancta , & perfecta in Patre , & Filio , & Spiritu Sancto rationem Deitatis accipit , nihil alienum , aut foris super inductum possidet , neque ex Creatore , & creatura consistit , sed tota est ex Creatore , & Condитore rerum , sibi similis , & natura indivisibilis , u-

vum in Trinitate , neque superinductiti-
um aliquid , & adventitium , quasi prius
non existens , posterius autem adveniens.
46.) Non itaque defuit unquam Filius Pa-
tri ,

naque ejus operatio. Pater enim per Verbum in Spiritu
Sancto omnia facit. Atque ita unitas Trinitatis servatur,
& unus Deus in Ecclesia prædicatur , qui est super o-
mnia , & per omnia , & in omnibus. Super omnia qui-
dem ut Pater , tanquam Principium & fons , per omnia
vero per Verbum , in omnibus porro in Spiritu Sancto.
,, Et S. Ambrosius l. 1. de Spir. S. c. 14. Unum no-
men est Patris , & Filii , & Spiritus Sancti. Scri-
ptum est enim : *Ite, baptizate gentes in nomine Patris , &*
Filii , & Spiritus Sancti ... Una Divinitas , una Majestas
est , quia unum nomen. ,, &c.

46.) Confoditur his non solum Origenes , qui ut
supra vidimus Filium , & Spiritum Sanctum in ordinem
creaturarum redigere tentavit , sed & secuti illum postea
Arriani , Macedoniani , aliquae Divinæ Triados hostes.
Contra quos similiter prorsus Gregorio nostro Concilium
Nicænum I. statuit : Τὸς δε λέγοντας , οὐ πότε , οὐτε γάρ
οὐ , καὶ πρὸν γενηθῆναι γάρ οὐ , καὶ οὐτε οὐδὲ γάρ οὐτων
ἐγένετο , οὐ οὖτε ἐτέρας υποστάσεος , οὐ δύοις φασκοντας
ἔναι , οὐ κίνσον , οὐ τρεπτὸν , οὐ αἰκιωτὸν , τὸν Τίον τε
Θεός , ἀναθεματίζειν Ἀποστολική καὶ καθολική Ἐκκλη-
σία. Eos autem , qui dicunt , erat aliquando , quando
non erat , & antequam nasceretur , non erat , & quia ex
non

tri , neque Filio Spiritus : sed immu-
H 5 ta.

non extantibus factus est , aut ex alia hypostasi vel sub-
stantia factum , aut mutabilem , & convertibilem dicunt
esse Filium Dei ; anathematizat Apostolica , & Catholica
Ecclesia. Et Concilium Constantinop. I. in Ep. Synodi-
ca „ Hæc Fides tum a nobis , tum a vobis , tum ab o-
mnibus , qui verbum veræ Fidei non pervertunt , ap-
probari debet ; quippe cum & antiquissima sit , & lava-
cro Baptismi consentanea : ut in nomine Patris , & Filii ,
& Spiritus Sancti credatur aequalis dignitas , & coæter-
num regnum , unaque substantia in tribus perfectissimis
hypostasibus , sive Personis ; adeo ut neque locus detur
pestiferæ Sabellii hæresi , qua Personæ confundantur ; ne-
que Eunomianorum , Arrianorum , aut eorum qui Spiritum
S. oppugnant , vires habeat blasphemia , quæ substanti-
am , seu naturam , & Divinitatem discindit , & increatae ,
consubstantiali , coæternæ Trinitati , naturam posterius ge-
nitam , aut creatam , aut quæ alterius sit essentia , in-
ducit. „

47.) Græce hæc Fidei expositio ita habet. ‘Εἰς
Θεὸς Πατήρ Λόγος γῶντος , Σοφίας ὑφεσώντος , καὶ Δυ-
νάμεως , καὶ χαρακτῆρος ἀιδίου , τέλειος τελεῖς Γενη-
τῶς , Πατήρ Τοῦ μονογενῆς. ‘Εἰς Κύριος , μόνος ἐκ μό-
νη , Θεὸς ἐκ Θεῶν , χαρακτῆρος καὶ Ἐπών τῆς Θεότητος ,
Λόγος ἐνεργῆς , Σοφίας τῆς ὅλων συσχέσεως περι-
εκίκη , καὶ Δύναμις τῆς ὅλης κίλσεως ποιητική , ‘Τὸς
ἀληθινὸς ἀληθινὸς Πατὴρ , αἴρατος τῷ ἀρχαῖ τῷ , καὶ
ἄφεν-

tabilis & invariabilis eadem semper manet
Trinitas. , , 47.)

CA-

αὐθαῖρος τῇ ἀφθαιρετῇ, καὶ ἀθάνατος ἀθανάτῃ, καὶ
ἀτέλειος αἰδίῳ. Καὶ ἐν, Πνεῦμα ἄγιον, ἐκ Θεοῦ τὴν
ὑπαρξίην ἔχον, καὶ διὰ τοῦ πεφυκός, Ἐικὼν τοῦ τοῦ
τελείας τελείας, ζωὴ ζώτων αἴτια, Πηγὴ ἀγία, Ἀγίότης
ἀγιασμός χορηγὸς, ενῷ φανερῷ ταις Θεοῖς οἱ Πατέρες, οἱ ἐπὶ^{τούτων} καὶ ἐν πᾶσι. Καὶ Θεοῖς οἱ Τιοῖς, οἱ διὰ πάντων. Τε-
λείας τελεία, δόξη, καὶ αἰδιότητι, καὶ Βασιλεῖα μή με-
ριζομένη, μηδὲ αὐτοποτειχμένη. Οὔτε γάρ κινσόν τι, οὐδὲλο
ἐν τῇ Τριάδι, οὔτε ἐπείσακτον τι ὡς πρότερον μέν ύπου πάρ-
χων, ὑπερον δὲ ἐπεισελθόν. Οὔτε γάρ ἐνέλιπέ ποτε Τιος
Πατρός, οὔτε Τιῶ Πνεῦμα, οὐδὲ ἀτρεπτός, καὶ αὐτακόιω-
τος οὐτη Τριάς οὐσί. Quæ postrema verba, incho-
ando scilicet ab οὔτε γάρ abjudicant quidem nonnulli Thau-
maturgo, & a Nysseno adjecta esse volunt; at suapte il-
la fluere ex præcedentibus, & indubitatis Thaumaturgi
dictis, manifestum prorsus videtur. Si enim in Divinis
Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, Trinitas perfecta est,
quæ nec gloria, nec æternitate, nec regno dividitur, aut
ab alienatur; necesse prorsus est, ut neque Patri Filius,
neque Filio Spiritus Sanctus unquam defuerit, nec omni-
no quidquam servum, creatum, & extrinsecus adveniens
in eadem Trinitate commoretur, sed una eademque trium
Personarum natura, efflentia, & Divinitas esse credatur.

C A P U T IV.

Epistola Canonica S. Gregorii

Alterum Gregorii nostri Opusculum est Epistola Canonica circa annum Christi CCLXIII. Scripta. Ad quem data sit, non liquet: Episcopum tamen cuiuspiam in Ponto civitatis fuisse, primus Canon docet. Occasionem vero scribendi dedit barbarorum incurcio. Cum enim Valerianus Augustus a Sapore Persarum Rege vietus, & captus esset, Gallienus autem filius imperium segnissimus administraret, non modo insurgentes hinc inde tyranni (quorum triginta recenset Trebellius Pollio) monarchiam Romanam misere dilacerabant, sed barbari etiam occasione utendum rati in varias ejus provincias crudeliter incurabant. Atque hos inter fuere Gothi, & Boradi: qui in Asiam, & Pontum incursione facta, regionem utramque fœde populati sunt, nec profana solum, sed & sacra omnia propemodum everterunt. 48.)

Cum

48.) Multis hanc incursionem describit Sozomenus l. 2. Hist. Eccl. c. 6. illudque commodi ex ea prove-

nif-

Cum igitur sœviente hac calamitate Christiani etiam nonnulli se barbaris adjunxit-
sent, & in gravissima criminis lapsi essent,
pace redditus consultus ab Episcopo quodam
Gregorius, suam illi de variis patra-
torum criminum generibus sententiam hac
Epistola perscripsit: Quam Maxima Pa-
trum Bibliotheca tomo 3. Latine, Hardui-
nus autem S. J. Theologus tomo 1. Con-
ciliarum edit. Parif. an. MDCCXIV. Græ-
ce etiam exhibet. Constat XI. Canoni-
bus, ut sequitur.

Ca.

nisse ait, quod barbari illi a captivis Sacerdotibus fidem
Christi postea edocti, & Ecclesiæ aggregati sint. „ Multi
inquit, Sacerdotes Christi ab iis capti cum illis com-
morati sunt. Qui cum ægrotos homines sanarent, & da-
moniacos purgarent, Christum tantummodo nominantes, &
Dei Filium invocantes; vitam præterea sanctissimam, &
ab omni reprehensione vacuam ducerent, ac virtutibus in-
vidiam superarent; admirati illos barbari cum ob vitæ
integritatem, tum ob miracula ab ipsis perpetrata, pru-
denter se facturos putarunt, Deumque propitium habitu-
ros, si eos, quos meliores viderant, imitarentur, & Di-
vinum Numen perinde colerent, ac illi. Proinde cum e-
os sibi præcipere jussissent, quæ agenda erant, instituti
sunt ab illis, & sacro lavacro tincti, indeque ad conven-
tus Ecclesiasticos admissi. „

Canon I. Non cibi nos gravant Sancte Papa, 49.) si captivi ea comedent, quæ, qui in eos dominium obtinent, eis apposuerunt: maxime quando una de omnibus fama est, barbaros, qui in nostras regiones incursionem fecerunt, idolis non sacrificasse. 50.) Dicit autem Apostolus: *Escæ ventri,*

49.) Papæ nomine Episcopi omnes honorari olim solebant, ut constat ex Epistolis S. Hieronymi ad S. Epiphanium, Augustiaum: aliosque Episcopos datis. Lapsu temporum tamen nomen illud soli Romano Pontifici, tanquam Patrum omnium Patri factum est proprium, ferturque S. Gregorius VII. in synodo Romana anno MLXXVI. celebrata inter alia statuisse, „ ut Papæ nomen unius esset in Orbe Christiano „

50.) Eſus cibi cuiusvis secundum ſe ad bonum, & malum morale indifferens eſt. Nam ut Apostolus 1. Corinth. 8. v. 8. *Eſca nos non commendat Deo.* Neque enim si manducaverimus abundabimus, neque ſi non manducaverimus, deficiemus. Si tamen Deus, vel Ecclesia cibum aliquem, vetet, aut eſus illius scandalum proximi fecundiferat, manducari citra culpatam a ſciente non potest. Hinc cum Apostoli duratura ad tempus lege præcepiffent abstinere ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato Act. 15. v. 29. religioſe adeo ab horum eſu primis ſeculis cavebant fideles, ut Tertullianus argumentum inde perteſe non dubitet ad retundendam calumniam, qua gentiles hu-

tri, & venter escis; Deus autem & bunc, & has destruet. (1.Corinth. 6. v. 13.)
 Sed Servator quoque omnes cibos mundans, *Non quod intrat, inquit, coinquiat*
bo-

humanarum carnium efsus Christianos infamabant. „ Eribescat ait in Apalög. error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis habemus, qui propterea suffocatis quoque & morticinis abstinemus, ne quo sanguine contaminemur vel intra viscera sepulto. Denique inter tentamenta Christianorum botulos etiam cruento diftentos admovetis. Porro quale est, ut quos sanguinem pecoris horrere confiditis, humano inhiare credatis? „ At cum e Corinthiis nonnulli hac in re nimis auxii essent, nihilque prorsus carnium a gentilibus summere vellent, metuentes ne forte idoli immolatae fuerint, S. Paulus hunc eiſ scrupulum exemit 1. Corinth. 10. v. 25. scribens: *Omnne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.* Et v. 27. *Si quis vos vocat infidelium, & vultis ire, omne quod vobis apponiatur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.* Sed adjecit etiam v. 28. *Si quis aurem dixerit, hoc immolatum est; nolite manducare propter illum qui indicavit, & propter conscientiam.* Atque hinc de captivis Ponticis recte respondit Gregorius noster, molestiam illis creandam non esse propter cibos in Gothorum, & Boradorum captivitate promiscue cum illis manducatos: quia hos non modo immolatos idolis fuiss: non constabat, sed constans etiam fama erat barbaros illos nullum sacrificiorum saltem cruentorum cultum diis suis exhibuisse.

bominem, sed quod egreditur. (Matth. 15. v. 11.) Quod autem captivæ mulieres corruptæ fuerunt, barbaris earum corporibus insolenter abutentibus: si quidem prius quoque alicujus vita damnata fuerat, abeuntis post oculos fornicatorum, tunc fornicatio suspecta est etiam tempore captivitatis, & non oportet facile orationibus cum ejusmodi communicare. 51).

Sed

51.) Mocchis S. Gregorius Niss. Ep. ad Letojum novem annorum pœnitentiam dictat. „ Qui inquit, fornicatione polluti sunt, in tribus quidem annis ab oratione omnino expellantur; in tribus autem sint solius auditionis participes: & in tribus aliis, cum iis, qui in conversione substernuntur, precentur. „ Benignius frater Nysseni S. Basilius Ep. 1. ad Amphiloch. can. 22. „ Est autem in quatuor annis præfinitum fornicationis tempus. Oportet enim eos anno primo a precibus expelli, & defere ad fores Ecclesie, secundo autem ad auditionem admitti, tertio admitti ad pœnitentiam, (seu substrationem) quarto ad congregationem cum populo, abstinentes ab oblatione: deinde eis permitti boni communionem. „ Et can. 34. „ Adulterio pollutas mulieres, & confitentes ob pietatem, vel quomodocunque convictas, publicare quidem Patres nostri prohibuerunt, ne convictis mortis causam præbeamus; eas tamen stare sine communione jusserunt, donec impleretur tempus pœnitentiae. „ Hic Thaumaturgus noster mu-

Sed si aliqua , quæ in summa continen-
tia vixerit , & puram , ab omnique suspic-
tione alienam priorem vitam ostenderit ,
nunc vi , & necessitate in probrum lapsa
sit ; habemus exemplum in Deuteronomio
de adolescentula , quam homo in agro in-
venit , & ea vi compressa cum ea dor-
mit . Adolescentulæ enim inquit , *nihil fa-*
cietis : quoniam sicut latro consurgit con-
tra fratrem suum , & occidit eum , ita &
adolescentula perpetua est. „ Deuter. 22.
v. 25. & 26. 52.)

Can. II.

licres in captivitate lapsas etiam ab oratione publica , &
solemni in Ecclesia excludit , ac proinde ad primam pœ-
nitentiæ publicæ classem relegat , licet non determinet
tempus , quo versari illic debeant . Unde liquet , variam
quoad hoc , pro Episcoporum , & temporum varietate di-
sciplinam fuisse .

52) In eundem sensum S. Augustinus l. 1. de civ. Dei c.
18. „ Cum inquit , pudicitia virtus sit animi , comitemque ha-
beat fortitudinem , qua potius mala quælibet tolerare , quam
malo consentire decernat ; nullus autem magnanimus , & pu-
dicus in potestate habeat , quid de sua carne fiat , sed
tantum quid annuat mente , vel renuat ; quis tandem sana
mente putaverit , se perdere pudicitiam , si forte in ap-
prehensa , & oppressa carne sua exerceatur , & expleatur

Can. II. Gravis res est avaritia, & plura habendi cupiditas 53.) nec possunt
A& & Ser. S. Greg. Neocæs. Ep. I in

libido non sua ? Quin cum immunditiae carnalium concupiscentiarum non cedit, & ipsum corpus sanctificatur : & ideo cum eis non cedere inconcussa intentione persistit, nec de ipso corpore perit castitas : quia eo sancte utendi perseverat voluntas, & quanta in ipso est etiam facultas &c. „ Quia tamen conjectos in ignem non aduri ratur est, S. Cyprianus amare plangit sortem mulierum a barbaris captarum Ep. ad Episcopos Numidas juxta ordinem Pamelii 60ma. „ Cum maximo inquit, animi nostri gemitu, & non sine lachrymis legimus literas fratres charissimi, quas ad nos pro dilectionis vestrae sollicitudine, de fratum nostrorum & sororum captivitate fecistis. Quis enim non doleat in ejusmodi casibus ? .. Quis non humanitatis memor, si pater est, illic esse nunc filios suos computet ? Si maritus est, uxorem suam illic captivam tenari cum dolore pariter ac pudore vinculi maritalis existimet ? Quantus vero communis omnibus nobis moeror est de periculo virginum, quæ illic tenentur ? pro quibus non tantum libertatis, sed & pudoris jactura plangenda est, nec tam vincula barbarorum, quam lenonum & lupanarium supra deflenda sunt; ne membra Christo dicata, & in æternum continentiae honore pudica virtute devota, insultantium libidine & contagione fœdentur. „

53.) Nam qui volunt dimites fieri, incident in tentationem, & in laqueum diabolis, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & per-

in una epistola proponi scripturæ Divinæ , in quibus non solum prædari , fugiendum , horrendumque prædicatur , sed plura etiam concupiscere 54.) & aliena propter turpe lucrum attingere : & quicunque est ejusmodi , is est a Dei Ecclesia abdicatus . 55.) In tempore autem incursionis , in tan-

ditionem . Radix enim omnium malorum est cupiditas . 1. Timoth. 6. v. 9. & 10. Quin Conturbat etiam domum suam , qui seculatur avaritiam Prov. 15. v. 27. Avarus enim non implebitur pecunia , & qui plus æquo amat divitias , fructum non capiet ex eis . Ecclesiastæ 5. v. 9. Sed qui acervat iniuste , aliis congregat , & in bonis illius alius luxuriabitur . Eccli. 14. v. 4.

54.) Ait enim Deus Exod. 20. & Deuter. 5. Non concupisces domum , non agrum , non servum , non ancillam , non bovem , non asinum proximi tui , & universa quæ illius sunt .

55.) Hoc scitote , ait Apostolus Ephes. 5. v. 5. quod omnis fornicator , aut immundus , aut avarus , quod est idolorum servitus , non habet hereditatem in regno Christi & Dei . Ab Ecclesia tamen avaritiæ simplici excommunicatio , aliave poena publica dictata non legitur , teste S. Gregorio Nyss. Ep. ad Letojum , ubi ait : „ Altera idolatriæ species , sic enim divinus Apostolus avaritiam appellat , nescio quomodo absque ulla poenæ medella a Partibus prætermissa est .. Quo fit , ut hic morbus valde in Ecclesia redundet . „ Quia furto etiam simplici Nyss-

tanto luctu , tantisque fletibus , ausos esse aliquos tempus , quod omnibus exitium afferebat , existimare sibi esse lucri tempus , est hominum impiorum , Deo inviro-ruin , & quorum improbitati nihil potest adjici. 56.) Unde omnibus ejusmodi interdicere visum est , eosque abdicare : ne forte ad totum populum ira veniat , & in

I 2 eos

senus ipse nullam idgenus pœnam dicitat. „ Qui inquit , occulta subtractione sibi alienum usurpat , ac deinde per confessionem peccatum suum Sacerdoti aperit , studio , quod circa contrarium vicii illius adhibebit , morbum cu-
rabit , res inquam suas largiendo pauperibus. „ At in-
ter capitalia certe crimina simplex quoque furtum & avar-
itia semper numerabatur , publicaque etiam pœnitentia vo-
luntarie saltem & ex Sacerdotis consilio a compluribus
expiabantur , ut docet S. Cæsarius Arelatenensis sec. V.
Episcopus Homil. 8. in Quadragesima tomo 8. Bibl.
PP. „ Procapitalibus criminibus addendæ sunt lachrymæ & ru-
gitus & continuata longo tempore jejunia .. Ultro nos a com-
munione Ecclesiæ removentes , & pœnitentiam publice a-
gentes .. Capitalia vero crimina sunt : sacrilegium , ho-
micideum , adulterium , falsum testimonium , furtum , rapi-
na , superbia , avaritia , invidia , iracundia si longo tempo-
re teneatur , ebrietas si assidua sit , & detractio. „

56.) His similes sunt , qui naufragii vel incendiī tempore miserorum res surripiunt , digni idcirco non so-
lum anathemate Ecclesiæ , sed civilis etiam potestatis se-
vera animadversione.

eos primum , qui præfunt , & non inquirunt.

III. Nonne ecce Achan Zaræ 57.) filius in eo , quod Deo dedicatum erat , peccavit , & in omnem Israel synagogam ira pervenit 58.) & percussi sunt a viris Hai & corruerunt ex eis triginta sex homines , persecutique sunt eos adversarii de porta usque ad Sabarim , & ceciderunt per prona fugientes , pertinuitque cor populi , (Jof. 7. v. 5.) At ille quidem ea , quæ erant hostium accepit ; qui vero nunc sunt , ea quæ sunt fratum , perniciose lucrificiunt.

IV.

57.) Filii nomen hic latius summit S. Pater , Achan enim reapse pronepos Zare fuit , teste Scriptura Jof. 7. v. 18. ubi ait : *Invenit Achan filium Charmi , filii Zabdi , filii Zare de tribu Juda.*

58.) „ Visibiles afflictiones hominum , sive mortes , quoniam his , quibus ingeruntur , & obesse & prodeesse possunt , novit Dominus in occulto providentia sua , quemadmodum juste quibusdam dispenset , etiam cum aliorum peccata in aliis videtur ulcisci ; penas vero invisibiles , quæ non nisi nocent , & prodeesse non possunt , ita nullus Deo judice pro alienis peccatis luit , sicut homine judice nullus nisi sua culpa istas visibiles debet . „ S. Augustinus Q. 8. in Genes.

IV. Nemo seipsum seducat , etiam tanquam invenerit: neque enim fas est ei , qui invenit 59.) lucrifacere .. In Exodo I 3 nam-

59.) Per inventionem acquiritur quidem jure Romano dominium rerum , quæ aut nullius adhuc erant , aut si fuerunt alicujus , ab eo jam derelictæ & ex rerum suarum numero expunctæ sunt : ita enim Instit. de rer. divis. statuit Imperator : „ Quod ante nullius est , id naturali ratione occupanti conceditur . „ Et l. i. ff. de aqvir. vel amitt. possess. §. 1. „ Gemmæ , lapilli , margaritæ in littoribus inventæ ejus fiunt , qui primus eorum possessionem naeflus est . „ Inter derelicta tamen haberi non debent ea , quæ aut ab hoste alicui erepta sunt , aut vitandi naufragii , incendii , hostilisve incursionis causa a domino ipso abjiciuntur . Nam ut rursus Imperator loco cit. Instit. §. ult. „ Pro derelicto habetur , quod dominus ea mente abjecerit , ut id in numero rerum suarum esse nolit . Alia sane causa est earum rerum , quæ in tempestate levandæ navis causa ejiciuntur ; hæc enim dominorum permanent , quia palam est eas non eo animo ejici . „ Et l. Pomponius 44. ff. de acquir. rer. domin. „ Quælibet res nostra quantumcunque periclitetur , manet nostra , quamdiu non est consumpta : ut si ovis nostra ex faucibus lupi eripiatur , aut domus ab incendio , manet nostra . „ Hinc qui rem aliquam invenit , eam sibi appropriare nequit , sed inquirere diligenter in ejus dominum tenetur , & cognito sine omni diminutione , & precio restituere . „ Si quid invenisti , ait S. Augustinus apud

namque non solum si quis res fratriis, sed etiam inimici invenerit, restituzione inquit, restituet eas in domum domini ipsorum.

60.) Si autem ab eo, qui in pace & ocio vitam delicate transfigit, vel etiam ab inimico non licet lucrari, quanto magis ab eo,

Gratianum causa 14. q. 5. c. 6. & non reddidisti, rapuisti.. Qui enim alienum negat, si posset, & tolleret. „ Et S. Hieron. ibid. cap. 8. „ Multi sine peccato putant esse, si alienum, quod invenerint, teneant, & dicunt: Deus mihi dedit, cui habeo reddere? Discant, ergo peccatum esse simile rapinæ, si quis inventa non reddat. „ Quodsi post sufficientem inquisitionem rei inventæ dominus non resciatur, an inventor rem illam in pi-as causas insuipmere, vel retinere sibi possit, sub judice lis est variantibus Theologis.

60.) Laudata hic verba in Exodo quidem non extant, legitur tamen Exod. 23. v. 4. & 5. Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si vis deris asinum odientis e jacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo. Et luculentius Deuter. 22. v. 1. 2. & 3. Non videbis bovem fratri tui, aut ovem errantem, & prateribis; sed reduces fratri tuo. Etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te, quamdiu querat ea frater tuus, & recipiat. Similiter facies de asino, & de vestimento & de omni re fratri tui, quæ perierit: si inveneris eam, ne negligas quasi alienam. Unde per legitimam consecutionem deducuntur, quæ S. Gregorius ait.

eo, qui rebus adversis premitur, & fugit,
& necessitate coactus propria relinquit.

V. Alii etiam seipso seducunt, pro
propriis, quæ perierunt, aliena, quæ in-
venerunt, detinentes. 61.) Ut quoniam
Boradi, & Gothi eis hostilia fecerunt, ipsi a-

I 4

liis

61.) Compensare damnum proprium ex rebus alienis
nullatenus tibi debitis omni jure iniquum est. Hinc cum
res perdita, vel ob incursionem hostium ulti abjecta in
dominio perdentis & abjicientis maneat, quamdiu animum
eam recuperandi non deponit, iniquissime utique Christia-
ni hi egerunt usurpando sibi res inventas, quas vel Chri-
stiani alii barbaros fugientes abjecerant, vel barbari ipsi
e provincia excedentes perdiderant. Neque locus excu-
sationi esse poterat, quod res illæ a Gothis & Boradiis
prius captæ, ac postea derelictæ fuerint. Quamvis enim
in bello justo res mobiles in dominium militis occupantis
transeant, juxta legem ss. ff. de captivis: „ si quid
bello captum est, in præda est. „ Et Instit. de rer. di-
vis. §. 17. „ Ea quæ ex hostibus capimus, jure genti-
um statim nostra fiunt, adeo quidem ut & liberi homines
in servitutem nostram deducantur; „ Gothi tamen & Bo-
radi non jure, sed prædandi tantum libidine Romanas
provincias invaserant, ac proinde rerum bello captarum
dominium non acquisiverunt, sed ex ad priores dominos
pertinebant, hisque cum a barbaris, tum ab illis, ad
quos post barbarorum discessum devenerant, restitui de-
bebant: cum ex iniquitate nemo lucrum facere possit.

liis Boradi & Gothi fiant. Propterea ergo fratrem & consenem nostrum Euphrosinum ad vos misimus, ut secundum formam, quæ hic est, ipse det similiter, & quorum excusationes admittere oporteat, & quos a precibus abdicare. 62.)

VI. Denunciatum nobis est, quidpiam factum esse in regione vestra incredibile, utique vel ab infidelibus & impiis, & qui nec nomen Domini novere; quod nonnulli eo inhumanitatis, crudelitatisque processerint, ut captivos, qui effugerunt, vi retineant. 63.) Mittite aliquos in re-

gio-

62.) Dum publica pœnitentia viguit, qui a precibus abdicabatur, ad primam pœnitentium classem relegabatur, interdicto illi ingressu Ecclesiæ, & cum fidelibus tum quoad preces solemnes & publicas, tum quoad Scripturæ sacræ lectionem & explanationem in Ecclesia fieri solitam Communione: ut pluribus infra dicam.

63.) Qui iniuste in servitutem redactus est, data occasione fugere, & in libertatem se afferere licite potest. Hinc Deuter. 23. v. 15. & 16. ait Deus: *Non trades servum domino suo, qui ad te confugerit. Habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & in una urbium tuarum requiescat: ne contraries eum.* Imao si servus ejusmodi aliquid etiam ex rebus domini sui, pro mercede laborum ei pra-

gionem, ne fulmina in eos cadant, qui
hæc agunt.

VII. Eos, qui inter barbaros connu-
merati sunt, & cum eis invaserunt, obli-
ti se esse Ponticos, & Christianos, effe-
rati autem, barbarique redditi, eos, qui
sui sunt generis, ligno vel suffocatione in-
terficiunt, vias autem, vel domos nesci-
entibus barbaris ostendunt, etiam ab au-
ditione arcere oportet: donec congrega-
tis Sanctis, aliquid de iis communi sen-

I 5 ten-

stitorum compensanda abstulerit, extra culpam erit, ut do-
cet S. Irenæus l. 4. advers. hæres. c. 30. ubi ait: „ si quis
liber adductus ab aliquo per vim, & serviens ei annis
multis, & augens substantiam ejus, post deinde aliquod
adminiculum consecutus, putetur quidem modica ejus habe-
re, revera autem ex multis laboribus suis, & ex acqui-
sitione magna, pauca percipiens discedat; & hoc ab ali-
quo imputetur ei quasi non recte fecerit: ipse magis in-
justus judex apparebit. „ Cum igitur Christiani Pontici
a Gothis & Boradis in captivitatem & servitutem injuste
abstracti fuerint, consulere sibi fuga omni jure poterant:
ac proinde qui eos ex fuga vi retrahebant, gravissimam
illis injuriam intulerunt, tantoque graviori scelere se ob-
strinxerunt, quanto acerbius est, si Christianus a Chri-
stiano, quam si a barbaro libertate spoliatur.

tentia visum fuerit , & ante eos Sancto Spiritui. 64.)

VIII. Eos , qui alienas domos invadere ausi fuerint , si accusati & convicti fuerint , nec auditione dignos existimare;

64.) Pro homicidio voluntario S. Basilius Ep. 1. ad Amphiloch. 20. annorum pœnitentiam dicit , eamque sic dispescit can. 56. „ Qui sua sponte interfecit , & postea pœnitentia ductus est , XX. annis Sacramento non communicabit. Viginti autem anni sic in eo dispensabuntur. Debet quatuor annis flere stans extra fores Oratorii , & si deles ingredientes rogans , ut pro eo precentur , suam iniuritatem pronuncians. Post quatuor autem annos inter Auditores recipietur , & quinque annis cum ipsis egreditur. Septem annis postea cum iis , qui in substratione orant , egreditur. In quatuor autem annis solum stabit cum fidelibus , sed non erit oblationis particeps: iis autem expletis erit Sacramentorum particeps. „ S. Gregorius Nyss. Ep. ad Letoj. septem omnino ac virginis annos pœnitentiæ pro eodem crimen statuit , & quidem ita ut ex iis novem in Fletu , totidem in Auditione , reliqui in substratione exigantur. Christianorum Ponticorum simplici homicidio gravius crimen erat , cum barbaris Pontum incursantibus se adjungere , viæ duces ageare , suaque etiam manu in Christianos alios grassari ausi sint. Hinc merito illos ab audizione etiam excludi , quodque sequitur ad fletium classem rejici jubet , dum communis Episcoporum Consilio modus tempusque pœnitendi determinetur.

re; 65.) si autem seipso enunciarint, & reddiderint, in eorum, qui convertuntur, ordinem substerni. 66.)

IX.

65.) S. Gregorius Nyss. laudata s̄epe Ep. ad Letoj. prædonibus eundem pœnitentiae modum præscribit, quem homicidis: „Nam prædo inquit, etiam homicidii opem adhibet ad propositum obtinendum, ad hoc ipsum se comparans & armis, & numerosa manu, & oportunitate locorum, adeo ut is homicidarum judicio subjiciatur, si per pœnitentiam ad Ecclesiam Dei revertatur. „ Christiani Pontici, de quibus hic agitur, armata haud dubie manus domos alienas invaserunt, atque ita veri prædones erant, digni idcirco, ut ne quidem inter audientes illico admittantur, sed ad fletum extra Ecclesiæ januam relegentur.

66.) Qui commissum scelus ultro fatetur, damnumque per id proximo illatum sua sponte resarcit, cum per hoc ipsum & sinceram animi a malo aversionem ostendat, & vindictæ partem dependat, mitius plecti a judice quovis debet, ut docet etiam S. Gregorius Nyss. Ep. nunc cit. can. 4. „Qui ex seipso ad sua proferenda peccata impulsus est, eo quod sua sponte occultorum accusator esse voluerit, ut qui jam afflictioni medicinam adhibere cœperit, & signum mutationis in id, quod est melius, ostenderit, in mitigioribus penitentia versatur. Qui autem in malo deprehensus est, longius illi conversionis tempus datur, ut perfecte purgatus sic ad Sacramentorum Communionem admittatur. „ Cum igitur hi prædones non modo

cri-

IX. Ii, qui in campo aliquid invenerunt, vel in suis ædibus a barbaris relatum, si accusati quidem convicti fuerint, sint similiter in iis, qui substernuntur; si autem seipso enunciaverint, & reddiderint, etiam precibus digni habeantur. 67.)

X.

crimen suum ultro confessi fuerint, sed & damna illata reparaverint, reste illos Thaumaturgus noster, condonatis duabus pœnitentiæ stationibus, ad tertiam redigi jubet.

67.) Qui rem inventam, absque ulla sollicitudine de investigando Domino, sibi usurpat, perinde est, ac si furto eam surriperet. Fures autem non solum a regno cœlorum excluduntur 1. Corinth. 6. v. 10. Sed in hac etiam vita cum a Deo, tum a Principibus terræ gravissimis pœnis affici jubentur. Ita enim Deus Exod. 22. v. 1. & 3. *Si quis furatus fuerit bovem, aut ovem, & occiderit, vel vendiderit: quinque boves pro uno bove restituens, & quatuor oves pro una ove.. Si non habuerit, quod pro furto reddat, ipse venumdabitur.* Et S. Ladislaus Rex Hungariae 1. 2. suorum Decretorum c. 14. „ *Si quis liber decem denariorum premium furatus fuerit, suspendatur; minus denariis decem si furatus fuerit, furtum duodecies reddat, & bovem unum persolvat. Servus autem si tale furtum fecerit, reddat duplum, & nasum amittat &c. , Durum itaque videri nequit, quod S. Gregorius ad tertium pœnitentiæ solemnis gradum, seu substrationem damnat Christianos illos, qui res alienas a barbaris in campo vel ædibus suis relictas usurpasse sibi convicti erant,*

X. Eos , qui servant mandata , absque omni turpi lucro servare oportet , nec indicationis , vel custodiæ , vel inventionis premium exigere. 68.)

XI.

eos autem in quarta pœnitentium classe , seu inter consistentes reponat , qui posteaquam res ita inventas sibi usurpaverant , delictum sponte fassū sunt , resque illas dominis reddiderunt.

68.) Non solum mandata Dei absque turpi lucro servanda sunt , sed & res proximi inventæ , aut nobis commendatæ , seu apud nos depositæ. Depositum enim est contractus bonæ fidei & juris gentium , quo res aliqua gratuito custodienda alteri traditur , cum obligatione eam in individuo reddendi , quandocunque deponens voluerit. Hinc depositarius ex re sibi commendata regulatiter nil lucri & commodi habet , tenetur tamen ad illam custodiendam ea diligentia , quam ejusdem ætatis & conditionis homines in rebus suis conservandis adhibere communiter solent , adeo ut si res per incuriam ejus , seu per culpam latam , ut jurisperiti ajunt , pereat , resarcire damnum ex justitia obligetur. Culpam vero levem , & levissimam , quæ in omissione accurritioris , summaeque diligentiae consistit , secundum communem Theologorum & Juris consultorum præstare non tenetur , nisi id diserte pactus sit , vel commodi quidpiam ex re deposita habeat. Atque hoc sensu intelligendum est etiam , quod hanc in rem Exodi 22. v. 7. & seqv. legitur : *Si quis commendaverit amico pecuniam , aut vas in custodiam , & ab eo qui*

XI. 69.) Pœnitentiæ gradus sunt hi.
Fletus seu luctus est extra portam Orato-
rii:

susciperat, furto ablata fuerint; si invenitur fur duplum reddet. Si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos (id est judices,) & jurabit, quod non extenderit manum in rem proximi sui, Ad perpetrandam fraudem, tam in bove, quam in asino & ove, ac vestimento, & quidquid damnum inferre potest: & si illi judicaverint, duplum restituere proximo suo. Si quis commendaverit proximo suo. Si quis commendaverit proximo suo asinum, bovem, ovem, & omne jumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab bestibus, nullusque hoc viderit: Falsjurandum erit in medio, quod non extenderit manum in rem proximi sui; suscipietque dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. Quod si furto ablatum fuerit, restituere dampnum domino. Si comestum a bestia deferat ad eum, quod occisum est, & non restituet.

69.) Joannes Morinus eruditus seculi præterlapsi Theologus l. 6. de Sacram. Pœnit. c. 1. canonem hunc S. Gregorio suppositum esse contendit. At leviora certe, quæ allegat, momenta sunt, quam ut id conficiant. Ait scilicet occurrere in eo vocem Ναγδηξ εν Θαυματουργι ignotam, neque ante, quam post quinque a Christo nato secula usurpari ceptam, quando Orientales Ecclesias suas in tres partes, nempe in Ἱεροτεῖον, Ναὸν, καὶ Ναγδηνα dispergere orsi sunt, cum prius bifariam tantum, videlicet in aulam seu atrium laicorum, & sanctuarium Episcopo, Cleroque destinatum eas partiri solerent.

Ve-

rii: ubi peccatorem stantem oportet fideles

Verum si *ναός Θηνας* nomine non aliud, quam pars ultima navis templi, vel vestibulum intelligatur, Ecclesiæ ipsi & Oratoriis Christianorum coævum esse *ναός Θηνας* manifestum est. Quæcunque certe monumenta vetera supersunt, alium semper in oratoriis templisque locum pro Episcopo & Clero, alium pro populo, & alium pro pœnitentibus, catechumenis, ac gentilibus verbis Dei audire volentibus designatum fuisse docent: licet accuratior, & ornator horum locorum divisio nonnisi post idololatriam suppressam, pacemque Ecclesiæ datam inducta fit. Ait præterea Morinus verba illa: *Audiens enim inquit scripturas & doctrinam ejiciatur; & precatione indignus censeatur,* Auctori Epistolæ non convenire, sed ad alium quandam canonum pœnitentialium interpretem referri. At cur quæso Gregorius noster respicere his verbis non potuit ad anteriorem quandam synodum, in qua de pœnitentibus id statutum sit? Cur etiam vocula *inquit* loco *inquam* seu Græce *φησι* loco *φημι* oscitantia scribarum irrepsisse dici nequeat, cum menda idgenus plurima in veteribus Mss. occurrere sciamus, & correcto hoc mendo verba Canonis planum, Auctoriisque Epistolæ convenientissimum sensum faciant? Ait denique ante Novatiani hæresim, & sub ejus initia, a nemine alio quatuor pœnitentium classes commemorari, tametsi Tertullianus & Cyprianus de pœnitentia ex proposito agant, sive temporis disciplinam describant: ac proinde cum classes illæ in hoc canone distincte commemorentur, vix ac ne vix illum S. Gre-

les ingredientes orare, ut pro se precentur. Auditio est intra portam in loco, quem *ναρθηκα* seu porticum vocant: ubi oportet eum, qui peccavit, stare usque ad Catechumenos, & illinc egredi. Audiens

e-

gorio Thaumaturgo sub eadem tempora scribenti tribui posse. Sed si hoc momentum quid ponderat, totam pariter Epistolam contra veterum testimonia abjudicare Gregorio oportebit, cum iidem pœnitentiaæ gradus in prioribus quoque Canonibus identidem commemorentur. Nec mirandum sane est, quod eorum memoria in supparium vel vetustiorum Thaumaturgo nostro Patrum scriptis luculenta adeo non extet: quia nec posteriores illo pœnitentium stationes distincte commemorant, nisi in Epistolis canonicis, quales nec Tertullianus, nec Cyprianus scripsit, nec omnino ulla antiquior hac de qua agimus ad nos pervenit. Qui vero quarto Ecclesiæ seculo id genus Epistolas ediderunt, de quatuor illis pœnitentiaæ gradibus non ut rezens inductis, sed longa jam consuetudine usitatis loquuntur. Quin Joannes Abbas Raithu in Scholiis ad S. Joannis Climaci scalam, eos diserte ex Apostolorum traditione repetit. „Est inquit Apostolica Traditio de divisione & ordinatione pœnitentium, purgandorum, & Catechumenorum. Sunt autem loci pœnitentium: locus plorantium, cum pœnitens stat extra ambitum Ecclesiæ, & procidens cum fletu ab ingredientibus postulat orationem; locus audientium ante portas basilicæ, ubi pœnitentes Divinum officium audiunt; Substratio intra ambitum Eccle-

six

enim inquit, scripturas, & doctrinam, ejiciatur, & precatione indignus censetur. Subjectio autem seu substratio est, ut intra templi portam stans, cum catechumenis egrediatur. Congregatio, seu consistentia est, ut cum fidelibus constat, & cum catechumenis non egrediatur. Postremo est participatio mysteriorum. 70.)

A&.& Scr.S.Greg.Neocæs.Ep.

K

sæ in posteriori parte ambonis: unde & qui ibi est, in exclamatione ad egressuros, cum eis egreditur. Consistorium illis statuit, qui usque ad complementum sacri mysterii perseverant. Statio vero cum fidelibus fit participatio vivisci panis & libatio Calicis Domini.,

70. Præter privatam, qualis hodie in usu Ecclesiæ est, pœnitentiam, viçuisse olim solemniores quandam & publicam cum Canon hic S. Gregorii, tum innumera alia veterum monumenta docent. Ab Apostolis vero ipsis disciplinam hujus pœnitentiae originem suam trahere, documento est Corinthius ille incestus cum noverca patrati reus, de quo Apostolus 1. Corinth. 5. v. 3. & seqv. ita statuit: *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens eum, qui sic operatus est. In nomine Domini nostri JESU Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri JESU, tradere bujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvis sit in die Domini nostri JESU Christi.* In quæ verba Origenes homil.

mil. 24. in Levit. „ Quod dicit , Tradidi in interitum carnis , hoc est in afflictionem corporis , quæ solet a pœnitentibus expendi , eumque carnis interitum nominavit , qui tamen vitam Spiritui conferat . Unde & nunc si quis forte nostrum recordetur in semetipso alicujus peccati conscientiam , si quis se noxit esse obnoxium delicto , confugiat ad pœnitentiam , & spontaneum suscipiat carnis interitum : ut expurgatus in præsenti vita spiritus noster mundus & purus pergaat ad Christum . „ Et S. Augustinus Ep. 107. ad Seleucianam : „ Agunt etiam homines pœnitentiam , si post baptismum ita peccaverint , ut excommunicari , & postea reconciliari mereantur : sicut agunt in omnibus Ecclesiis illi , qui proprie pœnitentes vocantur . De tali enim pœnitentia locutus est Apostolus Paulus , ubi ait : *Ne iterum cum venero , humiliet me Deus apud vos , & lugeam multos ex iis , qui ante peccaverunt , & non ergerunt pœnitentiam super immunditia , & luxuria , & fornicatione.* 2. Corinth. 12. v. 21. „ Id ipsum inculente docet exemplum juvenis a S. Joanne Evangelista Episcopo cuidam commendati , & per hujus incuriam in flagitia prolapsi adeo , ut latronum dux effectus sit . Quod cum ex Episcopo illo post longius tempus cognovisset Joannes . „ Cum ingenti gemitu (ait Clemens Alexand. 1. de salute divitis) versus montem a scelestis infessum properavit . Cumque ad locum venisset , ab iis , qui excubias agebant , latronibus capitur , non deprecans , sed clamans : *In hoc ipsum veni ; ad ducem vestrum me deducite.* Is vero , ut erat armatus , interim expectabat : sed ubi accedentem agnovit Apostolum , præ pudore in fugam versus est . At Joannes concito cursu æfatis oblitus hominem persequi instituit , clamabatque identidem : *Quid me*

patrem tuum fili fugis, inermem, seniculum? Noli time-re: adhuc tibi superest spes vitæ ac salutis, Ego pro te Christo rationem reddam, & si opus sit, animam meam pro tua vicariam dabo: ita modo, & crede; a Christo missus sum. His ille auditis, primum quidem vultu in terram demisso substitit: deinde projectis armis tremens acerbe flere cœpit. Accedentem vero senem complexus, gemitu ac lachrymis quam maxime poterat crimen diluebat, solam dextram occultans. Apostolus vero ei veniam a Salvatore spondens illum in Ecclesiam deduxit: & exinde partim crebris orationibus Deum deprecans, partim continuatis una cum juvene jejuniis decertans, variis denique sermonum illecebris animum ejus demulcens, non prius destitit, quam illum firma constantia Ecclesiae gremio reddidisset: magno veræ pœnitentiæ exemplo exhibito, grandique iteratae generationis documento, & subjectæ oculis resurrectionis trophæo. ,,

Constitutam sic ipso Apostolorum ævo pœnitentia publicæ disciplinam, perdurasse secundo Ecclesiæ seculo locuples testis est S. Irenæus, qui l. i. adversus hæres. juxta Massueti partitionem c. 13. posteaquam narravit in Gallia Rhodano apposita mulieres complures a Marcosiis in hæresim & flagitia carnis pellectas fuisse subdit: „ quæ quidem velut cauterio quodam inustam conscientiam habentes, partim publice pœnitentiam egerunt, partim cum id facere præ pudore non sustinerent, & tacite quodammodo de vita Dei desperarent, vel prorsus a fide desci-verunt, vel certe in utramque partem propendent, quodque proverbio dici solet, nec foris, nec intus sunt. „ Et Eusebius l. 5. Hist. Eccles. c. ult. hæc scribit. „ Confes-sor quidam erat Natalis nomine.. qui deceptus ab Ascle-

piodoto, & Theodoto discipulis Theodoti Coriarii.. acquievit, ut accepto ab eis salario CL. denariorum præstationis menstruæ, Episcopus illius hæresis nominaretur. Frequenter autem in somnis admonebatur a Domino: quia misericors Deus & Dominus noster Jesus Christus nolebat Martyrem suum perdere. Sed cum negligentius suscipere visiones, primatus amore, & turpis lucri devictus illecebra, ad ultimum a Sanctis Angelis per totam noctem verberatus, mane consurgens cilicio se induit, cinere conspergit, & multis cum lachrymis errorem suum deflens ante pedes Zephyrini Episcopi, & vestigia omnium non modo Clericorum, sed & laicorum provolutus orat, ut indulgentiam sibi a Christo jugibus pro ipso precibus implorarent, ostendendo etiam in conspectu omnium livores corporis & cicatrices, quas pro nominis ipsius confessione suscepereat: vixque aliquando tandem in Communionem Ecclesiastici corporis admissus est. ,,

De seculi III. initio idem testatur Tertullianus 1. de Pœnit. post medium, ubi solemnem sui temporis pœnitentiam sic describit. „ Exomologesis prosterendi & humiliandi hominis disciplina est, conversationem injungens misericordia illicem. De ipso quoque habitu, atque victu mandat; Sacco, & cineri incubare, corpus folidibus obscurare, animum macroribus dejicere, illa, quæ peccavit, tristi retractione mutare: cæterum pastum & potum pura nosse, non ventris scilicet, sed animæ causa: plerumque vero jejuniiis preces alere, ingemiscere, lachrymari, & mugire dies noctesque ad Dominum Deum tuum; Presbyteris advolvi, charis Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ injungere. „ Et de medio ejusdem seculi S. Cyprianus 1. de lapsis in fine.

ne. „ Qui pœnitentiam criminis tollunt, (ut Novatiani sub hæc tempora orti faciebant) viam satisfactionis claudunt.. Vos vero fratres dilectissimi.. pœnitentes ac docentes gravissimum conscientiæ crimen agnoscite.. nec desperantes misericordiam Domini, nec tamen jam veniam vindicantes. Deus quantum Patris pietate indulgens semper & bonus est, tantum Judicis majestate metuendus est. Quam magna delinquimus, tam granditer defleamus. Alto vulneri diligens & longa medicina non desit: pœnitentia crimine minor non sit. Putasne tu Dominum cito posse placari, quem verbis perfidis abnuisti, cui patrimonium præponere maluisti, cuius templum sacrilega contagione violasti? Orare oportet impensius, diem luctu transfigere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, stratos solo adhærere cineri, in cilicio & fôrdibus voluntari: post indumentum Christi perditum, nullum hic jam velle vestitum; post diaboli cibum, malle jejunium; justis operibus incumbere, quibus peccata purgantur; eleemosynis insistere, quibus a morte animæ liberantur. Quod adversarius auferebat, Christus accipiat: nec teneri jam, nec amari patrimonium debet, quo quis & deceptus & vixtus est.. Ad hoc tantum profuerit, quod remansit, ut inde crimen redimatur.. Si pœcem toto corde quis faciat, si veris pœnitentiæ lamentationibus, & lachrymis ingemiscat, si ad veniam delicti sui Dominum justis & continuis operibus inflectat.. potest ille indulgentiam dare.. potest in acceptum referre, quidquid pro talibus & petierint Martyres, & fecerint Sacerdotes. „

An tamen hoc tempore pœnitentia publica in celebres illas quatuor classes, quas Græci Προσκλαυσιν, 'A-

κράσιν, Τπόπλοσιν, καὶ Συστασιν, Latini Fletum, Auditionem, Substrationem, & Consistentiam vocant, divisa fuerit, quandove, ubi, quibusque auctoribus ita dividi cœperit, ob defectum veterum monumentorum non sat liquet. Quamvis enim Joannes Raithu, ut supra vidimus, divisionem hanc ad Apostolorum Traditionem referat, certum tamen est nullum vetustius Canonica Gregorii nostri Epistola monumentum haec tenus prodiisse, in quo classes illæ distinætæ commemoarentur. Unde fors nonnisi post Novatiani hæresim, in aliqua Episcoporum synodo, accuratior hæc pœnitentium distinctio facta, indeque in Ecclesiæ alias sensim propagata est.

Quidquid sit, prima solemnis pœnitentia statio Fletus erat, locusque illi obeundæ destinatus, atrium Ecclesiæ adsitum, & porticibus suis instructum: unde nec videri, nec audiri poterant, quæ in templo fiebant. Conveniebant autem isthuc flentes, quoties Divina mysteria celebrabantur; & quidem facco vel cilicio amicti, nudis pedibus, & toto habitu ad commiserationem composito: cumque fideles alii in Ecclesiam introirent, pedibus eorum se humiliter advolvebant, confitentes crimen suum, & cum lachrymis deprecantes, ut apud Deum, Episcopum, Clerumque ac populum universum pro se intercedere dignarentur. Docet id S. Basilius Ep. 1. ad Amphioch. laudato jam can. 56. ubi ait: „Debet quatuor annis flere stans extra fores Oratorii, & fideles ingredientes rogans ut pro eo precentur, iniquitatem suam pronuncians. „Et S. Hieronymus Ep. 30. ad Ocean. Fabiolæ Matronæ Romanæ ob contractas cum viro altero, priori repudiato nuptias (quod civili lege permitti norat, Divina prohiberi resciebat) pœnitentiam sic describens.

bens. „ Quis hoc crederet , ut post mortem secundi vi-
ri in femetipsam reversa . . . saccum indueret , errorem pu-
blice fateretur , & tota urbe Romana spectante , ante di-
em Paschæ , in basilica quondam Laterani , qui Cæfaria-
no truncatus est gladio , in ordine pœnitentium , Episco-
po , Presbyteris , & omni populo collachrymantibus , spar-
sum crinem , ora lurida , squallidas manus , fordida col-
la submitteret ? Quæ peccata fletus iste non purget ? . . .
Non est confusa Dominum in terris , & ille eam non
confundet in Cœlo . Aperuit cunctis vulnus suum , & de-
colorem in corpore cicatricem flens Roma conspexit .
Dissuta habuit latera , nudum caput , clausum os . Non
est ingressa Ecclesiam Domini , sed extra castra cum Ma-
ria sorore Moysis consedit : ut quam Sacerdos ejecerat ,
ipse revocaret . Faciem , per quam secundo viro placue-
rat , verberabat ; oderat gemmas , ornamenta fugiebat :
sic dolebat , quasi adulterium commisisset , & multis im-
pendiis medicaminum , vulnus unum sanare cupiebat . „

Fletum sequebatur Auditio , locusque eam obeunti-
um erat vestibulum , seu pars ultima navis templi , a Græ-
cis *ναοῦ θησαυροῦ* dicta , & a reliquo templi corpore tabulis vel
cancellis distincta : quo catechumeni etiam , schismatici ,
hæretici , judæi , ac gentiles ipsi admittebantur , juxta
Concilii Carthag. quarti canonem 84. „ Episcopus nul-
lum prohibeat ingredi Ecclesiam , & audire verbum Dei ,
sive gentilem , sive hæreticum , sive judæum , usque ad
missam catechumenorum „ Unde qui hanc pœnitentiæ
stationem obibant , perinde ac exortes Religionis Christi
tractabantur , nulla re alia eis imperata , quam ut Psalmo-
rum cantum , literarum sacrarum lectionem , & Episcopo-
rum sermones sedulo audirent : quo reversi in se de pa-

tratis criminibus intime compungerentur , firmumque e-
mendationis , ac satisfactionis propositum conciperent . Qui
tamen ex hac pœnitentiam classe ad ulteriorem , præsertim
ante tempus statutum promoveri cupiebant , assumptis ul-
tro laboriosis operibus veræ conversionis indicia præbere
decebant , teste S. Basilio laudata sape Ep. Can. 75. , si-
quidem illam cum lachrymis exquisivit , & Domino cum
cordis contritione , ac valida humiliatione supplex proci-
dit , detur ei substratio . , Porro finito Episcopi sermo-
ne Audientes pellebantur ex Ecclesia , ne quidem preci-
bus super catechumenos fieri solitis interesse permisso . Ita
enim Concil. Herdense can. 4. , De his , qui se incestus
pollutione commaculant , placuit , ut .. usque ad missam ca-
techumenorum tantum in Ecclesia admittantur . , Et S.
Gregor. Nyss. Ep. ad Letoj. Mitylenes Episcopum , cæ-
des inquit , in triplicatum tempus extenditur iis , qui per
conversionem voluntario facinori remedium afferunt . Ter
novem enim sunt anni , novennario annorum numero in uno
quoque gradu præfinito : adeo ut in perfecta quidem se-
gregatione (inter Flentis) novem annorum tempore ver-
setur ab Ecclesia prohibitus ; alios totidem annos in Au-
ditione permaneat , sola Doctorum & Scripturarum audi-
tione dignus habitus : in tertio novenario cum substratio-
ne oret ; sicque perveniat ad Communionem Sacramenti . ,
Tertia & omnium laboriosissima pœnitentia solemnis
statio Substratio fuit ; cuius exercitationes S. Pacianus
Barcinonensis secul. IV. Episcopus Parænesi ad pœnit. se-
gniores quosdam objurgans sic describit . , Ne hæc qui-
dem , quæ videri a Sacerdote possunt , quotidiana serva-
mus , flere in conspectu Ecclesiae , perditam vitam fordi-
da ueste lugere , jejunaare , orare , provolvi . Si quis ad
bal-

balneum vocet, recusare delicias: Si quis ad convivium roget, dicere: Ita felicibus; ego deliqui in Dominum, & periclitior in aeternum perire. Quo mihi epulas, qui Dominum læsi. Tenere præterea pauperum manus, vi-duas obsecrare, Presbyteris advolvi, exoratricem Ecclesiæ deprecari. Scio quosdam ex fratribus, & sororibus vestris, qui non tam gravia peccaverunt, cilicio pectus involvere, cineri incubare, jejunia sera meditari. „ Locus hanc stationem obeuntibus erat in navi templi inter fideles reliquos, & Audientes medius: quo synaxibus singularis conveniebant substrati, & post dimissos catechumenos, Episcopus, ac Presbyteri eis manus præsertim Quadragesimæ tempore imponebant, juxta sanctionem Concilii Carthag. IV. can. 80. „ Omni tempore jejunii manus penitentibus a Sacerdotibus imponantur. „ Idque cum multis precibus misericordiam Dei implorantibus. „ Quid est enim aliud manus impositio, quam oratio super hominem? ait S. Augustinus l. 3. de Baptis. contra Donat. Atque his peractis dimittebantur itidem ex Ecclesia, ceu nondum digni, qui mysteriorum celebrationi interessent. Ita præcipit Concilium Laodic. Can. 19. „ Post allocutiones Episcoporum, oportet primum super catechumenos orationes celebrari; & postquam catechumi egressi fuerint, super eos, qui sunt in penitentia, precem fieri: his etiam accendentibus ad manum Sacerdotis, & discedentibus, tres orationes consummari fidelium.. Et posteaquam dederit Episcopus Presbyteris osculum pacis, tunc laici sibi tribuent: & ita sancta celebrabitur Oblatio. „

Quarta denique penitentie solemnis statio vocabatur consistentia: quia in ea positis licebat toto Divinorum mysteriorum tempore in templo consistere, non tamen

panem, & vinum cum fidelibus aliis ad ea celebranda offerre, nec de Eucharistia participare. Unde Consistentes dicebantur *fidelibus sola oratione jungi, & communicare precibus sine oblatione.* Quo sensu Concilium Ancyrr. can. 5. „ Cum inquit, duobus annis supplices substratiique fuerint, tertio anno communicent sine oblatione; ut id quod perfectum est, trienio (exacto) accipient. „ Et S. Felix III. Papa Ep. 7. „ Duobus annis oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo secularibus in oratione socientur. „ Locus stationem hanc obeuntium proximus erat fidelibus conjugatis; referebantur autem in illam non solum, qui alios penitentiæ gradus cum laude percurrerant, sed interdum etiam, qui levius aliquid dignum tamen castigatione publica perpetravissent. Ita Concilium Eliberit. aleatores ad unius anni Consistentiam damnat can. 79. „ Si quis fidelis a lea luserit, placuit eum abstinere; & si emendatus cessaverit, post annum poterit communioni reconciliari. „ Nonnunquam etiam qui delicta gravia sponte & cum magna contritione confessi erant, lessisque ultro satisfecerant: ut docet Thaumaturgus noster Can. 9. & S. Basilius Ep. 1. ad Amphiloch. Can. 61. „ Qui furatus est, si sponte penitentia motus seipsum accusaverit, per annum a sola Sacramentorum Communione arcebatur; si autem convictus fuerit, per annos duos, divideturque illi hoc tempus in Substrationem, & Consistentiam. „ Mulieres item conjugalis thori fidem violantes: de quibus S. Basilius laudata nunc Ep. Can. 34. „ Adulterio pollutas mulieres, & confitentes ob pietatem, vel quomodo cunque convictas, publicare quidem Patres nostri prohibuerunt, ne convictis mortis causam praebamus; (cum adultera Jure Romano caput

put perdat) stare autem illas sine communione jussérunt, donec impleretur tempus pœnitentiæ. „ Denique ii etiam, qui post actam semel pœnitentiam publicam, in eadem, vel graviora crimina relapsi erant. „ Quorum professam incontinentiam, ait S. Siricius Papa Ep. ad Himerium, generati post absolutionem filii prodiderunt, quia jam suffugium non habent pœnitendi (solemniter) id duximus decernendum, ut sola intra Ecclesiam oratione fidelibus jungantur, sacra Mysteriorum celebrationi, quamvis non mereantur, intersint; a Dominicæ autem mensæ convivio segregentur: ut hac saltem distinctione correpti, & ipsi in se sua errata castigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obsecenis cupiditatibus retrahantur. „

Tempus, quod in his pœnitentiæ stationibus insummendum erat, a gravitate criminum, fervore pœnitentium, & Episcoporum arbitrio pendebat. Nam pro fornicatione S. Gregorius Niſſ. Ep. ad Letoj. novem annorum pœnitentiam dictat, pro adulterio, & gravioribus luxuriæ speciebus annorum XVIII. „ Est inquit, Canon hujusmodi, ut qui fornicatione polluti sunt, in tribus annis ab Oratione omnino expellantur; in tribus sint solius auditionis participes; in tribus autem aliis cum iis, qui in conversione substernuntur, precentur; & tunc sint Sacramentorum participes. Quæ autem in adulterio, & in reliquis immunditiæ generibus sit iniquitas; eodem iudicio punietur, quo fornicationis scelus, sed tempore duplicabitur. „ Pro homicidio idem S. Pater ut jam vidi mus, XXVII. annos, Basilius vero XX. alii pauciores etiam annos pœnitere jubent. De ipsorum autem pœnitentium fervore ita saepè laudatus Nyſſenus. „ In iis, qui diligentiore conversione usi fuerint, & vita ipsa ostenderint,

rint, se ad bonum regressos esse, licebit ei, qui præfet, pro Ecclesiasticae oeconomia utilitate tempus Auditionis contrahere, & celerius ad conversionem (seu Substracionem) deducere; & rursus hujus quoque tempus diminuere, & celerius reddere communionem. Quemadmodum enim porcis margaritas projicere est vetitum; ita & preiosa margarita privare eum, qui jam per alienationem a vicio & purgationem homo est factus, absurdum est. ,,

Crimina pœnitentiae huic obnoxia primis seculis erant duntaxat, idolatria, homicidium, & mœchia, ut docet Tertullianus 1. de Pudicit. c. 5. ubi ait: „Adsistit idololatra, adsistit homicida, in medio eorum adsistit & mœchus; pariter de pœnitentiae officio sedent in sacco, & cinere inhorrescunt; eodem fletu gemiscunt, eisdem precibus ambiunt, eisdem genibus exorant, eandem invocant matrem. „ Lapsu temporum complura per canones sunt adjecta, puta sacrilegium, polygamia, furtum, falsum testimonium &c. Ita enim Concilium Eliber. can. 48. „ Falsus testis, si crimen non fuerit mortale (seu capitale) quod objecit, biennii tempore abstineatur; si autem non probaverit conventui Clericorum, placuit per quinquennium abstineri. „ S. Basilius Ep. 1. ad Amphiloch. can. 80. „ Patres polygamiam silentio præterierunt.. nobis autem probatur majus esse fornicatione peccatum, & ideo consentaneum est, ut ii canonibus subjiciantur, scilicet ut postquam anno fleverint, & tribus substrati fuerint, suscipiantur. „ Et S. Augustinus homil. 27. inter 50. Est inquit, pœnitentia gravior atque luctuosior, quam qui agunt, proprie vocantur in Ecclesia pœnitentes ... Adulterium forte commissum est, forte homicidium, forte aliquod sacrilegium; grave vulnus, lethale, mortiferum,

sed

sed omnipotens medicus. „ At neque hæc scelera ex præscripto Canonum per solemnam pœnitentiam expiari debebant , nisi cum in externo Ecclesiæ foro probata , aut a reis ipsis publice confessa erant. Ita rursum S. Augustinus homil. ult. inter 50. „ Nemo arbitretur fratres , propterea se consilium salutiferæ hujus debere pœnitentiæ contemnere , quia multos forte advertit , & novit ad Sacraenta Altaris accedere , quorum talia Crimina non ignorat. Multi enim corriguntur ut Petrus (per secretam pœnitentiam) multi tolerantur , ut Judas : multi nesciuntur , donec veniat Dominus , qui illuminabit abscondita tenebrarum , & manifestabit consilia cordium. Nam plerique propterea nolunt alios accusare , quia per illos se cupiunt excusare ; plerique etiam boni Christiani propterea tacent , & sufferunt aliena peccata , quæ uoverunt , quia documentis deseruntur , & ea quæ ipsi sciunt , Judicibus Ecclesiasticis probare non possunt . Nos vero a communione prohibere non possumus , quamvis hæc prohibitio nondum sit mortalis , sed medicinalis , nisi aut sponte confessum , aut in aliquo seculari , sive Ecclesiastico judicio nominatum atque convictum. „ Voluntarie tamen ex consilio Sacerdotis nonnunquam etiam pro occultis peccatis publica agebatur pœnitentia , ut loco nunc laudato subdit S. Doctor. „ Judicet seipsum homo . & cum in se protulerit severissimæ medicinæ sententiam , veniat ad Antistites , per quos illi claves in Ecclesia ministrantur . A præpositis sacrorum accipiat Satisfactionis suæ modum , & in offerendo Sacrificio cordis contribulati devotus & supplex id agat , quod non solum illi profit ad recipiendam salutem , sed etiam cæteris ad exemplum ; ut si peccatum ejus non solum in gravi e-
jus

ius malo , sed etiam in scandalo est aliorum , atque hoc expedire utilitati Ecclesiae videtur Antistiti , in notitia multorum , vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recuset . „ Verum postea S. Leo Papa vetuit , ne peccata secreto confessa , palam & singillatim evulgenter , etiam si rei illorum pœnitentiam publicam agere velint . „ Illam etiam , scribit Ep. 50. ad Episcopos Campanie , contra regulam Apostolicam præsumptionem , quam nuper agnovi a quibusdam illicita usurpatione committi , modis omnibus constituo submoveri , de Pœnitentia videlicet , quæ ita [a fidelibus postulatur , ut de singulorum peccatorum genere libellis scripta confessio publice recitetur : Cum reatus conscientiarum sufficiat solis Sacerdotibus indicari confessione secreta . „

Porro non pluries quam semel in vita solemnis hæc pœnitentia concedebatur , ut docet S. Ambrosius 1. 2. de Pœnit. c. 10. „ sicut unum baptisma , ita una pœnitentia , quæ tamen publice agitur . „ Et S. Augustinus Ep. 54. ad Maced. „ Caute salubriterque provisum est , ut locus illius humillimæ pœnitentie semel in Ecclesia concedatur ; ne medicina viliis minus utilis esset ægrotis . „ Comitabatur autem actionem illius irregularitas , seu inhabilitas ad ordines sacros , ita statuente Concilio Carthag. IV. an. CCCXCVIII. can. 68. „ Ex pœnitentibus , quamvis sit bonus , Clericus non ordinetur ; si per ignorantiam Episcopi factum sit , deponatur a Clero , quia se ordinatio- nis tempore non prodidit fuisse pœnitentem . „ Sanctio- nem tamen hanc mitigavit , vel explicitum Concilium Tole- tan. IV. an. CDXXXIII. can. 54. „ Hi inquit , qui in discrimine constituti pœnitentiam accipiunt , nulla manife- sta scelera confitentes , sed tantum peccatores se prædi-

cantes , si revaluerint , possunt pro morum probitate etiam ad gradus Ecclesiasticos pervenire. Qui vero ita pœnitentiam accipiunt , ut aliquod mortale peccatum perpetrasse publice fateantur , ad Clerum , vel ad honores Ecclesiasticos pervenire nullatenus poterunt : quia se confessione propria notaverunt . „ Ali quando etiam pœnitentia hac perfuncti prohibebantur militare , & matrimonium inire. Ita Concilium Arelatense II. an. CDLIII. can. 21. „ Pœnitentes , quæ defuncto viro alii nubere præsumperint , vel interdicta familiaritate cum extraneo vixerint , cum eodem ab Ecclesiæ limibus arceantur. Hoc etiam de viro in pœnitentia posito placuit observari. „ Et Coneil. Aurelianense III. an. DXL. can. 24. „ Si quis pœnitentiæ benedictione susceppta , ad secularem habitum , militiamque reverti præsumperit , viatico concessio ad exitum , excommunicatione plegetatur: „ Mitius tamen S. Augustinus Serm. 58. de Temp. „ Forte est aliquid , qui dicat , Ego in militia positus sum , uxorem habeo , & ideo pœnitentiam agere quomodo possum ? Quasi nos quando pœnitentiam suademus , hoc dicamus , ut unusquisque magis sibi capillos studeat auferre , & non peccata dimittere , & vestimenta potius evellat , quam mores ?

Circa annum Chr. CCCLXXXIX Constantinopoli quiddam accidit , unde pœnitentialis disciplina non modicum damni passa est. Cum enim nobilis quædam matrona pœnitentiam solemnem ageret , inter alia publice confessa est se cum Diacono in Ecclesia ipsa mœchatam esse. Unde cum scandalum ingens , populique adversus Clerum murmur ortum esset , Nectarius Episcopus ut ei mederetur , fiadente Eudæmone Presbytero , munus Pœnitentiarii

Presbyteri , qui scilicet publicis pœnitentium confessio-
nibus excipiendis præfectus erat , abrogandum omnino cen-
suit , fidelium arbitrio relinquens , ut vel commissa per secretam
pœnitentiam expiarent , vel si puros se a peccato gravi puta-
rent , etiam sine Confessione ad Eucharistię Communionem ac-
cederent : ut Socrates l. 5. Hist. Eccl. c. 19. & Sozo-
menus l. 7. c. 16. scribit . Quo facto solemnis pœnitentia
apud Græcos magnis passibus in desuetudinem abire
cœpit : quamvis nonnulla ejus vestigia non solum apud S.
Chrysostomum Nectarii in sede constantinopolitana succe-
sorem , sed etiam longe post in Synodo Quinisepta occur-
rant . Ita enim synodi hujus Patres can. 87. „ Is , qui
legitime sibi datam uxorem relinquit , & aliam dicit , ex
Domini sententia est adulterii judicio obnoxius . A pa-
tribus enim nostris statutum est , ut qui sunt ejusmodi an-
num defleant , biennio audiant , triennio substernantur , se-
ptimo anno cum fidelibus consistant ; & sic oblatione di-
gni habeantur , si cum lachrymis pœnitentiam egerint . „

Apud Latinos post sextum Æræ Christianæ seculum
modo una , modo alia Pœnitentiæ solemnis statio præter-
mitti cœpit . Nam in collectione canonum ex conciliis a
S. Bonifacio Moguntino Archiepiscopo celebratis , & a
S. Zacharia Papa an. DCCXLII. confirmatis omittitur
fere , vel cum Auditione confunditur Fletus , ut videre
licet tit. 1. c. 17. ubi hæc fanciuntur : „ Qui pœni-
tentiam publice gerunt , debent unum annum esse cum ci-
licio inter Audientes , vel usque ad magnum diem (Cœ-
næ Domini) & a populo , quando intrat in Ecclesiam ,
perfusi lachrymis véniam postulare , precarie , ut pro
eis dignentur orare . Tribus vero annis subjaceant mani-
bus Sacerdotum , in loco retro ostium Ecclesiæ pœnitenti-
bus

bus constituto, intra tamen ipsam Ecclesiam.. Duobus etiam annis oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed populo tantummodo oratione socientur, ut perfectionem septimo in Cœna Domini consequantur anno., In Epistolis vero S. Nicolai I. Papæ, qui ab anno DCCCLVIII. ad DCCCLXVII. sedit, nulla substrationis fit mentio. Ita enim ad Hincmerum Remensem Archiepiscopum, de quodam ejus Diœcesano Eriarth nomine, Monachi Presbyteri interfectori scribit. „ Injunximus ei, ut 12. annorum meta terminum pœnitentiæ includeret. Quorum tribus prioribus annis ante fores Ecclesiæ lugendo, & singultus edendo misericordiam a Domino consequi procuret. Quarto deinde & quinto inter Auditores Omnipotentem exorare studeat, absque Corporis & Sanguinis Domini susceptione. Residuis septem annorum curriculis communionem Dominici Sacramenti suscipere ei liceat celebrimis festivitatum diebus, oblationes nullatenus offerendo. Verumtamen omnibus prædictis temporibus, exceptis festivitatum æibus, & Resurrectione Domini (id est toto Paschali tempore) continue quadragesimali more usque ad vesperam jejonus perseveret, & si habuerit iter, nullo vehiculo ducatur, sed pedestri itinere utatur. „ Et Ep. ad Rivoladrum de Wimaro filiorum interfectori. „ statutum est, ut triennio ante fores Ecclesiæ pro peccatis suis oratus confestat, & deinde inter Auditores permaneat quadriennio; ut VII. annorum curricula absque communione Dominici Corporis, & Sanguinis ducat. Ita quidem, ut omnibus diebus vitæ suæ carnem non manducet, & in illo septennio vinum non summat, nisi diebus Dominicis, & festivitatum. Abinde quinquennio tribus die-

bus per septimanam a vino abstineat.. Liceat ei uxorem propriam non deserere , ne forte incidat in adulterium. Concessimus ei etiam calceatum ad vos pervenire , ac deinde triennio discalceatum ire debere.. Permittimus eum caseum summere , & possessionem suam habere.. arma autem nisi contra paganos non ferat. ,,

Post nonum Ecclesie seculum ex solemnis Pœnitentiae stationibus sola fere consistentia in usu mansit , aliarum loco pœnis gravibus substitutis. Documento sit Concilium Mogunt. sec. X. celebratum , quod apud Reginonem l. 2. c. 201. de incestus , & homicidii reo ita statuit. „ Abstineat se ab ingressu domus Dei annum unum , & eodem anno nisi Dominicis & festis diebus , solummodo pane , sale , & aqua utatur. Arma non ferat ; osculum nulli præbeat , Eucharistiam nisi pro viatico minime summat. Sex deinde annis ingrediatur quidem domum Domini , sed carnis , vino , & sicera minime utatur , nisi festis diebus. Postea duobus annis quando carne vescitur , a potu omni , qui inebriare potest , se contineat , & si biberit , carne minime vescatur. Inde usque ad obitum tres ferias in hebdomada , & tres quadragesimas in anno legitime custodiat , & nunquam conjugio copuletur. „ Seculo vero XI. Alexander II. Papa Ep. ad Clerum Vulturensem de Presbyteri imperfectore hæc scribit. „ Pœnitens præsentium portitor ad nos veniens retulit , se instigatu diaboli quandam Presbyterum armatum super se irruentem occidisse , unde quia in Canonibus habetur , pro imperfectione armati Presbyteri simplicem pœnitentiam esse dandam ; injunximus ei pœnitentiam decem annorum , ita ut hinc usque ad Pascha jejunet tribus diebus per septimanam in pane , & aqua , & non utatur calceamentis , neque

lino. Ab octava Pentecostes usque ad festivitatem S. Martini, jejunet duobus diebus per septimanam. A festivitate S. Martini usque ad Natalem Domini, aut faciat carcerem, jejunans quotidie in pane & aqua, aut eat exul (seu peregrinetur) & jejunet tribus diebus in pane & aqua. Ab octava Epiphaniæ usque ad Quadragesimam jejunet duobus diebus, & in Quadragesima tribus, in pane & aqua: & hæc faciat ad annos quinque. Ab ingressu autem Ecclesiæ, & Communione Septem annos abstineat. „

Potissimum autem his temporibus agebatur pœnitentia quædam publica per Quadragesimam, de qua vetus Sacramentarium Romanum sub titulo: „Ordo agentibus pœnitentiam publicam. Suscipis eum quarta feria mane in capite Quadragesimæ, & cooperis cilicio, & includis usque in cœnam Domini. „ Et Pontificale Tolosanum. „ Includitur pœnitens in loco secreto (quem Alexander II. loco nunc allato carcerem vocat) usque in cœnam Domini, deputato sibi idoneo teste, qui sollicite inspiciat inflantiam devotionis ejus, macerationem corporis, & super omnia desiderium emendandæ prioris vitæ. „ Ritum hujus Pœnitentiæ Pontificale Romanum pag. 543. & seqv. sic describit. „ Pœnitentes, quibus secundum Ius pro gravieribus criminibus solemnis pœnitentia est imponenda, hac die (id est feria IV. Cinerum) hora quasi tertia conveniunt ad Ecclesiam Cathedralem, in vilibus vestimentis, nudis pœdibus, & vultibus ad terram demissis, quorum nomina scribi debent, accipientes pœnitentiam juxta modum culpæ... Pontifex interim violaceis indutus.. cum ministris, schola, & toto Clero, Cruce, aqua benedicta, & duabus cercis præcedentibus, egreditur chorum circa me-

dium Ecclesiae. Tum Clerus dividitur per duos choros.. pœnitentes vero prosternunt se cum lachrymis in Ecclesiae pavimento. Pontifex autem sedens cum mitra, imponit cineres super capita singulorum dicens: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris*, & unus ex Canonicis aspergit eos aqua benedicta. Postea Pontifex stans deposita mitra, benedit cilicia.. illisque capita pœnitentium cooperit, dicens: *Apud Dominum misericordia est, & apud Deum redemptio: ita enim lapsi hominibus subvenit, non solum per Baptismi, & Confirmacionis gratiam, sed etiam per Pœnitentiae medicinam, ut spiritus humanus vita reparetur aeterna.* His dictis recitantur septem Psalmi pœnitentiales, & Litaniæ OO. SS. Pontifice quatuor orationes addente. Dein surgunt pœnitentes, & Pontifex facit ad eos sermonem, ostendens qualiter Adam propter peccatum ejectus est de paradyso.. & qualiter ejus exemplo ipsi de Ecclesia ad tempus ejiciendi sint. **Quo facto accipit unum ex eis per dextram manum, & omne santi similiter se manibus tenentes, & candelas accensas habentes, subsequuntur eum; atque ita eos ejicit de Ecclesia cum lachrymis dicens:** *Ecce ejicimini vos hodie et in liminis Sanctæ matris Ecclesiae, propter peccata, & scelerata vestra; sicut Adam primus homo ejectus est de Paradyso propter transgressionem suam.. Sic ejecitos, & ante valvas Ecclesiae genibus flexis gemendo manentes, Pontifex in limine ostii stans moneat, quod de Domini misericordia non desperent, sed jejuniis, orationibus, eleemosynis, & aliis bonis operibus invigilent.. & mox ipso cum processione redeunte, valvae Ecclesiae ante oculos eorum claudantur. ,,*

**Reconciliatio eorundem pœnitentium fiebat in Cœna-
Do-**

Domini: ritus vero illius juxta laudatum Pontificale pag.
550. & seqv. hi ferè erant. „ I. Pontifex induitus ami-
ctu, alba, stola, pluviali coloris violacei, mitra simplici,
& baculo Pastorali; ministris etiam paratis, & quatuor
subdiaconis, unoque Diacono de antiquioribus induito fo-
lemniter, & Archidiacono cum amictu, alba, & stola si-
ne Dalmatica, prosternit se super faldistorium coram Alta-
ri, dicens cum præfatis ministris, & Clero Septem Psal-
mos pœnitentiales, & Litanias. Pœnitentes vero tunc an-
te fores Ecclesiæ, nudis pedibus in terram prostrati ma-
nent, tenentes cereos extinctos. II. Cum in Litanis di-
ctum fuerit: *Omnes SS. Patriarchæ & Prophetæ, orate pro
nobis;* Pontifex mittit ad pœnitentes duos subdiaconos cum
candelis accensis. Qui ubi ad portam venerint, stantes in
limine ostii ostendunt illis cereos ardentes, & dicunt:
*Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut
magis convertatur, & vivat.* Atqne hoc dicto extin-
quunt candelas, & redeunt ad locum suum. III. Cum in
Litanis ventum est ad verba illa: *Omnes SS. Martyres
orate pro nobis;* duo iterum subdiaconi ad eosdem pœni-
tentes mittuntur, idemque quod priores peragunt cantan-
tes: *Dicit Dominus, Pœnitentiam agite; appropinquavit e-
nim regnum cœlorum.* IV. Dum in Litanis dicitur, *Agnus
Dei,* Pontifex mittit senem Diaconum cum magno cereo
illuminato: qui in limine ostii cantat: *Levate capita ve-
stra, ecce appropinquat redemptio vestra.* Et tunc accen-
duntur candelæ pœnitentium ex illo cereo. V. finitis Li-
taniis Pontifex cum Clero, Cruce, thuribulo, cereis va-
dit ad medium Ecclesiæ, & illic confidet versus ostium,
clericis utrinque stantibus. Archidiaconus vero ad limen
ostii procedit, & indicto pœnitentibus silentio, eos Pon-
tifi-

tifici commendat , dicens : *Adest o venerabilis Pontifex , tempus acceptum , Dies propitiationis Divinæ , & salutis humanæ &c.* Quibus dictis , Pontifex cum ministris accedit ad ostium Ecclesiaz , brevique allocutione præmissa , ter cantando dicit : *Venite filii , audite me ; timorem Domini docebo vos.* Diaconus vero ter itidem repetit : *Flectamus genua ; Et Levate.* VI. Pontifex regreditur in Ecclesiam , & Archidiaconus ad pœnitentes ait : *Accedite ad eum , & illuminamini , & facies vestrae non confundentur.* Atque hoc dicto illi quoque intrantes Ecclesiam corruunt ad pedes Pontificis , & prostrati ac flentes jacent , dum Psalmus *Benedicam Dominum decantetur.* Eo finito Archipresbyter apud Pontificem pro pœnitentibus perorat dicens : *Re-dintegra in eis Apostolice Pontifex , quidquid diabolo sua-dente corruptum est , & orationum tuarum patracinanibus meritis , per Divinæ reconciliationis gratiam fac homines proximos Deo &c.* VII. Pontifex ex Archipresbytero quaerit : *Seis illos reconciliatione dignos ?* illoque affirmante , Diaconus ad pœnitentes ait : *Levate.* Et posteaquam consurrexerunt , Pontifex accipit unum per manum , omnibus aliis similiter sese per manus tenentibus ; deducitque eos ad Ecclesiaz medium , dicens interim tres ex Psalmo quinquagesimo versiculos , cum Antiphona : *Dico vobis , gaudi-um est Angelis Dei super peccatore pœnitentiam agente.* VIII. In medio Ecclesiaz genuflectunt pœnitentes ; Pontifex autem stans versus illos dicit : *Oportet te fili gaude-re &c.* addita oratione una , & Præfatione bene longa . Tum eo super faldistorium , & Clero , ac populo super terram prostrato , canitur Antiphona : *Cor mundum crea in me Deus ; & Psalmi tres.* Iisque finitis Pontifex consurgens , super pœnitentes recitat versiculos quosdam , cum

ora-

orationibus septem : quarum ultimæ præfigitur titulus : *Absolutio*. Mox aspergit illos aqua benedicta , thurificat , & datis ad placitum indulgentiis , duas adhuc oratiunculas cum benedictione adjicit . Atque his peractis , crines , & barbam , quam nutrierant , pœnitentes deponunt , vestibusque pœnitentialibus dimissis , se cultioribus & mundioribus induunt . ,

Duodecimo Ecclesiæ seculo descripta haec tenus Pœnitentia publica in desuetudinem abiisse penitus videtur . Cum enim pœnae criminum a veteribus synodis , & Patribus sanctitate plerisque jam graves nimium , & intolerabiles viderentur , invaluit sensim mos eas vel erogata in pauperes pecunia , vel Psalmodia , vel procuratis Missæ sacrificiis , vel denique spontanea corporis flagellatione redimendi . Qua de re vetus Pontificale apud Morimum de Administr. sacram. Pœnit. l. 10. c. 16. ita habet . „ Quisque poterit unius diei jejunium unico denario (pauperibus dato) vel CXX. Psalmis redimere . Potest etiam XII. mensium jejunium XXX. solidis redimere , vel unum ex captivis liberando tanti æstimatum . Septenne jejunium potest quis in anno uno absolvere , si quotidie cantaverit Psalterium totum . Unica etiam Missa potest exolvere XII. dierum jejunium , & cum X. Missis exolvitur IV. mensium jejunium , & cum XXX. Missis potest exolvere totius anni jejunium ; si voluerit vero Dei amore pro seipso precari , & peccata sua suo confiteri Sacerdoti . , Et sane necessaria sæpe hæc redemptio fuit , posteaquam pœnitentia tempsus aliter atque olim putari cœpit . Veteres enim quævis plurium annorum pœnas gravioribus criminibus imposuerint , si quis tamen plura id genus criminis perpetrasset , pœnitentiam pro eorum numero non multiplicabant , sed summum ad aliquam pœnitentia stationem tota vita obtinendam peccatorem condemnabant .

At labente seculo XI. statutæ a Canonibus pœnæ juxta species, & numerum criminum a pœnitente patratorum, in summam colligi, pœnitentiaque huic summæ accommodari cœpit. Unde cum pro homicidio juxta mitiores Canones pœnitentia agenda præscribatur annis decem, & pro adulterio annis septem: si quis hac ætate homicidium ter, & adulterium septies commisisset, ei non jam XVII. sed omnino centum annorum pœnitentia, quodque sequitur eam magna parte redimendi necessitas injungebatur. Docet id S. Petrus Damiani, qui post medium sec. XI. floruit, l. de Perfectione Monach. c. 6. ubi de peccatore quodam ait. „ Debebatur illi septuaginta , si recte teneo , annorum pœnitentia; sicut nobis ex sacrorum Canonum sententia videbatur. „ Et in Vita S. Rodulphi Episcopi Eugubini , ac S. Dominici Loricati Eremitæ , c. 3. de Rodulpho scribit: „ sæpe pœnitentiam centum annorum suscipiebat , quam per XX. dies allisione scoparum , cæterisque pœnitentia remediis persolvebat. „ De Dominico vero c. 7. „ Quadragesimalibus curriculis , sive cum pœnitentiam peragendam habet (crebro enim centum annorum pœnitentiam suscipit) tunc per dies singulos , dum se scoparum tensionibus afficit , ut minus tria Psalteria meditando persolvit. Centum autem annorum pœnitentia , sicut ipso auctore didicimus , sic expletur. Cum tria scoparum millia unum Pœnitentia annum regulariter apud nos expleant ; decem autem Psalmorum meditatio , ut sæpe probatum est , mille scopas admittat ; dum CL. Psalmis constare Psalterium non ambigitur , quinque annorum pœnitentia in unius Psalterii disciplina recte supputantibus invenitur. Sed sive quinque vices ducas , sive viginti

quin-

quinquies , centum faciunt : consequitur ergo , ut qui XX. Psalteria cum disciplina decantat , centum annorum pœnitentiam se peregisse confidat ... Memini quoque , quia cujusdam Quadragesimæ initio mille annos imponi sibi per nos in pœnitentiam petiit ; quos omnes ferme , antequam jejunii tempus transigeretur , explevit . „ Atque hinc manarunt etiam Indulgencie illæ mille , decem , centum millium annorum . Nam quum juxta dictam suppunctandi methodum magnis , & diuturnis peccatoribus pœnitentia totidem annorum imponi sape debuerit , Indulgencie quoque tam amplæ concedi cœperunt : per quas scilicet ex meritis Christi , & SS. tantum pœnæ peccatis coram Deo debitæ remittebatur , quantum per pœnas canonicas pari annorum numero , & pœnitenti animo toleratas expunctum fuisset . Sed præcipua abrogandæ Pœnitentie publicæ occasio fuit bellum sacrum . Posteaquam enim Saraceni Jerosolymam cum Palæstina tota occuparunt , Romani Pontifices nihil se Deo gratius , & Ecclesiæ utilius præstituros existinabant , quam si Principes , & populum Christianum ad suscipiendum pro recuperanda illa bellum excitarent . Quia vero tam longinquum bellum cum immensos sumptus requirebat , tum innumera pericula , difficultatesque gravissimas secumferebat ; ut daturis in id nomina animos adderent , Indulgencias amplissimas ex Ecclesiæ thesauro concedendas , pœnasque omnes Canonicas pro quibusvis peccatis debitas in sacrum hoc bellum commutandas putaverunt . Ita Urbanus II. apud Gvilielm. Tyr. l. i. belli sacri , in Concilio Claromontano an. MXCVI ad fideles perorabat . „ Furta , incendia , rapiñas , homicidia , adulteria , & cætera , quæ qui agunt ,

regnum Dei non possidebunt, hoc Deo placito redimite obsequio; ut delictorum, quibus ad iracundiam Dominum provocasti, celerem indulgentiam, hæc vobis obtineant pietatis opera, & deprecatio collata Sanctorum. Moneamus igitur, & exhortamur in Domino, & in remissionem peccatorum injungimus, ut fratribus nostris, cœlestis regni cohæredibus.. qui Hierosolymis, & in finibus ejus habitant, afflictioni, & laboribus eorum compatientes succurratis, & insolentiam infidelium eis dominantium debita compescatis animadversione... Nos autem misericordia Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate confisi, fidelibus omnibus, qui contra illos arma suscepint, & onus hujus peregrinationis subiventerint, immensas pro suis delictis paenitentias relaxamus. Qui autem in vera paenitentia deceferint, & peccatorum indulgentiam, & æternæ mercedis fructum se non dubitent habituros. „ Hujusmodi itaque bella cum identidem primum in Terra sancta, dein etiam in Hispania, & Ungaria adversus Christiani nominis hostes gererentur, ad eaque magno undique numero confluenterent, qui paenitentia Canonicis obnoxii erant, hæc pariter, & paenitentia publica in dessuetudinem abiit, atque mitior sensim etiam in interno foro paenitentia disciplina est inducta. At de his satis

C A P U T V.

Panægyricus Sancti Gregorii.

Tertium ac postremum genuinis Thau-maturgi nostri Opusculis est Panægyricus Origenis. Tertium autem & postremum dico non ordine temporis, sed argumenti dignitate: nam tempore non solum Epistolam Canonicam, sed & Expositionem Fidei longe antecessit: cum lucubrationem illam laicus adhuc, has post adeptum Episcopatum ediderit. Est vero Panægyricus ille gratitudinis monumentum illustre, quo post institutionem quinquennii, debitas cum laude gratias Origeni persolvit Gregorius. Ac principio quidem Custodi Angelo grates refert, quod ejus ductu Cæsaream pervenerit, ut sub tam egregii Præceptoris disciplinam se daret.

„ Noster inquit, hic sermo sacro huic vi-ro, inter omnes mortales præstantissimo ~~χαρισμάτος~~ esto, & si quid porro de iis, qui non cernuntur, divinioribus, & hominum curam gerentibus loqui velim, huic etiam, qui me a puero, magno quodam

ju-

judicio regendum, educandumque fortitus est, facer Angelus Dei: 71.) qui cum in

71.) Beatos Angelos ad custodiam hominum deputari a Deo, cum innumera scripturæ oracula, tum SS. Patres unanimiter docent. Ita enim Genes. 48. v. 16. Jacob ad Josephi filios ajebat: *Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis.* Et Judith c. 13. v. 20. *Vivit Dominus, quoniam custodivit me Angelus ejus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde buc revertentem.* Pariter David Ps. 90. v. 11. *Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.* Christus ipse Matth. 18. v. 10. *Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est.* Et Apostolus Hebr. 1. v. 14. *Nonne omnes sunt administratiorum spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis?* &c. Ex Patribus S. Basilius l. 3. contra Eunom. „ Quod inquit, singulis fidelibus adsit Angelus, ut paedagogus quidam & pastor ad vitam dirigendam nemo contradicet, qui verborum Domini meminerit. „ S. Chrysostomus Homil. 60. in Matth. „ Manifestum est, quia omnes Sancti Angelos habeant. Apostolus etiam ait de muliere, quoniam velamen debeat habere propter Angelos; & Moyses, statuit, inquit, fines gentium secundum numerum Angelorum Dei. „ S. Hilarius Pictaviensis in Ps. 137. Scit enim sub specula Angelorum vitam omnem moresque agere, & ubique hæc Divinorum ministeriorum auxilia fidelibus cunctis assistere, sicut scriptum est: *Praeest Angelus*

in cæteris omnibus bonus semper nutritor

lus Domini in circuitu timentium eum. „ S. Augustinus 1.
11. de Civ. Dei c. 31. Sancti Angeli, ad quorum so-
cietatem & congregationem in hac peregrinatione labo-
riosissima suspiramus.. sine difficultate nos adjuvant, quo-
niam spiritualibus motibus puris & liberis non labo-
rant. „ Et S. Bernardus serm. 1. in fest. S. Micha-
el. „ Hic est funiculus triplex, quo de excelso cœlorum
habitaculo ad consolandos, ad visitandos, ad adjuvandos
nos attrahitur supereminens charitas Angelorum: propter
Deum, propter nos, propter seipso. Propter Deum u-
tique, cuius tanta erga nos misericordia viscera ipsi quo-
que imitantur; propter nos, in quibus propriam similitu-
dinem miserantur: propter seipso, quorum ordines instau-
randos ex nobis toto desiderio præstolantur &c. „ Quan-
quam autem Apostolus loco laudato videatur loqui de so-
lis prædestinatis ad æternam gloriam, & SS. Patres de
fidelibus; longe tamen verosimilius est non ad horum
tantum, sed & ad infideliū, ac reproborum custodiam
Sanctos Angelos deputari. Deus enim docente Apostolo
1. Timoth. 2. v. 3. *Vult omnes homines salvos fieri, &*
ad agnitionem veritatis venire; ac proinde neminem pror-
sus a generalibus consequendæ salutis mediis, inter quæ
est etiam Custodia Angelica, excludit. Neminem quo-
que pusillorum, quantumvis reproborum, aut infideliū
contemni vult Christus: & hi igitur custodes Angelos
habent, qui Dei faciem in Cœlis vident. Neque de-
sunt Patres, qui id doceant. Nam S. Hieronymus in c.
18. Matth. nulla prorsus restrictione addita ait: „ Ma-

gna

tor , & curator meus fuerit ... ut olim , ita nunc quoque me alit , erudit , ac manuducit ; tum præter alia omnia conjungi me cum hoc viro , quod omnium certe summum est , & versari cum eo fecit .. Divina vere sapientique providentia unum in locum perducens . ,

Primam deinde adolescentiam suam , & occasionem , qua ad Origenem una cum fratre perductus est , sic describit . „ Prima educatio ab ortu ipso sub parentum cura nobis fuit , & patrii mores erronei : a quibus liberatum iri me neque aliis opinor quisquam sperasset , neque mihi spes ulla erat , puero adhuc & rationis experti sub patre superstитioso . Secuta deinde est patris amissio , & orbitas : quæ mihi fortasse cognoscendi veri initium fuit . Tunc enim primum ad salvare verumque verbum transii , nescio quo

gna dignitas animarum , ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui Angelum deputatum . Et S. Thomas I. p. q. 113. a. 5. diserte docet reprobis etiam & infidelibus adeisse custodes Angelos , prodeesseque eis saltem eatenus , quatenus impediunt complura scelera , quibus majorem sibi damnationem accerferent .

quo pacto , coactus ne 72.) an volens:
quod

72.) „ Multa potest homo facere non volens , cre-
dere autem non potest nisi volens ; „ , ait S. Augustinus
Tract. 26. in Joan. Et l. i. ad Simplician. q. 2. „ Nec
credit aliquis , nisi libera voluntate. „ Quamvis enim Fi-
des non voluntatis , sed intellectus actus sit , in assensu
firmissimo propter Dei loquentis infallibilem auctoritatem
præstito consistens ; assensus tamen ille citra voluntatis im-
perium elici nequit , cum & auctoritas , & locutio ipsa
Dei non luculente ut in se est , sed in quibusdam tantum
iudiciis , & obscure a nobis cognoscatur. Voluntas autem
cum domina suorum sit actuum , ad volendum , nolendumve
quidpiam a nemine cogi potest. At cogi certe & com-
pelli homo potest , ut ad alios exteriores actus , ita & ad
doctrinam fidei audiendam , ad professionem ejus faciendam ,
& baptismo obsignandam. Deus tamen et si Evangelium
suum prædicari jusserrit omni creaturæ Marci 16. v. 15. ne-
minem eorum qui foris sunt , cogi & compelli vult ad
recipiendum illud , sed contentus est , si verbis , exem-
plis , miraculis , ab Apostolis suis suadeatur. Unde La-
etantius Firmianus l. 5. Divin. Instit. c. 19. post descri-
ptam Diocletiani persecutionem , exprobrans gentilibus ,
quod tormentis , non ratione idolomaniam suam promove-
re studeant , „ Quoniam inquit vi nihil possunt (au-
getur enim religio Dei , quanto magis premitur) ratione
potius & hortamentis agant. Procedant pontifices seu mi-
nores , seu maximi , flamines , augures , . quique sunt Sa-
cerdotes , & antistites religionum : convocent nos ad con-
cionem , cohortentur ad suscipiendos cultus deorum .. o-

quod enim judicium mihi erat quatuorde-
cim

stendant origines & initia sacrorum, quomodo sint mortali-
bus tradita .. quæ merces in cultu, quæ pena in con-
temptu maneat.. sicuti nos facimus. Non est opus vi &
injuria; quia religio cogi non potest. Verbis potius,
quam verberibus res agenda est, ut sit voluntas. Parati
sumus audire, si doceant, tacentibus nihil credimus, sicut
nec savientibus cedimus. Imitentur nos, & rei totius se-
riem exponant. Nos enim non illicimus, ut ipsi objectant,
sed docemus, probamus, ostendimus. Itaque nemo a no-
bis retinetur invitus: inutilis est enim Deo, qui devote-
ne, & fide caret. Et tamen nemo discedit ipsa veritate
retinente ... Sciant vel ex hoc ipso, quantum in-
tersit inter verum & falsum: quando ipsi quum sint elo-
quentes, persuadere non possunt; imperiti & rudes pos-
sunt, quia res ipsa, & veritas loquitur. „ Pariter S.
Gregorius M. l. 13. Ep. 12. ad Paschasi Episc. Nea-
pol. „ Qui sincera intentione extraneos a Christiana re-
ligione ad fidem rectam cupiunt adducere, blandimentis,
non asperitatibus debent studere. „ Et Innocentius III.
Cap. *Majores de Baptismo.* „ Religioni Christianæ est
contrarium, ut semper invitus, & penitus contradicens ad
recipiendam Christianitatem aliquis compellatur. „ Ali-
ter se res habet cum iis, qui Ecclesiam per baptismum
jam ingressi sunt. Hi enim cum ab Ecclesia ipsa, tum a
Principibus temporalibus per se loquendo compelli pos-
sunt, & debent ad retinendam, & observandam religionem Ca-
tholicam, vel si ab ea per hæresim se abjunixerint, re-
summendam. Docet id de potestate Ecclesiastica Innocen-
ti-

cim annos nato? . . Visum porro est ei,

A& & Scr. S. Greg. Neoces. Ep.

M quæ

tius III. l. 5. Decret. Tit. 9. c. 4. inquiens: „ Quos Christianæ Religioni liberæ voluntatis arbitrium obtulit, salutiferæ coactionis necessitas in ejus observatione conservet; cum minus malum existat, viam Domini non agnoscere, quam post agnitam retroire. „ Et Ianocentius IV. l. 3. Tit. 42. c. 3. „ Quia jam constat eos Sacramentis Divinis associatos, & Baptismi gratiam suscepisse, & Chrismate unctiones esse, & Corporis Domini extitisse participes, oportet etiam, ut fidem, quam necessitate (non absoluta sed evitabili) susceperunt, tenerè cogantur: ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. „ De Principibus secularibus S. Augustinus l. 2. contra Gaudentium Donatistam c. 26. ita scribit. „ Audite Prophetas sanctos, & Santos pescatores, & molestos non patiemini religiosissimos Reges. Jam enim & superius ostendi ad curam pertinuisse Regis, ut Ninivitæ Deum placarent, cuius iram Propheta annunciaverat. Quamdiu ergo vos non tenetis Ecclesiam, quam prænunciaverunt Prophetæ, Apostoli plantaverunt, tamdiu Reges, qui eam tenent, reflissime ad suam curam judicant pertinere, ne vos adversus eam rebellitis impune. „ Et l. 2. contra literas Petiliani Donatistarum c. 82. „ Ad fidem quidem inquit, nemo est congregandus invitus, sed per severitatem, imo & per misericordiam Dei, tribulationum flagellis solet perfidia castigari. Numquid quia mores optimi libertate voluntatis eleguntur, ideo mœres pessimi non legis integritate puniuntur? Sed tamen levivendi ultrix disciplina præpostera-

quæ sola ex parentibus superstes curam nostri gerebat, matri, ut aliis imbutus literis, quibus pueri solent non obscure nati, ad Rhetorem etiam accederem, tanquam Rhetor futurus. Et quidem frequentabamus, Rhetoresque nos brevi futuros dicebant, qui tum ista judicabant.. Sed pervigil ille Divinus pæda-

go-

ra est, nisi cum præcedens benevivendi doctrina contemnatur. Si quæ igitur adversus vos leges constitutæ sunt, non eis bene facere cogimini, sed male facere prohibe-
mini. Nam bene facere nemo potest, nisi elegerit, nisi amaverit, quod est in libera voluntate. Timor autem pœnarum et si nondum habet delectationem bonæ conscientiæ, saltem intra claustra cogitationis coercet malam cu-
piditatem. Qui tamen leges constituerunt, quibus vestra comprimatur audacia, nonne hi, de quibns dicit Aposto-
lus, quia *non sine causa gladium portant; ministri enim Dei sunt vindices in iram ei, qui male agit* Rom. 13. v
4. „Gregorius noster cum errores gentium duce supersti-
tioso patre se secutum fuisse innuat, post obitum ejus non coactus vi aliqua, neque minis impulsus, sed duntaxat exemplo, auctoritate & hortatu matris persuasus fuerit,
ut ad sacra Christiana transiret. Nihil enim de vi aut metu queritur, sed judicii tantum ad rem adeo gravem
deliberandam defectum commemorat, ob quem alieno du-
ctui se permiserit, cui & per leges in ætate tenera alio-
quin subjacebat.

gogus , verusque curator , nec me ipso desiderante adfuit , cuidam suggerens ex meis magistris , qui Romanam linguam 73.) docere me jussus erat , non ut ad summum ejus culmen pertingerem , sed ne rudis prorsus , ignarusque hujus linguae forem. Erat autem ille Legum non imperitus : Quare mihi auctor fuit , ut i-

M 2 pfo

73.) Quamvis Romani aucto late terra marique imperio , in concedendo alienigenis Civitatis suæ jure sat liberales fuerint , notitiam tamen linguae Romanæ ab adlectis civibus exigebant adeo , ut Claudius Cæsar teste Svetonio in ejus vita num. 16. „ Splendidum virum , Græciæque provinciæ principem , verum Latini sermonis ignarum , non modo albo judicum eraserit , sed etiam in peregrinitatem redegerit. „ Posteaquam Imperii sedes Constantinopoli constituta est , nonnihil quidem de severitate hac remisum , in aula tamen , tribunalibus , militia usus linguae Latinæ perseveravit pene usque ad finem seculi sexti: ut ex Rescriptis Imperatorum , Jurisque Romani sub Theodosio , & Justiniano collectionibus factis liquet. Quin S. Nicolaus I. Papa in literis ad Michaelem Imperatorem an.Chr. DCCCLXIII. scribit , hoc etiam tempore in Ecclesia Constantinopolitana Epistolam , & Evangelium Latine primum , ac deinde Græce legi consueuisse. Unde non mirum , quod Gregorius noster inter alios etiam Romani sermonis præceptor operam dederit , licet in media Græcia natus esset.

pfo docente Romanas leges addiscerem.
 Ac enixe quidem id agebat vir ille :
 ego vero parui potius gratificandi studio,
 quam quod artis ejus amator essem .
 Quiddam autem effatus est , quod mihi
 reipsa verissimum evasit : maximum scili-
 cet mihi subsidium , atque compendium ,
 seu Rhetor ex iis , qui in foro , & tribu-
 nalibus contendunt , seu aliis quis esse
 vellem , legum fore disciplinam . Post-
 quam ergo volens nolens his legibus eru-
 ditus fui , mox injectum est quasi vincu-
 lum quoddam , atque occasio ad has oras
 veniendi , 74.) Civitas Berytiorum , quæ non
 procul hinc (Cæsarea scilicet) sita est ,
 Romani Juris communis schola & audi-
 torium . Sacrum vero hunc virum ab A-
 gypto , & Alexandrinorum urbe , in qua
 domicilium prius habebat , in hunc lo-
 cum

74.) Berytus alia erat civitas Arabiæ , quæ & Dio-
 spolis dicebatur , alia Phœnices , quæ in ora Libano subje-
 cta jacebat . Hæc posterior ævo etiam Justiniani a Roma-
 narum legum scholis celebrabatur , nec admodum longe a
 Cæsarea Palæstina aberat : ac proinde de hac Thaumatur-
 gus loquitur .

cum veluti nobis occurfurum res aliæ trahabant. Neque ego sane horum causas reddere novi, libentiusque præteribo.

75.) Sed quo tandem modo concessum

M 3 est

75.) Origenem a Demetrio Episcopo Alexandria exactum esse consentiunt veteres; at de causis, quas hic præterit Gregorius, variare videntur. Eusebius l. 6. Hist. Eccl. c. 18. id solum in causa fuisse ait, quod ab alieno Episcopo, inscio proprio se in Presbyterum ordinari passus sit. „Origenes inquit, rogatus est ab Ecclesiis, quæ sunt apud Achajam, ut illuc pro convincendis hæreticis veniret. Quo cum pergeret, & iter necessario ageret per Palæstinam, Presbyter apud Cæsaream ab illius provinciæ Episcopis ordinatur. Pro hoc autem quæ adversus eum inhumanus livor accenderit, & rursus pro defensione ejus quæ gesserint hi, qui Ecclesiis præsidebant.. propriam quidem singula historiam requirunt; tamen & nos in secundo libro *τῆς ἀπολογίας* ex parte quadam perstrinximus, unde facilius cognoscere potest, qui scire desiderat. „Et in Apologia sua, Pamphilique Martyris nomine pro Origene scripta, apud Photium Cod. 118. „Cæterum hinc in Origenem excitatam omnem tempestatem commemorant. Demetrius Alexandriæ Praeful Origenem multum laudans in paucis charum habebat. At cum hic absque bona Episcopi venia Athenas profectus esset, Theotecnus Cæsareæ Palæstinæ tum Archiepiscopus, secus eum quam oportet, Presbyterum ordinavit, non improbante iactum Alexandro Hierosolymorum Episcopo. Hinc

est cum eo congregari? Affinem meum,
fo-

Demetrio amor in odium vertit, laudesque mox cum vi-
tuperatione commutatae. Synodus insuper Episcoporum &
Presbyterorum coacta contra Origenem: quæ decretum fe-
cit, Alexandria quidem pellendum Origenem, neque in ea
versari, aut docere permittendum, Sacerdotii tamen di-
gnitate nequaquam submovendum. Verum Demetrius una
cum Ægypti Episcopis aliquot Sacerdotio quoque illum
abjudicat, subscriptentibus etiam edicto huic, quotquot an-
te ei suffragati fuerant. Ita Alexandria in exilium pul-
sum Origenem Theotecnus Palæstinæ Episcopus Cæsareæ
degere jussit, & de superiore loco docendi potestatem
fecit. „ Idem inquit S. Hieronymus l. de Vir. illustr. in
ejuselogio. „ Origenes ait, qui & Adamantius, †decimo
Severi Pertinacis anno adversum Christianos persecu-
tione commota, a Leonide patre Christi martyrio coro-
nato, cum sex fratribus, & matre vidua, pauper relin-
quitur, annos natus circiter decem & septem. Rem e-
nim familiarem ob confessionem Christi fiscus occupaverat.
Hic Alexandriæ dispersa Ecclesia, decimoctavo atatis
suæ anno Κατηγόρων id est doctrinarum opus aggressus,
postea a Demetrio ejus urbis Episcopo, in locum Clemen-
tis Presbyteri confirmatus, per multos annos floruit. Cum
jam mediae esset atatis, & propter Ecclesias Achajæ,
quæ plurius heresisbus vexabantur, sub testimonio Eccle-
siastice epistole Athenas per Palæstinam pergeret, a Theo-
stisto & Alexandro Cæsareæ & Hierosolymorum Episco-
pis, Presbyter ordinatus Demetrii offendit animum: qui

tan-

fororis meæ virum Palæstinæ tum Præses
M 4 af-

tanta in eum debacchatus est infania, ut per totum mundum super nomine ejus scriberet &c. ,,

Alii non hac solum de causa, sed præcipue ob errores docendo, & scribendo sparsos, ejusdem Alexandria adjunt. Ita S. Petrus inueniente seculo IV. Alexandrinus Episcopus & Martyr, in Mystagogia, quam fecit ad Ecclesiæ, priusquam Maximini jussu capite truncaretur, & refert Justinianus Augustus in libello ad Mennam, inter Acta synodi V. oecumenicæ juxta edit. Parif. an. MDCCXIV. pag. 228. „ Quid dicam inquit, Heraclam & Demetrium beatos Episcopos, quales tentationes sustinuerunt ab insano Origene, cum ipse dissidia in Ecclesia sereret, quæ ad hanc usque diem ei turbas excitant? „ Luculentius synodica Episcoporum Ægypti, in eodem Justiniani libello relata, ubi pag. 263. haec leguntur. „ Hic de quo agitur, Origenes velut abominationis desolatio in medio vere Ecclesiæ extitit, ac Presbyter ordinatus a canonica, ab una, a vera manu, dignitatem Presbyterii solam, ac nudam habuit; quemadmodum & Apostolatus habuit honorem fur, ac proditor Judas. Is enim cum cœpisset blasphemias homilias habere, Heraclas beatæ memoriae tum Episcopus, ut studiosus veritatis arator, ac vimitor Ecclesiastici agri, cum e medio pulchræ, ac lætæ segetis evulsit, quod revera e malo zizanio esset. Quare hic e cœlo in terram decidens tanquam fulgur, sicut & pater ejus diabolus, multæ, atrocisque iracundiae adversus veritatem spirans, in Palestinam regionem navigavit, morsusque in Cœsariensem metropoli, cum personam, quam

assummens repente , solum & invitum a
con-

sibi induerat , deposuisset , seque aperuisset , velut piscis , qui sepia apud quosdam appellatur , atrum vitæ venenum evomens illic scriptis expressit , & sicut canpo Judaicus , boni specie ac simulatione dulci amarum miscuit . „ Idipsum S. Hieronymus Apol. 2. contra Rufin. probat ex Origenis ipsius epistola , paulo post discessum ad amicos Alexandrinos data : ubi cum „ Demetrium Alexandrinæ urbis Pontificem lacerat , & in totius orbis Episcopos & Clericos invehitur , frustraque ab Ecclesiis excommunicatum esse se dicit , tum hæc etiam scribit ; Quid necesse est de Prophetarum sermonibus dicere , quibus sœpissime pastoribus , & majoribus natu , & Sacerdotibus , ac principibus populi comminantur , & arguant eos ? quæ absque nobis de Sanctis scripturis elicere potestis , & liquido per videre , quod forsitan hoc tempus sit , de quo dicitur : Nolite credere amicis , neque speretis in principibus ; & nunc impleatur vaticinum : *Duces populi mei nescierunt , filii stulti sunt , & non sapientes ; sapientes sunt , ut faciant mala , bene autem facere nesciunt ;* quorum magis misereri , quam eos odire debemus , & orare pro illis , quam maledicere : ad benedicendum enim , & non ad maledicendum creati sumus . „ Quibus verbis licet reverentiam Episcopis debitam nondum penitus abjecisse se indicet , sat aperite tamen fateri videtur , Demetrium , comprobantibus plerisque Episcopis , communione sibi interdixisse , non duntaxat ob Presbyteratum citra ejus veniam suscepimus , sed & ob dogmatum novitatem . Quid quod & Apologia illa , quam sub Pamphili Martyris nomine Eusebius scri-

conju^ge avellens huc abduxit, auxilio i-
psi futurum, administrationisque curas par-
ticipaturum; Jurisperitus enim erat. Qui
una cum ipso prefectus, uxorem, a qua
separari ægre ferebat, haud multo post
evocatam recepturus, & nos cum illa si-
mul attracturus discessit. Statim ergo ne-
scio quomodo nobis peregrinari quidem,
sed alio potius, quam ad hæc loca perge-
re cogitantibus, miles adfuit cum man-
datis, ut sororem ad virum venturam,
nosque cum illa viæ socios deduceret,

M 5 gra-

scripsit, & Rufinus in Latinum transtulit, juxta edit
Parisin. anni MDXII. post enarratas Origenis laudes
non longe a principio ita habet.,, Consequens erat ex his
omnibus laborum, & studiorum suorum testimoniis, ample-
sti talem virum, & neque defensionis studio plus dare
ei, quam mensura meriti depositit, neque rursus obrectan-
di vicio facile condemnare, & alienum ab Ecclesiastica
doctrina pronunciare? ,,, Quæ verba heterodoxie notam
Origeni inustam fuisse luculente ni fallor palam faciunt.
Nec obscure idem arguunt epistolæ, quas Origenes sub
vitæ suæ finem, teste Eusebio l. 6. Hist. c. 26. ,,, ad Fa-
bianum urbis Romæ Episcopum, & alios quamplurimos
Ecclesiarum principes, de Catholica fide sua scri-
psit. ,,, Quid enim has scribere oportebat, si eatenus
semper pro orthodoxo est habitus? Non petita certe ex-
cusatio, voluntaria criminis confessio dici solet.

gratificaturos utique affini , sed multo magis forori , ne aut minus decenter , aut minus libenter viam iniret: domesticis quoque , & cognatis hortantibus , & non exiguum operæ premium facturos contendentibus , si ad Berytiorum urbem legum illic studia peracturi veniremus. Omnia ergo nos incitabant: erga fororem officium , nostra ipsorum disciplina , miles ipse facultatem ferens plurium , quam opus erat , publicorum vehiculorum , & majoris numeri symbola , quam pro sola forore. Atque hæc in aperto ; arcana autem , sed veriora : communicatio cum hoc viro , vera Verbi per ipsum cognitio , & doctrina , animorum nostrorum utilitas , ad salutem nos ignaros salutari consilio ducebat. Quare non miles , sed Divinus quidam viæ comes , deductor , & custos , qui per totam hanc vitam , tanquam per longam peregrinationem nos custodit , cum alia præteriens , tum Berytum , quam optare maxime putabamur , huc nos recta perductos hic collocavit , omnia faciens , movensque quoad nos cum hoc multorum nobis bonorum

rum auctore colligaret. „ His expositis laudibus summis Origenis sapientiam & virtutem celebrat , diffuseque narrat , quemadmodum ab eo Divinis , humanisque scientiis quinquennio toto , una cum Athenodoro fratre sit excultus. Inter alia de literis sacris hæc habet. „ Suadebat , ut uni Deo operam daremus , ejusque Prophetis , ipse Prophetarum interpretem agens , & explanans quidquid usquam obscurum , & ænigmaticum erat , qualia sunt in sacris libris permulta 76.) five ita libe-

76.) Scripturam Sacram , etiam fidelibus , prædestinatis , pie & implorato S. Spiritus auxilio legentibus , multis obscuram esse , non modo SS. Patres cum Gregorio nostro passim docent , sed & ortæ hactenus innumeræ hærefes manifestum faciunt. Harum enim uniuscujusque auctor se profecto fideliem præ aliis omnibus jactabat , prædestinatum etiam esse non dubitabat ; invocato denique Divini Spiritus adjutorio , & summa pietate , ac contentione legisse , atque inter se contulisse sacras literas gloriantur : & tamen in tot , tam diversos , sibique invicem repugnantes sensus unum & eundem textum interpretati sunt. Cum igitur Deus non sit author dissensionis , sed pacis , & quæ pugnant invicem , simul vera esse nequeant ; quidni plerosque illorum affectos non esse mentem

libeat Deo cum hominibus agere , ne indignam animam , cuiusmodi multæ sunt , nudus & intectus sermo Dei subeat ; sive quod apertissimum quidem natura , ac simplicissimum sit omne oraculum Divinum , sed nobis , qui a Deo recessimus , eumque audire desseuerimus , obscurum , ac tenebrosum videatur. Utut sit , declarabat ipse , & in lucem proferebat omnia . . quoniam ille omnium Princeps , qui Prophetis suggerit , atque inspirat omnem prophetiam , sermonemque mysticum , illum velut dilectum interpretem constituit , quæque aliis indicavit duntaxat , eorum per hunc instituit disciplinam : ut si quis animo durus & incredulus , aut discendi cupidus existat , ab hoc intelligere , & credere quodammodo cogatur , Deumque sequi. Hæc vero ille non aliter opinor , enunciat , quam ex Divini Spiritus communicatione. Eadem enim vi Prophetis , & Prophetarum explanatoribus est opus , nec Prophetam capere quis possit , cui Spiritus idem qui propheta-

Dei loquentis , quodque sequitur , scriptum Dei verbum in multis obscurum esse fatendum est ?

tavit, sermonum ejus intelligentiam non dederit... Quare nihil nobis abditum, & inaccessum erat: quin dogmata omnia perdiscere licebat, barbarum & Græcum, mysticum & civile, Divinum & humanum, cum omni libertate cuncta indagantibus, ut omnibus exploremur, & animi bonis universis perfrueremur. „ 77.)

Ad extremum conversus ad Origenem, eum his alloquitur. „ Tu vero exur-

77.) Origenis ingenium, & multiplicem eruditionem cum plerique omnes, tum S. Hieronymus summis persæpe laudibus celebrat. Inter alia l. de Vir. illustr. in elogio ejus. „ Quis ignorat inquit, quantum in Scripturas Divinas habuerit studium? ut etiam Hebræam linguam, contra sætatis, gentisque suæ naturam edisceret, & exceptis LXX. Interpretibus, alias quoque editiones in unum congregaret volume: Aquilæ scilicet Pontici profelyti, & Theodotionis Ebionæi, & Symmachi ejusdem dogmatiſ.. præterea quintam, & sextam, & septimam editionem, quas etiam nos de ejus bibliotheca habuimus, miro labore reperit, & cum cæteris editionibus comparavit. Et quia indicem Operum ejus in voluminibus epistolarum, quas ad Paulam scripsimus, in quadam epistola contra Varronis opera conferens posui, nunc omitto; illud de immortali ejus ingenio non tacens, quod Dialeticam quoque, Geometriam, Arithmeticam, Musicam,


exurge o charum caput , & bene preca-
tus jam nos dimitte , qui præsentes fa-
cias tuis disciplinis servasti , serva etiam
precibus abeentes , vel redde potius ei ,
qui ad te nos perduxit , Deo : gratias in-
primis agens pro iis , quæ nobis obtige-
runt ,

Grammaticam , Rheticam , omniumque philosophorum se-
ctas ita didicit , ut studiosos quoque secularium literarum
sectatores haberet , & interpretaretur iis quotidie , con-
cursusque ad eum miri fierent : quos ille propterea recipie-
bat , ut sub occasione fecularis literaturæ , in fide Christi
eos institueret . „ Et Ep. 65. ad Pamach. & Oce-
an. „ Magnus vir ab infantia Origenes , & vere Mar-
tyris filius , Alexandriæ Ecclesiasticam scholam tenuit ,
succedens eruditissimo virō Clementi Presbytero .. Scri-
pturas memoriter tenuit , & in studio explanationis earum
diebus desudavit & noctibus . Mille & eo amplius Tra-
ctatus in Ecclesia locutus est . Edidit præterea innumera-
biles Commentarios , quos ipse *Tómuos* appellat .. Quis
nostrum potest tanta legere , quanta ille conscripsit ? „
Sed nempe ut observat Sixtus senensis l. 4. Bibliothecæ
Sanctæ pag. 301. dum tota ingenii sui vela ventis spi-
rantibus dedit , & recedens a terra , in medium altissi-
morum sensuum , & mysteriorum pelagus aufugit , allego-
riæ involucris , & anagogiæ ambagibus , vim non raro
reclamanti literæ fecit , & veritatem scripturarum prope-
modum sustulit , inspersis non paucis , neque levibus er-
roribus , e Pythagoræ fere & Platonis officina deprom-
ptis .

runt, orans deinde, ut etiam in posterum ubique præsens nos dirigat, menti nostræ sua mandata suggerens, divinumque nobis timorem suum omnium pædagogum immittens.. Ora, ut consolationem aliquam ab eo capiamus, quando a te destitui-mur, utque nobis ductorem bonum mit-tat Angelum. Pete etiam, ut redire nos faciens iterum ad te ducat: quod unum omnium maxime nos consolabitur.,, 78.)

78.) Quamvis Origenes verosimilius ob erroneam doctrinam a Demetrio excommunicatus, & Alexandria e-jectus fuerit, Gregorius tamen culpari profecto nequit, quod instituendum illi se commiserit, laudesque ejus ce-lebrarit. Neque enim decreto Demetrii omnes illico E-piscopi subscriferunt, aut Origenem pro hæretico ha-buerunt; sed ut Eusebius l. 6. Hist. c. 19. ait, Firmilianus Cæsareæ Cappadocum Episcopus eum dein etiam tanti fecit, ut modo ipse relicta Ecclesia sua, illum Cæ-sareæ scientiæ & doctrinæ gratia convenire, modo ad Ecclesiæ suæ instructionem in Cappadociam evocare non dubitarit. Alexander quoque Ierosolymorum, & Theodo-tius Cæsareæ Palæstinae Episcopi, eum perlubenter au-diebant, eique soli in Divinis Scripturis, & Ecclesiastica doctrina summam magisterii concedebat: rati opinor vel Origenis mentem asscutum non esse Demetrium, vel pri-vata offensione ultra metas abreptum affinxisse illi do-gmata, quæ pro suis ipse non agnosceret.

O. A. M. D. G.





ACTA ET SCRIPTA
SANCTI DIONYSII
ALEXANDRINI.

C A P U T I.

De Gestis Sancti Dionysii.



Erax magnorum virorum Alexandria, si minus patria, alterix certe Dionysii nostri fuit: patriam enim, quemadmodum & natalem ejus annum, a nemine veterum sat luculente consignatum reperio. Videatur tamen natus esse exeunte seculo II. vel

A

in-

ineunte III. quia teste Eusebio l. 7. Hist. Eccles. c. 24, a Synodo contra Paulum Samosatenum an. CCLXV. Antiochiæ coacta excusavit se per senectutis impedimentum, & corporis incommoditatem; ac proinde jam tunc sexagenario major fuerit. Ubi adolevit, in Origenis tum florentis disciplinam se tradidit, eoque Alexandria pulso, Heraclam successorem audiit: hoc vero in Ecclesiæ ejus thronum enecto, Κατηχήσεων scholam moderari ipse cœpit anno Chr. CCXLI. magnaque cum laude moderatus est sexennio. Heracla denique anno tertio Philippi Imperatoris id est Christi CCXLVII. ad superos translato, sub exitum ejusdem, vel exitum sequentis anni ei in Episcopatu Alexandrino suffectus est. i.)

Ac

I.) Episcopatum Alexandrinum a S. Marco Evangelista erectum esse consentiunt veteres. Venisse autem illum Alexandriam anno Christi XLV. & usque ad LXV. adeoque totis viginti annis Christum Ægyptiis annunciasse ait Eusebius in Chronico. Successorum ejus series usque ad Dionysium juxta idem Chronicum hæc est. I. Anianus ab anno Christ. LXV. ad LXXXVII. II. Avilius ab an. LXXXVII. ad XCIX. III. Credo ab an. XCIX. ad CX.

IV.

Ac primo quidem triennio Ecclesiam
in pace rexit , Philippo nil incommodan-

A 2 te

IV. Primus ab an. CX. ad CXXII. V. Justus ab an.
CXXII. ad CXXXIII. VI. Eumenes ab an. CXXXIII.
ad CXLV. VII. Marcus secundus ab an. CXLV.
ad CLV. VIII. Celadion ab an. CLV. ad CLXIX. IX.
Agrippinus ab an. CLXIX. ad CLXXXI. X. Julianus
ab an CLXXXI. ad CXCI. XI. Demetrius ab an. CXCI.
ad CCXXXV. XII. Heraclas ab an. CCXXXV. ad CCLI.
XIII. Dionysius ab an. CCLI. ad CCLXVI. Chronolo-
gia tamen hæc in multis peccare , & cum ipsa ejusdem
Eusebii Historia in non paucis pugnare videtur. Ac pri-
mum quidem S. Marci profectio in Ægyptum anno Chr.
XLV. vix affigi potest : quia S. Marcus teste Eusebio in-
terpres etat Petri , ac proinde cum eo venit Romanam anno
secundo Claudi , qui juxta Eusebium erat Christi 44tus ,
juxta alios 42dus. Romæ commoratus est usque dum Pe-
trus sat numerosam Ecclesiam prædicatione sua colligeret:
quia teste iterum Eusebio 1. 2. Hist. c. 15. & S. Hiero-
nymo 1. de vir. illustr. rogatus a fidelibus Romanis Evan-
gelium scripsit , juxta quod Petrum referentem audierat.
Quin eo etiam tempore Romæ adhuc agebat , quo Petrus
priorem Epistolam suam edidit : quia in hac c. 5. v. 13.
legitur : *Salutat vos Ecclesia , quæ est in Babylone , & Mar-
cus filius meus.* Quæ omnia si attendantur , haud paulo se-
rius Marcum ad Ægyptios profectum esse facile evincent.
Videturque omnino profectio hæc , & initia sedis Alexan-
drinæ differenda saltem ad an. Chr. XLIX. Cum enim hoc

cir-

te Christianis : sive quod & ipse Christum

circiter anno Claudio Judæos omnes Roma exegerit, & idcirco Petrus etiam inde emigrare necesse habuerit, verosimile est sub hoc tempus ab eo Marcum in Ægyptum missum esse, quo ipse in Judeam remeabat. Quin cum S. Petrus primam suam Epistolam Romæ anno Chr. LV. scripsisse videatur, atque eo tempore Marcus penes eum fuerit, ut ex c. ult. colligitur, vix ante dictum modo annum in Ægyptum se transtulerit: nisi forte postquam illic annos aliquot prædicasset, revisisse iterum Romam, & Petrum dicatur. Sedit autem Alexandriæ Marcus ad annum non ut Eusebius in Chron. afferit 65um, sed duntaxat 62um: quia eodem l. 2. Hist. c. 28. & S. Hieronymo l. de vir. illustr. teste, ex hac vita excessit anno octavo Neronis, qui cum Christi LXII. idem est. Successor deinde S. Marci Anianus Alexandriæ præfuit ab anno Æræ Christianæ LXII. non ad LXXXVII. sed ad LXXXIV. quia ut rursum Eusebius l. 3. Hist. c. 13. ait. „Quarto anno Domitiani apud Alexandriam ministrato diaibus & viginti annis sacerdotio defunctus est. „Post illum Avilius ab anno LXXXIV. ad XC VIII. quia primo Trajani anno obiit, l. 3. laudatae Hist. c. 21. Tum Cerdon ab anno XC VIII. ad exitum usque CIX. vel initium CX. quia duodecimo Trajani finiit, l. 4. c. 1. Trajanus autem 28. Januarii an. Chr. XC VIII. imperium auspicatus est. Cerdonem secutus Primus fudit ab anno CX. ad CXX. tertium scilicet Adriani cit. l. 4. c. 4. Justus ab anno CXX. ad CXXXIII. declinantem, & Adriani 14um inchoantem. Ibid. c. 5. Eumenes ab anno CXXXIII. exequente,

stum coleret, ut multi e veteribus prodiderunt. 2.) sive quod malepartum impe-

A 3 rium

te, ad annum CXLVI. Marcus II. ab ann. CXLVI. ad CLVI. quia ille 13. hic 10. annis Ecclesiæ præfuit. Ibid. c. 11. Celadion ab anno CLVI. ad CLXIX. sui scilicet sacerdotii quartum decimum, & Aurelii Antonini octavum. Ibid. c. 9. Agrippinus ab anno Chr. CLXIX. ad CLXXX. Commodi Imperatoris primum 1. 5. Hist. Euseb. c. 9. Julianus ab anno CLXXX. ad CXCI. quia post decem annos Episcopatus obiit, cit. 1. 5. c. 22. Demetrius ab anno CXCI. ad CCXLI. Heraclas ab anno CCXLI. ad CCXLVIII. quia sexto Episcopatus sui, & tertio Philippi Augusti anno decessit. 1. 6. Hist. Euseb. c. 29. Denique Dionysius ab anno CCXLVIII. ad CCLXV. vel initium CCLXVI. & post eum Maximus ab anno CCLXVI. ad annum CCLXXXIV.

2.) Philippum Imperatorem Christianum fuisse primus omnium, sed ex Majorum traditione in literas retulit Eusebius 1. 6. Hist. c. 25. scribens. „Gordiano cum per sex annos Romanum gubernasset Imperium, Philippus una cum Philippo filio succedit. De hoc traditum nobis est, quod Christianus fuerit, & in die Paschæ, id est, in ipsis vigiliis cum interesse voluisse, & communicare mysteriis, ab Episcopo loci non prius esse permisum, quam confiteretur peccata sua, & inter pœnitentes staret. Ajebat enim nullo modo ei copiam mysteriorum futuram, nisi prius per pœnitentiam, culpas, quæ de eo plurimæ ferebantur eluisset. Ferunt igitur eum, quod a sacerdote imperatum fue-

rat,

rium clementia corroborare & tueri vellet.
At postremo ejusdem Augusti anno fana-
ti-

rat, libenter suscepisse, Divinum sibi inesse timorem, & fidem religionis plenissimam rebus ipsis ac operibus comprobando. „ Eusebio ad stipulantur Vincentius Lirinensis in Commonitorio paulo post med. ubi de Origene loquens inter alia ait : „ Sed & ejusdem epistolæ testimonium perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Principum Christianus fuit, Christiani magisterii auctoritate conscripsit. „ Leontius Byzantinus l. 1. de fectis, ubi etiam confessionem publicam Philippi recenset, remque Antiochiae, sub Episcopo ejus loci Babyla gestam esse testatur; Paulus Orosius l. 7. Histor. c. 13. Cassiodorus in Chron. Paulus Aquileiensis Diaconus Historiæ Miscellæ l. 10. & Martyrologia Adonis, Uuardi, ac Romanum ad diem XIV. Maji. Negare tamen id videtur his omnibus paulo vetustior Lactantius Firmianus, dum in Proemio sui Operis, seu l. 1. Divin. Instit. c. 1. ita scribit: „ Si quidam prudentes & arbitri æquitatis Institutiones civilis Juris compositas ediderunt, quibus civium dissidentium lites, contentionesque sopirent; quanto melius nos & rectius Divinas Institutiones literis persequemur? in quibus non de stillicidiis, aut aquis arcendis, aut de manu conferenda, sed de spei, de vita, de salute, de immortalitate, de DEO loquemur, ut superstitiones mortiferas, erroresque turpissimos sopiamus. Quod opus nunc nominis tui auspicio inchoamus Constantine Imperator maxime, qui primus Romanorum Principum repudiatis erroribus, majestatem DEI singularis & veri, & cognovisti, & honorasti &c. „ Theo- do-

ticus quidam popularem Alexandriæ persecutionem accedit , quam subinde Decius

A 4

edi-

doretus quoque Hist. Eccl. 1. 5. c. 39. & Severus Sulpitius Hist. sacrae 1. 2. Constantium omnium primum Imperatorem , Christianum fuisse ajunt. Neque defunt momenta alia , que Philipum a religione Christiana alienum idolisque deditum vixisse suadeant. Nam Capitolino teste annum urbis conditæ millesimum celebravit more gentium , scena triduo exhibita , ludisque Diana & Apollini sacris magna pompa editis , quibus inter cætera spectacula gladiatorum duo millia sunt producta. Post mortem una cum Philippo filio inter divos a Senatu solemniter est relatius , ut testatur Eutropius , aliique. Supersunt denique duo nummi Philippi : quorum unus figuræ septem ante aram idoli thus adolescentes exhibit , cum inscriptione : *Se-culum novum* , ac proinde cufus videtur anno U. C. mille-simo ; alter in antica parte caput Philippi radiatum , & in postica Jovem dextra fulmen , sinistra hastam tenentem representat , cum Epigraphe : *Jovi Conservatori* ; notatoque etiam anno per tertium Philippi consulatum. At momenta hæc non videntur tanti ponderis , ut ad expungendum e Christianorum albo Philippum cogant. Nam quod ad Lactantium attinet , editores Maximæ PP. Bibliothecæ notant , laudatum proœnium , seu allocutionem Constantini Augusti a quinque Vaticanis , & duobus Bononiensibus MSS. vetustissimis abesse , nec omnino uspiam in his MSS. Imperatoris illius mentionem fieri : ut idcirco suspicari non vane liceat serius ista & ab aliena manu in Lactantium inferta esse. Theodorei vero & Sulpitii verba non plus

pro-

edictis acerbissimis mox post arreptam purpuram quaquaversum missis in immensum auxit. Originem & acerbitatem ejus ita narrat

probant, quam quod Constantinus primus fuerit, qui Christum palam profellus, & idola aversatus sit, licet id ante eum Philippus occulte præstiterit. Annum Romæ millesimum splendide quidem a Philippo celebratum esse testatur Capitolinus & alii, sed diis illum immolasse hac celebritate hostias, vel Iudos editos ab Imperatore ipso Diana & Apollini consecratos fuisse non afferunt: unde quidquid illic idololatriam vel sævitiam sapiebat, ejus tantum permisso ab aliis gestum dici potest. Orosius certe l. 7. Hist. c. 13. ea de re ita scribit: „Iudis magnificis augustissimus omnium præteriorum hic natalis annus (Romæ) a Christiano Imperatore celebratus est. Nec dubium quin Philippus hujus tantæ devotionis gratiam & honorem, ad Christum & ad Ecclesiam reportarit: quoniam vel ascensum fuisse ab eo Capitolium, immolatasque ex more hostias nullus Auctor ostendit. „ Nummi quoque ritu gentili cusi esse non volente Philippo, sed solum non impediente dici possunt: cum is satius duceret occultata religione sua, pedetentim ad evertendam idololatriam committi, quam aperta & repentina innovatione, sibi & rei Christianæ periculum creare. Quod denique inter divos post mortem relatus sit, mirum non est: cum ab ethnicis pro cultore Deorum haberetur, quia sacris, ritibusque eorum nihil palam incommodabat. Quodsi & claudicasse interdum cum Israelitis, X. tribuum in utramque partem dicatur, non idcirco utique Christianus nunquam fuisse evincetur.

rat Dionysius noster Ep. ad Fabium Antioche.
apud Eusebium l. 6. Hist. c. 31. „ Non inquit,
ex præcepto Imperatoris apud nos persecutio
sumpsit exordium, sed anno integro principa-
lia prævenit edicta, ministro dæmonum, qui
in civitate nostra pro divino habebatur, super-
stitionum contra nos exagitante vulgus: a
quo multitudo succensa nihil aliud quam pio-
rum sanguinem fitiebat. 3.) Primo ergo re-
ligiosum quendam senem Metranum nomine
corripienes, impia jubent verba 4.) pro-

A 5 fer-

3.) Quam frequenter Christianorum persecutio[n]es non
ex edictis Principum, sed ex populi ferocia ortæ fuerint,
docet Tertullianus in Apologet. post medium in hæc verba:
„ Qui adversum sanguinem innocentium clamant, prætexunt
ad odii defensionem, quod existiment omnis publicæ cladi,
omnis popularis incommodi esse in causa. Si Tiberis ascen-
dit in mænia (Romæ) si Nilus non ascendit in arva (Ægypti)
si cœlum stetit (id est non pluit) si terra movit, si
fames, si lues, statim Christianos ad iconem. „

4.) Impia verba, ad quæ Christiani a gentibus cogi so-
lebant, hæc fere erant: appellare Cæsarem deum, jurare
per fortunam, aut genium Cæsaris, convicia in Christum
dicere, vel idolum aliquod invocare. Ita enim Ecclesia
Smyrnensis[martyrium] S. Polycarpi describens, narrat He-
rodem pacis præfectum suassisse illi: „ Quid enim mali
est

ferre. Quod ille facere cum recusaret, omne corpus ejus membratim fustibus collidentes, vultumque & oculos acutis calamis terebrantes, extra urbem eum ejecerunt, ibique quod in eo supererat spiritus, lapidibus ejecerunt. Post hæc mulierem nobilis Quintam nomine ad idola perducentes adorare cogebant: recusanti vero & execranti vinculis pedes innectunt, & per totius civitatis plateas trahentes, horrendo supplicii genere discerpunt. Tum omnes si-

est dicere Deum Cætarem, & de cætero vivere securum?,, Et Proconsulem eidem dixisse: „ Jura per fortunam Cæfaris, & dic in Christum convicia, & dimittam te. „ Idem innuit Origenes 1. de exhortat. Martyr. ubi ait: „ Quanta abominatio putanda est malum negationis verbum, malum, quo deus alter renunciatur, sermo, & malum jusjurandum per fortunam hominis rem omnium minime subsistenter? „ Et Tertullianus in Apologet. „ Non enim inquit deum Imperatorem dicam; vel quia mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec ipse se deum volet dici. Satis habeat appellari Imperator: Grande & hoc nomen est, quod a DEO traditur. Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimi curru admonetur. Dicam plane Imperatorem dominum; sed quando non cogar dominum DEI vice dicere: Dominus enim meus unus est omnipotens Deus æterpus. „

simul irruunt in domos servorum DEI hostili crudelitate, ita ut preciosioribus quibusque direptis, si qua viliora repererant, in unum congregata in plateis cremarent. Nostri tamen direptionem hanc bonorum suorum (sicut Apostolus de antiquis dixit) cum gaudio susceperunt. Sed & admirandam virginem longævæ ætatis Apolloniam quum corripuissent, dentes primo ei omnes excusserunt, congestis deinde lignis rogum exstruxerunt, comminantes vivam se incensuros, nisi cum ipsis impia verba proferret. At illa paulum deliberans, repente se e manibus eorum proripuit, & in ignem, quem minabantur, profiliit, 5.) ita ut perterreren-
tur

5.) Quemadmodum alium, ita & seipsum ex propo-
sito interficere vetitum quidem est præcepto illo Decalogi:
Non occides, Iumentque ipsum rationis id secundum se fas
non esse dictat, cum homo vitæ sue dominus non sit, sed
duntaxat usum ac fructum ejus sibi a DEO concessum ha-
beat. DEUM tamen pro arbitrio suo non modo fontium,
sed etiam innocentum necem imperare posse quis neget?
dicente ipso Deuter. 32. v. 39. *Ego occidam, & ego ri-
vere faciam.* Et Propheta Sap. 16. v. 13. *Tu es Domine,
qui vitæ & mortis babes potestatem.* Si igitur illo jubente
feu

tur etiam ipsi crudelitatis auctores , quod promptior fuerit ad mortem femina , quam persecutor ad pœnam . Serapionem quoque domi suæ repertum crudelissimis affecere suppliciis , ita ut omnes ei juncturas membrorum prius solventes , de superioribus illum præcipitarint . Nullum nostris iter erat per viam , nullus plateæ transitus indulgebatur , neque die , nec noctu procedendi usquam erat facultas . Ut enim quis nostrum apparuit in publico , statim clamor vulgi nascebatur , ut vel pedibus traheretur , qui viuis erat , vel igni succenderetur . Hæc mala cum per dies singulos augerentur , subito inter ipsos persecutores rabies quædam belli civilis ex-

ar-

feu alii , seu tibi ipsi manus inferas , extra culpam es , quia cum Abraham grande etiam obedientiæ meritum habes . Atque ita egisse complures virgines , quæ dum Roma a Gotis vastaretur , se in profundem demerserunt , censet S. Augustinus l. 1. de Civ. Dei c. 16. ubi ait : „ Hoc fecerunt non humanitus deceptæ , sed divinitus jussæ ; non errantes , sed obedientes : sicut de Samsone nobis fas non est aliud credere . „ Idemque de Apollonia nostra sentit Ecclesia , dum in Officio ejus ad diem IX. Februarii ait ipsam in paratum sibi ignem , majori Spiritus Sancti flamma intus accensam fese injecisse .

arsit: dumque illi inter se seditionibus & præliis decertant, nobis paululum licuit respire. Verum non diuturna quies fuit: continuo namque nobis imperii illius mutatio annunciat, 6.) quod benevolentiam in nos ostendebat, & multus minarum terror intentatur: quin & ipsa crudelissima Principum 7.) edicta venerunt, quibus tanta ad-

6.) Philippus Imperator una cum Philippo filio & Cæfare occisus est a militibus circa mensem Julium anno CCXLIX. acclamato jam ante in Imperatorem Decio: qui bellica quidem laude clarus, sed religionis Christianæ hostis infensissimus erat. Hinc Laetantius 1. de mortibus persecutor. c. 4. „ Extitit, inquit, post annos plurimos execrabile animal Decius, qui vexaret Ecclesiam. Et quasi hujus rei gratia provectus esset ad illud principale fastigium, furere protinus contra Deum cœpit, ut protinus caderet. „ Et Orosius 1. 7. Hist. c. 21. „ Decius continuo (in quo se etiam ob hoc Philippo interfecisse docuit) ad persequendos, interficiendosque Christianos, septimus post Neronem feralia dispersit edicta, plurimosque Sanctorum ad coronas de suis crucibus misit. „

7.) Decius ut primum purpuram sumpsit, filium suum itidem Decium Cæsarem fecit, ut Aurelius Victor in Epitome Historiæ Augustæ, & Eutropius in Breviar. 1. 9. scribit. Hinc licet solus Decius senior Imperator reapse fuerit,

adversum nos imperabatur immanitas , ut secundum quod prædictum est a Domino , si fieri posset , scandalizarentur etiam electi . Unde perterriti omnes : quidam autem ex nobilibus se sponte impiis actibus ingesserunt , alii conventi , alii a domesticis proditi ad execranda sacrificia properabant . Atque ex his aliqui pallentes & trementes , ut magis immolari iphi , quam immolare hostias vide rentur , & ab inspectante vulgo irriderentur , quod ad moriendum pariter , & sacrificandum meticulosi essent . 8.) Alii vero tam

rit , quia tamen parte aliqua imperium cum jun'ore communicavit , quemadmodum alia , ita & edictum persecutionis utriusque nomine inscriptum fuit .

8.) Simile quid , magisque etiam horrendum in persecutione M. Antonini accidisse scribit Ecclesia Lugdunensis & Viennensis , in sua ad Asianos & Phrygas epistola , apud Euseb . 1 . 5 . Hist . c . 2 . , Per idem tempus , inquit , immensa quædam Dei dispensatio procuratur .. Quod enim nunquam prius a persecutoribus gestum meminimus , omnes , qui primo comprehensi negaverunt fidem , correpti rursus traduntur in carcerem , & quo infelibus ne solamen quidem pœnalis præstaretur exitii , non quasi Christiani jam , sed tanquam homicidae & incesti detinebantur , habentes miseri duplēm pœnam . Quoniam cæterorum quidem

tam impudenter ad aras profliebant, ut affirment etiam se nunquam Christianos fuisse. Tales erant, de quibus prædictit Dominus, quod pecuniam habentes difficile salvabuntur. Cæteri aut hos sequebantur in præceps, aut vertebantur in fugam: & ex his nonnulli comprehensi, & in carcere missi, ad primum judicis aspectum negaverunt fidem; alii paululum toleratis suppliciis ad ultimum deciderunt. At non pauci tanquam columnæ fortissimæ, Domini ipsius Spiritu confirmati, admiranda Deo & Angelis martyrii sui spectacula præbuerunt.

dem supplicia mitigabat spes & corona Martyrii, Christique charitas, & S. Spiritus gratia relevabat afflitos; istos autem ipsis pœnalibus catenis, & pondere carceris gravius conscientia cruciabat, ita ut vultu ipso & aspectu discernerentur a cæteris: quod illi producebantur ad supplicia læti, & divinum nescio quid in ipsis vultibus præferentes, ut qui vincula sua pro preciosis monilibus habebant, & per squalorem carceris Christi bonus odor effecti, videbantur sibi non in ergastulo, sed in myrotheca conclusi: ast alii tristes, conspectu horridi, & omni deformitate fædiores, ipsis gentibus in multa opprobrio erant, tanquam degeneres & ignavi, qui fidem perdiderint, pœnas tamen non effugerint. „

runt. Quorum primus venerabilis Julianus , podagra constrictus ita , ut nec incedere , nec stare posset , cum his , qui eum in sellula portabant , offertur. Ex quibus unus statim negavit , alius nomine Eunus , cum Juliano in Domini JESU Christi confessione perdurans , jubetur una cum ipso Camelis imponi , & per omnem circumduci civitatem , flagrisque inspectante populo laniari , usquedum vitam in verbibus ponerent. Diro spectaculo vir quidam militaris cum assisteret , & volentes etiam mortuis illudere prohiberet , clamor repente adversus eum totius vulgi extollitur. Nec mora , offertur judici fortissimus miles jam Domini , & nusquam se inferior factus , sed in confessione persistens , capite pro pietate damnatur. Alius vir nominis sui Macarius (id est Latine beatus) gente Lybicus , cum multis verbis a judice ad negandum suaderetur , & eo majore constantia fidem suam profiteretur , vivus ad ultimum jubetur exuri. Epimachus quoque , & Alexander , cum multo tempore vinculis , carcere , diversisque suppliciis torti

torti perdurassent in fide , ignibus ad extremum consummi jubentur. Ammonaria deinde sancta virgo , & Mercuria itidem virgo , & Dionysia anus venerabilis , & fœcundissima in filiis , sed quos non prætulit Christo , & alia Ammonaria judici offeruntur : qui cum vinci erubesceret a feminis , inauditis tormentorum generibus confectas , gladio demum percuti jussit. Post has Heron , & Arsinus , & Isidorus Ægyptii , cum puer annorum XV. Dioscoro ad tribunal pertrahuntur. Ex quibus judex primo Dioscorum , tanquam pro æstate facilem flecti , verbis & verberibus tentat , cumque in nullo sibi cedere videret , ferocius cruciari imperat. Tum cæteros variis tormentis dilanians tradi ignibus , Dioscorum vero differri præcepit , sperans cum tempore cesurum. Quod non tam tyranni miseratione , quam Domini providentia gestum est : nunc enim nobiscum est Dioscorus , a Deo nobis concessus ad consolationem & firmamentum populi sui. Memorandus est & Nemesius Ægyptius : qui primo per calumniam quasi latro delatus , eo crimine diluto , quod

Christianus esset, defertur. Quo intellecto Jūdex nulla jam moderatione servata, geminatis suppliciis excruciatum, cum latronibus juf- sit incendi.. Porro turma quædam militum in unum convenerat: inter quos Ammon, Zenon, Ptolemæus, Ingenuus, & grandæ-
vus Theophilus. Hi igitur tribunali adstan-
tes, cum quidam Christianus torqueretur,
& jam pene ad negandum declinaret, vul-
tu, oculis, ac nutibus erigere illum cona-
bantur; interdum etiam manus pretendere,
ac totius corporis motibus sublevare lapsan-
tis animos gestiebant. Cumque ad eos o-
mnes conversi essent, quid de semetipuis
profiterentur, ex eorum motibus agnoscen-
tes, priusquam vulgi clamor oriretur, ipsi
in medium prorumpunt, & se Christianos
esse testantur. Quo facto persecutoribus
terror, nostris constantia crevit: dum qui
per tormenta vinci sperabantur, sponte se
cruciatibus offerrent, DEO triumphante per
Sanctos suos. Sed nec Ischirionis opus me-
morabile fas est silentio præterire. Is nam-
que cum rem cujusdam potentis sub merce-
de procuraret, jubetur ab eo immolare ido-

lis.

lis. Recusans cogitur injuriis: perfistens rursus blanditiis mulcetur. Cum vero utrumque contemneret, præacuta fude per media viscera transverberatus neci traditur. Et quid memorem, quantæ multitudines in desertis & montibus oberrantes, fame, siti, frigore, languore, latronibus, & bestiis consumptæ sint? qui omnes imitati electos DEI Prophetas martyrii gloria coronati sunt.,,

9.) Hactenus de persecutione Deciana, &

B 2.

glo-

9.) Alludit S. Pater ad Apostoli verba Hebr. 11. ubi de Sanctis veteris Testamenti inter alia ait v. 37. & 38. *Lapidati sunt, secti sunt, in occidente gladiis mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, & in montibus, & speluncis, & cavernis terra.* An autem Martyribus eos tantum hic Dionysius accenseat, qui præcepto Magistratum propter Christum exilio multati, in eoque aliqua ex recensis ærumnis consumpti sunt, vel eos etiam, qui ne apprehenderentur, fuga se ultiro subduxerunt, & in memoratas calamitatis inciderunt? obscurum est. Piores quidem martyrii gloria donari Ecclesia ipsa censem, dum Martinum I. Sylverium, aliosque Christi causa in exilium deportatos inter SS. Martyres celebrat. Nec abs re: quia hi prorsus similes iis sunt, qui ærumnis carceris consummuntur; de quibus tamen S. Cyprianus Ep.

juxta

gloriosis ovium suarum in ea certaniinibus
Dionysius noster. Quid vero ipse eadem
tem-

juxta ordinem Pomelii 37. ad Clerum suum diserte scribit.
 „ Corporibus etiam omnium , qui etsi torti non sunt , in
 carcere tamen gloriose exitu mortis excedunt , impertiatur
 & vigilantia , & cura propensior. Neque enim virtus eo-
 rum , aut honor minor est , quominus ipsi quoque inter bea-
 toes Martyres aggregentur. Quod in illis est , tolerave-
 runt , quidquid tolerare parati fuerunt. Qui se tormentis
 & morti sub oculis DEI obtulit , passus est , quidquid pa-
 ti voluit. Non enim ipse tormentis , sed tormenta ipsi defue-
 runt... Cum voluntati & confessioni nostræ in carcere &
 vinculis , accedit & moriendi terminus , consummata Mar-
 tyris gloria est. Denique & dies eorum , quibus excedunt ,
 annotate : ut commemorationes eorum inter memorias Mar-
 tyrum celebrare possimus. „ Idemque Cyprianus Ep. 77.
 relegatos ad metalla sic alloquitur. „ Expectatis quotidie
 læti profectionis vestre salutarem diem , & jamjam de secu-
 lo recessuri ad Martyrum munera , & domicilia Divina pro-
 peratis , post has mundi tenebras visuri candidissimam lu-
 cem , & accepturi passionibus omnibus majorem claritatem. „
 Et laudati Martyres in responsoria sua ad Cyprianum tunc
 itidem Curubi exalem ajunt. „ Crede nobis charissime ,
 quoniam non est centesimo præmio minor tua innocens ani-
 ma , quæ nec seculi primos impetus timuit , nec ire in exilium
 recusavit , nec relinquere civitatem dubitavit , nec in
 deserto loco commorari horruit : & quoniam multis docu-
 mentum confessionis dedit , ipsa Martyrium prior dixit.

Alios

tempestate pertulerit, paucis complectitur
 Eusebius l. 6. Hist. c. 30. in hæc verba:
 „Dionysius Alexandrinus Episcopus, sicut

B 3 ex

Alios enim ad Martyria facienda exemplo suo provocavit,
 & non tantum Martyrum de seculo jam excedentium socia
 esse cœpit, sed & cum futuris amicitiam copulavit. „De
 posterioribus dubitari potest: quia voluntarii exules, etsi
 propter Christum ærumnas patientur, non videntur tamen
 a persecutoribus affligi, prout ad martyrii coronam requi-
 ritur. At si hos quoque Martyribus accensendos existima-
 vit Dionysius, consentientem certe sibi habet S. Cyprianum,
 qui Ep. 56. ad Thiberitanos ita scribit. „Nec quisquam
 fratres dilectissimi, cum populum nostrum fugari conspexer-
 it metu persecutionis, & spargi, conturbetur; quod col-
 lectam fraternitatem non videat, nec tractantes Episcopos
 audiat. Simul tunc omnes esse non possunt, quibus occide-
 re non licet, sed occidi necesse est. Ubicunque in illis die-
 bus unusquisque fratum fuerit, a grege interim corpore,
 non spiritu separatus, non moveatur ad fugæ illius horro-
 rem, nec recedens, & latens deserti loci solitudine terrea-
 tur. Solus non est, cui Christus in fuga comes est: so-
 lis non est, qui templum DEI servans, ubicunque fuerit,
 sine DEO non est. Et si fugientem in solitudine, ac mon-
 tibus latro oppresserit, fera invaserit, fames, aut sitis,
 aut frigus affixerit, vel per maria præcipiti navigatione
 properantem tempestas, ac procella submerserit, spectat mi-
 litem suum Christus ubicunque pugnantem, & persecutio-
 nis causa pro nominis sui honore morienti præmium reddit,

quod

ex ipsius epistolis comperimus , per illud tempus multis confessionibus clarus efficitur, & pro passionum , tormentorumque diversitate magnificus. Denique fertur insectantibus se respondisse : *Quid insectando laboratis ? caput meum , pro quo fatigamini , avulsum cervicibus summite , & donum magnum ad tyrannum referte.* , ,

Verum aliter DEO visum , qui pro Ecclesiæ suæ commodo Antistitem optimum conservatum volebat. Nam cum durante adhuc persecutione Novatianus, & Novatus Presbyteri se adversus Cornelium Romanum Pontificem erexissent , nec contenti schismate , hæresim etiam de lapsis a spe veniæ excludendis adjecissent , opus erat viro , qui pro domo DEI murum se in Oriente opponeret , & adversus versipellium fraudes incautos præmuniret. Id quod egregie prorsus Dionysius noster præstítit , cum voce ,
tum

quod daturum se in persecutione promisit. Nec minor est Martyrii gloria , non publice & inter multos periisse ; cum pereundi causa sit propter Christum perire. Sufficit ad testimonium Martyris sui testis ille , qui probat Martyres , & coronat . , ,

tum scriptis ad nutantes literis vigore Apostolico plenis. Et in primis ad Fabium Antiochenum : quem laudatorum supra Martyrum auctoritate sic hortatur. „ Ipsi divini Martyres , qui cum Christo in cœlis sedent , & regni ejus participes cum ipso de lapsis fratribus judicant , isti inquam , ipsi suscep- perunt lapsos , & pœnitentiam , conversionem- que eorum non respuerunt 10.) scientes , quod DEUS noster , cuius ipsi erant Mart- tyres , non vult mortem peccatoris , sed conversionem ejus , & pœnitentiam quæ- rit. Si ergo isti receperunt quosdam , & in Ecclesia statuerunt , in oratione quoque , & in cibo eis communicaverunt ; quid nos

B 4

fa-

10.) Idem de Martyribus Gallicanis testatur Ecclesia Lugdunensis , & Viennensis in laudata supra Epistola scribens . „ Per nimiam charitatem , quam habebant in Christo JESU , etiam eos , qui lapsi fuerant , & quos jam se immanis illa bestia absorbusse crediderat , rursum viros suos de visceribus ejus educebant : & velut matres erga parvulos suos totis miserationum visceribus inhærebant , omnipotenti DEO effundentes pro ipsis flumina lachrymarum , vitamque pete- bant eis a DEO , & tribuebatur eis : nec sibi gratum iter ducebant ad Dominum , si partem membrorum suorum de Ecclesiis raptam , velut spolia quædam detineri a diabolo permisissent . „

facere vultis frater? quid agendum nobis putatis? Nonne sequi nos eorum sententiam & judicium convenit, atque erga eos, quos illi miserati sunt, non esse crudeles? „ Idque ut confirmet, memoratu dignum exemplum subjicit. „ Erat inquit, apud nos senex quidam Serapion nomine: qui diu inculpate vixerat, sed in persecutione cecidit. Is post lapsum saepe iterum recipi petierat; at nemo votis ejus annuit: 11.) sat-cri-

11.) Quia in persecutione Deciana multi ubique terrorum ad idolatriam defecerant, a plerisque Episcopis statutum erat, ut nonnisi post astam diu pœnitentiam reconciliatione, & communione donarentur. Ita S. Cyprianus Ep. 12. ad popul. Carthag. „ Compator inquit, & condoleo de fratribus nostris, qui lapsi, & persecutionis infestatione prostrati partem nostrorum viscerum secum trahentes, acrem dolorem nobis suis vulneribus intulernat. Quibus potens est Divina misericordia medelam dare; properandum tamen non puto, nec incaute aliquid & festinanter agendum: ne dum temere pax usurpatur, Divinæ indignationis offensa gravius provocetur... Nam cum in minoribus delictis, que non in Dominum committuntur, pœnitentia agatur justo tempore, & exomologesis fiat, inspecta vita ejus, qui agit pœnitentiam; nec ad communicationem venire quis possit, nisi prius illi ab Episcopo & Clero manus fuerit imposita: quanto magis in his gravissimis, & extre-

crificaverat enim. In morbum autem lapsus, toto triduo mutus, & sensibus destitutus hæ-

B 5

sit.

tremis delictis caute omnia, & moderate secundum disciplinam Domini observari oportet. „ Et Ep. 52. ad Antonian. „ Secundum quod antea fuerat destinatum, persecuzione sopita, copiosus Episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua, & Domini tutela protexit, in unum convenimus, & scripturis diu ex utraque parte prolati, temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totum spes communicationis, & pacis lapsis dene-garetur; ne plus desperatione deficerent, & eo quod sibi Ecclesia clauderetur, seuti seculum gentiliter viverent: ne: tamen rursus censura Evangelica solveretur, ut ad communicationem temere profilirent, sed traheretur diu peniten-tia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examina-rentur cause, & voluntates, & necessitates singulorum, se-cundum quod libello continetur, ubi singula placitorum ca-pita conscripta sunt. Ac si minus sufficiens Episcoporum in Africa numerus videatur, etiam Romanum super hac re scri-psimus ad Cornelium collegam nostrum: qui & ipse cum plurimis Coepiscopis habito concilio in eandem nobiscum sententiam pari gravitate & salubri moderatione consentit. „ Quin statutum omnino fuisse videtur, ut ii, qui idolis sa-crificarant, tota vita penitentiam agant, nec nisi in articulo mortis ad communionem admittantur. Ita enim S. Cy-prianus in laudata ad Antonian. Ep. post medium. „ Ideo placuit frater charissime, examinatis causis singulorum, li-bellaticos interim admitti, sacrificatis in exitu subveniri:

quia

sit. Quarto die cum ad se nonnihil rediisset , nepoti ex filia ad se vocato ait : Quousque detinetis me ? propera quæso fili , & aliquem ex Presbyteris ad me voca. Atque his dictis iterum obmutuit. Puer interim currit ad Presbyterum : erat autem nox , & Presbyter ægrotabat. Quia tamen præceptum a me fuerat , ut lapsis in exitu nemo reconciliationis solatia denegaret 12.)

ma-

quia exomologesis apud inferos non est , nec ad pœnitentiam quis a nobis compelli potest , si fructus pœnitentiæ subtrahatur . „ Unde non mirum , quod Serapionem hunc nemo recipere ad Communionem præsertim Eucharisticam voluerit , cum ex sacrificatis , seu iis , qui idolis sacrificaverant , fuerit.

12.) Nonnulli Episcopi rigidi adeo erant , ut mœchis ne quidem in articulo mortis reconciliationem indulgerent , teste S. Cypriano in laudata nunc Ep. ubi ait : „ Apud antecessores nostros quidam de Episcopis isthic in provincia nostra dandam pacem mœchis non putaverunt , & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauserunt ; non tamen a Coepiscoporum suorum collegio recesserunt , aut Catholice Ecclesiæ unitatem , vel duritiæ , vel censuræ suæ obstinacione ruperunt : ut quia apud alios adulteris pax dabatur , qui non dabat , de Ecclesia separaretur . „ Idem complures fieri volebant cum iis , qui in idolatriam lapsi erant , tum ut hoc pacto aliorum defectio impeditetur , tum ut jam lapsi ad

red-

maxime quos prius id rogasse constaret;

pa-

redintegrandam per martyrium fidem accenderentur. Indicat id rursum Cyprianus in cit. Ep. scribens. „ Nam cum acies adhuc inter manus esset , & prælium gloriosi certaminis in persecutione ferveret , toto hortatu, & pleno impetu militum vires fuerant excitandæ , & maxime lapsorum mentes classico quodam nostræ vocis animandæ ; ut pœnitentiæ viam non solum precibus , & lamentationibus sequerentur ; sed (quoniam repetendi certaminis , & reparandæ salutis dabatur occasio) ad confessionis potius ardorem , & martyrii gloriam nostris increpidi vocibus provocarentur. „ Rei tamen gravitate expensa Cyprianus primum statuit Ep. 13. & 14. ad Clerum suum „ ut qui libellum a Martyribus acceperunt , & auxilio eorum adjuvari apud Dominum in delictis suis possunt , si premi infirmitate aliqua & periculo cœperint , exomologesi facta , & mani eis in pœnitentiam imposita , cum pace sibi a Martyribus promissa ad Dominum remittantur ; cæteri vero, qui nullo libello a Martyribus accepto invidiam faciunt (quoniam non unius provinciæ , sed totius orbis hæc causa est) expectent Ecclesiæ ipsius publicam pacem , ut Episcopi plures in unum convenientes disponere omnia consilii communis religione possint. „ Clerus deinde Romanus finalem quidem cause decisionem cum Cypriano ad pacem Ecclesiæ , electionem novi Pontificis , & celebrandum ab eo concilium rejicit , provisione tamen moribundis omnibus , modo veræ pœnitentiæ signa præbeant , reconciliationis gratiam impendi jussit , in sua ad Cyprianum responsoria , inter Cyprianicas 31. ita scribens. „ Quanquam nobis in tam ingenti negotio placeat , quod & tu tractasti ,

prius

parum Eucharistiae puerο, qui ad se vene-
rat,

prius Ecclesiæ pacem sustinendam, deinde collatione con-
filiorum cum Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Confesso-
ribus, ac laicisstantibus facta, lapsorum tractare rationem...
tamen lapsorum curam mediocriter temperandam esse credi-
mus, ut interim dum Episcopus dari a DEO nobis sustine-
tur, insuspenso eorum, qui moras possunt sustinere, causa
teneatur; eorum autem, quorum vitæ urgens exitus dilata-
tionem non potest ferre, acta pœnitentia, & professa fre-
quenter suorum detestatione factorum, si lachrymis, si ge-
mitibus, dolentis ac vere pœnitentis animi signa prodi-
rent, cum spes vivendi secundum hominem nulla substi-
rit, ita demum caute, & sollicite subveniri: DEO ipso
sciente, quid de talibus faciat.. nobis autem anxie curanti-
bus, ut nec pronam nostram improbi homines laudent fa-
cilitatem, nec vere pœnitentes accusent quasi duram cru-
delitatem. „ Hanc iporro sanctionem ad Ecclesiæ omnes a
Romana transmissam esse testatur Cyprianus, laudata sæpe
Ep. 52. „ Nam in Epistola sua inquit, ita posuerunt:
„ Quanquam nobis in tam ingenti negotio placeat, &c. ut
supra. Ac deinde: Additum est etiam Novatiano tunc
scribente, & quod scripserat, sua voce recitante.. ut la-
psis infirmis, & in exitu constitutis pax daretur. Quæ li-
teræ per totum mundum missæ sunt, & in notitiam Eccle-
siæ omnibus, & universis fratribus perlatæ sunt. „ Con-
formiter igitur ad hanc Ecclesiæ Romane constitutionem,
Dionysius quoque noster statuit, ut lapsis in exitu re-
conciliationis solatia non negentur, vel ut alia Eusebii ver-
sio habet „ ut qui jam essent migraturi e vita, sanctorum

rat, dedit , jussitque in os senis infundi.

13.)

mysteriorum (dummodo peterent , & vel maxime si antea , dum integra valetudine erant supplices petivissent) participes fierent ; sicque cum pace dimissi , & bona spe confirmati excederent . „ Eadem sanctio non solum confirmata est dein in Concilio I. Carthaginensi , sed testatur S. Cyprianus Ep. 53. & in Concilio Romano a Cornelio Papa celebrato , ut supra ex Ep. 52. audivimus , damnato etiam Novatiano , qui idololatriæ remittendæ potestatem negare Ecclesiæ ausus erat ; sed cum persecutio Decii per ejus necem sopita , non multo post successorum ejus Galli , & Volusiani edictis recrudesceret , in Synodo II. Carthaginensi mense Majo anni CCLII. statutum insuper fuit , ut lapsis etiam sacrificatis & valentibus , modo veræ pœnitentiæ indicia præberent , venia & communio concederetur : quo magis parati ad novum certamen , & martyrium redderentur . Qua de re ita laudata Synodus in sua ad Cornelium Papam Epistola inter Cyprianicas 54. „ Statueramus jam pridem Frater charissime , ut qui in persecutionis infestatione supplantati ab adversario , .. sacrificiis se illicitis maculassent , agerent diu pœnitentiam plenam , & si periculum infirmatis urgeret , pacem sub iœtu mortis acciperent ... Sed cum videamus diem rursus alterius infestationis appropinquare , ... necessitate cogente censuimus , eis , qui de Ecclesia Domini non recesserant , sed pœnitentiam agere , & lamentari , ac Dominum deprecari a primo lapsus sui die non destiterunt , pacem dandam esse , & eos ad prælium , quod imminet , armari oportere ... Merito enim trahebatur pœnitentia tem-

13.) Redit igitur puer Eucharistiam adferens,
14.)

pore longiore , ut infirmis in exitu subveniretur , quamdiu quies & tranquillitas aderat , quæ differre plangentium lachrymas pateretur. At nunc non infirmis , sed fortibus pax necessaria est , nec morientibus , sed viventibus communicatio a nobis danda est ; ut quos excitamus ad prælium , non inermes , & nudos relinquamus , sed protectione Sanguinis & Corporis Christi muniamus , &c. ,

13.) Presbyter hic eger decumbebat , & idcirco quemadmodum Serapionem adire , ita Liturgiam facere non poterat , Eucharistiam tamen ad eum deferendam puero tradidit : asservabatur igitur primis etiam seculis ad usum infirmorum Eucharistia semel consecrata , quodque sequitur , vetus Ecclesia non in solo usu , seu actuali sumptione Eucharistie , ut Bucerus , Kemnitius , & Luthericolarum plerique volunt , sed a momento peractæ consecrationis , usquedum panis & vini species corruptantur , Christum realiter presentem esse in Eucharistia credidit. Idem certe non obscure docet Tertullianus 1. 2. ad uxor. dum a gentilis conjugio eam dehortans , & ad vigentem tunc ob crebras persecutiones morem asservandi in privatis etiam domibus Eucharistiam alludens ait : „ Nesciet maritus , quid secreto ante omnem cibum gustes ? & si scierit panem , non illum credet esse , qui dicitur. „ Et S. Cyprianus 1. de lapsis indigne communicantium exempla referens „ Quædam inquit , cum arcam suam , in qua Sanctum Domini fuit , manibus indignis tentasset aperire , igne inde surgente deterrita est &c. „ Quodsi Christus in Eucharistia permanenter adest , quis honorem DEI Filio debitum denegare illi ausit ? Rectissime proin Tridenti-

14.) cumque domum ingrederetur, Sera-
pion ad eum : Venis inquit fili , & licet
Presbyter venire non potuerit , tu tamen
fac , quod is præcepit. Cumque puer ori-
eius

tinum sess. 13. can. 7. sanxit. „ Si quis dixerit , non licere
sacram Eucharistiam in sacrario reservari , sed statim post
consecrationem adstantibus necessario distribuendam ; aut non
licere , ut illa ad infirmos honorifice deferatur ; anathema
sit. „ Vide etiam Canonem 6. ibid.

14.) Cum audis puerum Eucharistiam ad infirmum de-
ferre , ne mirare : olim enim fidelibus etiam in Ecclesia com-
municantibus non sacerdos ipse Sacramentum in os immitte-
bat , sed viri nuda manu , feminæ autem linteolo manui su-
perposito excipiebant Corpus Christi. „ Accedens ad com-
munionem , ait S. Cyrillus Jerosol. Catech. Mytagog. 5.
non expansis manuum volis accede , neque cum disjunctis di-
gitis , sed sinistram veluti fedem quandam subjiciens dexte-
ra , quæ tantum Regem suscepturna est , & concava manu
fuscipe Corpus Christi , dicens Amen. „ Et S. Augustinus
serm. 252. de temp. „ Mulieres quomodo nitidum exhi-
bent linteolum , ubi Corpus Christi accipient , sic corpus
castum & cor mundum exhibeant. „ Id tamen postea ju-
stis de causis mutatum , & hodierna disciplina est inven-
ta. Ecclesia enim eam potestatem se habere semper creditit ,
quemadmodum Tridentinum sess. 21. c. 2. ait. „ Ut in Sacra-
mentorum dispensatione , salva illorum substantia , ea statue-
ret , vel mutaret , quæ fuscipientium utilitati , seu ipsorum
Sacramentorum venerationi , pro rerum , temporum , & lo-
corum varietate , magis expedire judicaret. „

eius Eucharistiam infudisset, velut catenis quibusdam disruptis, lætiorem jam spiritum reddidit. „ 15.)

Ne-

15.) Dionysius reconciliationis solatia p̄onitentibus moribundis impendi jussferat, ut audivimus; Presbyter vero a Serapione rogatus Eucharistiam ei per puerum mittit, & hac ori infusa senex placide moritur. Quid istud, num veteres peccatorem Deo reconciliari per Eucharistiæ sumptionem, reatumque culpæ mortalis solvi existimabant? absit. Probe enim norant illud Apostoli: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* *Qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini.* 1. Corinth. 11. v. 20. In quæ verba S. Augustinus Tr. 26. in Joan. Quam multi inquit, de Altari accipiunt, & moriuntur, & accipiendo moriuntur! Unde dicit Apostolus: judicium sibi manducat & bibit. „ Et S. Chrysostomus Homil. 60. ad pop. Antioch. „ Inhumanus accedat nemo, nemo crudelis & immisericors, nemo prorsus immundus. Hæc ad communicantes dico, & ad vos ministrantes.. Non parva vobis imminet ultiō, si quenquam illius culpæ consciī, hujus mensæ participem esse concedatis: sanguis ejus de manibus vestris exquiretur. „ Ante utrumque, & Dionyſium etiam Alexandrinum S. Justinus Apolog. 1. „ Alimentum hoc apud nos vocatur Eucharistia, cuius nemini alii licet esse participem, nisi qui credit vera esse, quæ credimus, & regenerationis lavacro ablutus fuerit, & ita vivat, ut Christus tradidit, &c. „ Num forte Presbyter per internuncium puerum a peccatis absolvit Serapionem? Ne id quidem. Nullum enim ille hac

de

Neque parvus laboribus his fructus respondit, sed eliminata penitus Novatiana

Acta & Scripta S. Dionysii Alexandr.

C hæ-

de re verbum, ut narratio ipsa docet, nec Ecclesia unquam credidit ab absente Presbytero sacramentaliter remitti peccata posse pœnitentibus. Nam si id credidisset, nil profecto fuisset, cur Episcopi & Presbyteri imminentibus persecutionibus sollicite adeo populum congregarent, catechumenosque baptismo, ac pœnitentes absolutione donarent; neque habuisset populus, quod de absentia Ministrorum quæreretur: quod tamen factum esse primorum seculorum Historia passim narrat, docetque etiam S. Augustinus Ep. ad Honoratum ita scribens. „ An non cogitamus, si Ministri desint, quantum exitium sequatur eos, qui de isto seculo vel non regenerati exeunt, vel ligati? quantus est etiam iuctus fidelium suorum, qui eos secum in vita æternæ requie non habebunt? quantus denique gemitus omnium, & quorundam quanta blasphemia de absentia Ministrorum? Certe jam vides, quod te scripseras non videre, quantum boni consequantur populi Christiani, si non eis defit præsentia Ministrorum Christi, quorum vides etiam, quantum ob sit absentia. „ Quid igitur? Nempe absolutus jam dum a peccatis fuerat Serapion, minoreque duntaxat excommunicatione innodatus manferat, qua ab Eucharistica communione prohibebatur: hac proinde sola eum licet absentem exolvit Presbyter ex Episcopi sui mandato, & Sacramentum Corporis Domini in reconciliationis plenæ signum, & profectionis viaticum transmisit. Scitum est enim apud veteres, eos, qui solemnem, & publicam pœnitentiam agebant, ut minus in substrationis gradu a peccatis sacra-

men-

hæresis ab Oriente fuit, quemadmodum
Dio-

mentaliter absolvı consuevisse, quo tamen non obstante per plures etiam annos ab oblatione panis & vini, communio neque Eucharistica arcebantur. Scitum est etiam reconciliationis nomine non semper apud eos intelligi sacramentalem a peccatis absolutionem, sed saepe etiam absolutionem Canonicam, seu a censuris, aut pœnitentiæ solemnis oneribus. Manifestum id fit ex Concilio Carthag. IV. & Arausidiano I. Quorum illud Can. 76. ita habet. „ Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium, qui audierunt, & accipiat pœnitentiam, & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia. Quodsi supervixerit... subdatur statutis Pœnitentiæ legibus, qnamdiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit. „ Et Can. 78. Pœnitentes, qui in infirmitate viaticum Eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint. „ Alterum autem Can. 3. „ Qui inquit, recedunt de corpore Pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communiciari. Quod morientium sufficit consolationi secundum definitiones Patrum, qui hujusmodi communionem congruenter Viaticum nominarunt. Quodsi supervixerint, stent in ordine pœnitentium, ut ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione accipiant. „ Ubi vides reconciliationem, quæ ad moribundi solatium sufficiebat, quamque Eucharistica communionio sequebatur, sacramentalem fuisse absolutionem, quæ autem postea convalescenti præter spem, & pœnitentiæ solemnis stationes percurrenti impendenda erat, non nisi Canonicam.

Dionysius ipse in Epistola ad Stephanum Papam circa annum CCLIV. data scribit, apud Eusebium l. 7. Hist. c. 4. „ Scias inquit, frater, omnes Ecclesias in Oriente, quæ prius conturbabantur, nunc in concordiam rediisse. Omnes enim Ecclesiarum Præsides sibi invicem cohærent, gaudentes de pace, quæ præter expectationem est reddita: Demetrianus inquam Antiochiæ, Theoctistus Cæsareæ, Mazabanes Hierosolymis, defuncto in pace Alexandro, Marinus Tyri, Heliodorus Laodiceæ; post obitum Thelimydris, Helenus Tarsi in Cilicia, Firmilianus in Cappadocia. Solos autem illustriores Episcopos nomino, ne Epistolam prolixiorem, & narrationem molestam reddam. Universa denique Syria, Arabia, Mesopotamia, Pontus, Bithynia, & ut in summa dicam, omnes ubique unanimes, multaque sibi invicem charitate conexi glorificant Deum nostrum. „ At dum in hac peste profliganda feliciter defudat, nova inter summos viros controversia enata est. Cyprianus enim cum plerisque Afris, & Firmilianus cum Afiano-

rum non paucis collatum ab hæreticis Baptisma universe rejiciendum esse contende-
bant; Stephanus vero tum Romanus Pon-
tifex nihil innovari patiebatur, sed secun-
dum Majorum traditionem conversis ab hæ-
refsi manus tantum in pœnitentiā imponi
jussit. Atque hac in causa Dionysium quo-
que nostrum Cypriano consensisse differte
testatur S. Hieronymus l. de Vir. illustr. in
eius elogio inquiens: „Dionysius Alexan-
drinæ urbis Episcopus.. in Cypriani, &
Africanæ Synodi dogma consentiens de hæ-
reticis baptizandis, ad diversos plurimas
misit epistolas. „ Idemque e recentiori-
bus de illo censet Natalis Alexander in Hist.
Eccl. seculi III. c. 4. art. 6. & dissert. 12.
art. 1. Aliter tamen visum est S. Basilio,
qui cum & loco & tempore propinquior fue-
rit Dionysio, quam Hieronymus, magis ut-
tique mentem ejus pervidere potuit. Ita
autem juxta edit. Parisin. an. MDCCXXX.
tomo 3. Ep. 138. quæ est prima ad Amphi-
loch. can. 1. scribit. „ Pepuzenorum Ba-
ptisma nullam mihi habere rationem vide-
tur, & miratus sum, quomodo hoc Dio-
ny-

nyssium hominem Canonum peritum fugerit.,, Et infra Montanistarum Baptismum improbans: „ Non enim inquit , baptizati sunt , qui in ea , quæ nobis tradita non sunt , baptizati fuere. Quare etsi hoc Dionysium magnum latuit , servanda nobis non est imitatio erroris. „ Quibus verbis luculente sane indicat , non sedisse Dionysio opinionem illam , quæ Baptisma hæreticorum universe reprobabat. Et vero si id opinatus esset Dionysius , qua fronte conciliatorem pacis agere inter Asianos , & Romanum Pontificem ausus fuisset? quod testatur de illo Eusebius l. 7. Hist. c. 5. Quomodo etiam denegare Baptismum potuisse converso illi , de quo Ep. 5. ad Xystum , apud laudatum nunc Euseb. l. 7. Hist. c. 9. ita scribit. „ Vere frater consilium peto , quid tibi videatur in ea causa , quæ in Ecclesia nostra orta est: vereor enim , ne fallar in aliquo. Erat apud nos fidelis quidam antiquitus , ante etiam quam ego Episcopus ordinarer , imo & antequam decessor meus Heraclas. Is cum intereffset his , qui baptizantur , & audiret , quid

interrogentur 16.) quidve respondeant,
flens accessit me, & procidens ad pedes meos

CON-

16.) Qui ex catechumenis post sufficientem institutio-
nem ad Baptismum apud veteres electi erant, Sabbato san-
cto, vel Pentecostes summo mane ad Ecclesiam nudis pedi-
bus comparebant. Quo cum & fideles, Clerusque conve-
niisset, Episcopus supremum de vita moribusque illorum
scrutinium instituit, ne forte indignus quispiam mysteriis se
ingereret. Hoc finito impositione manuum, exufflationibus,
& exorcismis præparabantur a Presbyteris, inchoatoque
interim Divino officio, benedicebatur cereus, & varia Di-
vinæ Scripturæ loca e veteri cumprimis Testamento, ut
hodiecum sit, legebantur. Quibus peractis, & dimissis ca-
techumenis aliis, electorum singuli Orationem Dominicam,
& Symbolum Fidei palam recitabant, teste S. Augustino
serm. 59. ubi alloquens eos ait: „ Tenete hanc orationem
quam reddituri estis publice ad octo dies. Quicunque au-
tem vestrum symbolum non bene reddiderunt (præcedenti-
bus diebus) habent spacium, teneant: quia die Sabbati san-
cti audientibus omnibus reddituri estis, quo baptizandi estis. „
Tum Episcopus albis indutus in baptisterium illos deduxit
Erat autem baptisterium veterum ædicula templo ad sita,
rotundæ ut plurimum figuræ, conclavibus parvis instructa,
& in medio sacro fonte sat capaci, & ad hominis fere men-
suram profundo; de quo S. Isidorus Hispal. l. 2. de offic. Ec-
cles. c. 24. „ Fons origo omnium gloriarum est, cuius se-
ptem gradus sunt: tres in descensu, propter tria, quibus
re-

confiteri cœpit se Baptisma aliter ab hæreticis
suscepisse , quod secundum ea , quæ nunc vi-

C 4 de-

renunciamus , tres in ascensu , propter tria , quæ confite-
mur : septimus vero is est , qui & quartus , similis Filio
hominis &c. , Huc ut ingressi sunt , viri pariter , ac mu-
lieres baptizandæ vestibus omnibus nudabantur , teste S.
Cyrillo Jerosol. Cathech. Mystag. 2. scribente „ Statim
ut ingressi estis , vestem exuistis : quod quidem exuti homi-
nis antiqui cum operibus suis imago fuit ; atque ita eratis
nudi , imitantes & in hoc eum , qui in cruce nudatus fue-
rat , Christum. „ In quibusdam tamen Ecclesiis mulierum
pudori consulebatur oppenso velo , in aliis obscuritate loci,
in omnibus , quod viri seorsim a feminis consisterent , & ba-
ptizarentur. Nudatos ita , & conversos ad occidentem al-
ta voce interrogabat Episcopus : *Abrenencias Satanæ?* illi-
que manu protensa respondebant singuli : *Abrenuncio.* Epi-
scopus rursum : *Et omnibus pompis ejus?* Et illi : *Abrenun-
cio.* Episcopus : *Et omnibus operibus ejus?* Illi autem : *Ab-
rerenuncio.* Episcopus : *Et omni cultui ejus?* Et baptizan-
di : *Abrenuncio.* Tum Episcopus : *Insuffla igitur , & expue-
in illum* (nempe satanam.) Quod cum fecissent singuli , ad
orientem sese converterunt ; „ qui enim abrenunciat diabo-
lo , ad Christum convertitur „ ait S. Ambrosius 1. 2. de
Myster. c. 2. Unde & Episcopus ex iis quærebat : *Con-
junctus es Christo?* iique reponebant : *Conjunctus sum.*
Atque hoc dicto ungebant singulos oleo sacro in vertice ,
pestore , & inter scapulas : apud Græcos autem post uncio-
nem hanc Diaconi viros , & Diaconissæ feminas a summis

derat , nec Baptisma duceret , eo , quod blasphemias plena sit illa confessio. Ac propte-

capillis ad imos usque pedes eodem oleo perungere conふerunt. Mox benedicto per Episcopum fonte , primum viri baptizandi in eum descendebant , quos seorsim singulos a Diacono sibi oblatos interrogat Episcopus : *Credis in Deum Patrem?* Illi autem : *Credo.* Episcopus : *Credis in Dominum Iesum Christum , & in Crucem ejus?* Baptizandus : *Credo.* Episcopus : *Credis in Spiritum Sanctum?* Et ille : *Credo.* Denique his peractis Episcopus singulos toto corpore in fontem ter demergens & educens , solitam Baptismi formulam pronunciabat : *Ego te baptizo in nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti , Amen.* Vel cum Græcis : *Baptizatur servus DEI N. in nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti , nunc & semper , & in secula seculorum , Amen.* Viros sequebantur mulieres a Diaconissa Episcopo præsentatæ : quas ille vix intueri poterat , cum baptisteria obscura essent , soloque Paschali cereo in angulo ejus ardente nonnihil illustrarentur. Post expletum Baptismum veste candida induebantur neophyti , suisque singuli cereis ex Paschali accensis instructi ad Ecclesiam reducebantur , decantato interim psalmo : *Beati , quorum remissæ sunt iniustitiae.* Qua de re ita S. Gregorius Naz. Orat. 40. Statio hæc qua confessim a Baptismo ante magnum Sacrarium stabis , futuræ vitæ gloriam præsignat. Psalmorum cantillatio , cum qua accipieris , illius cœlestis hymnodiarum præludium est. Lampades quas accendes , illius luminum gestationis figuram gerunt , cum qua splendidæ & virgines animæ , splendi-

pterea orabat se purissimo Ecclesiæ Baptismo initiari, ut gratiam posset consequi Spiritus Sancti. Quod ego facere ausus non fui, sed dixi sufficere ei tanti temporis communionem. 17.) Nam qui Eucharistiæ ce-

C 5 le-

didis fidei lampadibus Christo sposo obviam prodibimus: nec per ignaviam dormientes, ne inscientibus nobis, is, cuius adventus expectatur, inopinato adsit; nec alimento & oleo, bonisque operibus carentes, ne a nuptiali cubiculo excludamur., Post redditum in Ecclesiam Episcopus sacris induitus, neophytis Sacramentum Confirmationis conferebat, peractoque Missæ Sacrificio, Corpore etiam ac Sanguine Domini reficiebat, addita apud Occidentales pauxilli mellis & lactis degustatione, ad significandam infantiam spiritalem. At de his satis. Ex quibus colliges illum, de quo loquitur Dionysius, verosimillime non in ipsa Baptismi forma, sed in previis illis interrogationibus, alia longe apud haereticos audisse: cum teste S. Augustino l. 6. de Baptismo c. 25. facilius inveniantur haeretici, qui omnino non baptizent, quam qui non Evangelicis verbis baptizent.,

17.) Quanquam Baptismus fluminis in Lege Evangelica, necessitate medii, ut loquuntur Scholastici, ad salutem obtinendam sit necessarius, casu quo tamen suscipi nequit, vel invalide suscepimus est, suppleri quoad effectum non solum per martyrium, sed etiam per actum charitatis perfectæ potest. Qui enim dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum DEI;* Joan. 3. v. 5. dixit etiam: *Si quis diligit me, ser-*

lebrationem frequenter audierit , & cum
cæteris responderit , Amen , & Corporis , ac

San-

*monem meum servabit , & Pater meus diligit eum , & ad
eum veniemus , & mansionem apud eum faciemus.* Joan.
14. v. 23. Unde S. Ambrosius Oratione in obitum
Valentiniani junioris : Audio , inquit , vos dolere , quod
non acceperit Sacraenta Baptismatis.. atqui dudum hoc
voti habuit , ut antequam in Italiam venisset , initiaretur ,
& proxime baptizari se a me velle significavit , & ideo
præ cæteris causis me accersendum putavit. Non habet er-
go gratiam , quam (per actum perfectæ charitatis) deside-
ravit? non habet , quam poposcit ? Certe quia poposcit ,
acepit. ,, Et S. Augustinus l. 4. de Baptismo c. 22. ,, In-
venio non tantum passionem pro nomine Christi , id quod ex
Baptismo deerat , posse supplere , sed etiam fidem , con-
versionemque cordis , si forte ad celebrandum myste-
rium Baptismi in angustiis temporum succurri non po-
test. ,, Nihilominus qui ex gravibus momentis dubitat , an
rite baptizatus sit , Baptismum petere , & fuscipere cum ap-
posita conditione tenetur : ut in libris Ritualibus passim le-
gimus. At is , de quo isthic sermo est , non videtur omni-
no sufficientem dubitandi causam habuisse , num ab hæreti-
cis valide baptizatus fuerit , & idcirco ne quidem sub con-
ditione baptizandus de novo erat : cum hæretici etiam Sa-
cramenti hujus ritum a Christo præscriptum observare so-
leant , ,, ad Baptismum autem , qui verbis Evangelicis con-
securatur , non pertineat dantis vel accipientis error , sive
de Patre , sive de Filio , sive de Spiritu sancto aliter sen-
tiant , quam ecclesiæ doctrina insinuat , , ait S. Augustinus
l. 4. de Baptif. c. 75.

Sanguinis Domini nostri JESU Christi particeps diu fuerit, ego eum de integro renovare non ausim. Porro ut bono esset animo, & cum firma fide, ac bonæ spei plenus ad Sacra menta accederet, jussi. Ille tamen a luctu & lachrymis non cessat, nec ad mensam Dominicam ultra vult accedere, & vix compulsus a nobis orationi audit interesse.,,

Quidquid sit, agitatam de Baptismo magnis motibus litem consopivit persecutio, anno Chr. CCLVII. a Valeriano, & Galieno augustis edicta. In qua quid Dionysius noster passus sit, ita fere narrat ipse Ep. ad Germanum, cuius nescio loci Episcopum, sed obtrectatorem suum, apud laudatum saepe Eusebium, juxta editionem Grynæi l. 6. Hist. c. 19. & l. 7. c. 10. „In confetu DEI loquor, & ipse me non mentiri novit, haud quaquam mei ipsius, rationem habens, neque sine Deo fugam cepi, sed quadriduum domi mansi adventum Frumentarii, 18.) quem ad me quærendum missum

18.) Frumentari nomine interdum veniunt milites ad frumenta in usum castrorum comportanda missi. Ita Julius Cæ-

sum audieram , expectans . Ille vero cum omnia perscrutaretur , vias , flumina , agros , ubi me latere , vel transisse putabat , cæcitate quadam tenebatur , ne in domum meam veniret . Non enim credebat me domi ea tempestate manere . Vix tandem die quarto , præcipiente mihi DEO ut migrarem , viamque mirabiliter aperiente , ego & complures fratres simul egressi sumus . At sole

OC-

Cæsar l. s. Bell. Gall. c. 9. „ Lucterius inquit , agmen jumentorum ad oppidum adducit . Dispositis ibi præsidiis hora noctis circiter decima , silvestribus angustisque itineribus frumentum importare in oppidum instituit . Quorum istrepitum vigiles castrorum cum sensissent , exploratoresque missi , quæ agerentur , renunciassent . Caninius celeriter cum cohortibus armatis ex proximis castellis in frumentarios sub ipsam lucem impetum fecit . „ Interdum ii , qui frumento in populum dividendo præerant . Augustus enim teste Svetonio in Octav. Aug. c. 37. „ quo plures partem administrandæ Reipublicæ caperent , nova officia excogitavit : curam operum publicorum , viarum , aquarum , alvei Tyberis frumenti populo dividendi &c. Necessariumque prorsus id genus officium erat , cum Romæ trecenta viginti millia hominum frumentum ex publico aliquando acciperent , licet Julius Cæsar teste eodem Sveton. in Jul. Cæs. c. 42. numerum illum ad centum quinquaginta millia reduxerit . Postea Frumentarii inter eos reiecti sunt , qui Proconsulibus , & Præsidibus provinciarum ab obsequiis erant .

occidente , una cum illis , qui mecum erant,in satellitum manus incidi , & Taposirim ab iis abductus sum. Timotheus secundum providentiam Dei non aderat , nec captus erat. Ubi autem Alexandriam venit , domum desertam reperit , & ministros eam custodientes , nos vero captos esse intellexit. Hinc perturbato , ac fugienti fit obviam ex agro quispiam , causamque cur ita festinaret ? percontatur. Edicit , quod res erat Timotheus : ille vero cum audisset , ad nuptiale convivium , quo alias ibat , iter suum prosequitur , & ubi illuc venit , accumbentibus quod audierat , indicat. Hi uno impetu velut ex pacto erumpunt illico , & velocissimo cursu cum tumultuaria vociferatione ad nos feruntur : cumque milites , qui nos custodiebant , diffugissent , in nos invadunt , sicut eramus in scannis jacentes. Ac ego quidem , Deus testis est , quoniam eos primum prædones esse , & depræandi gratia venisse putabam , sicut eram in lineo indumento jacens , reliqua vestimenta , quæ adjacebant , illis porrigebam. Illi autem ut surgerem , & velociter exirem , ju-
be-

bebant.. Cunctantem manibus & pedibus
corripiunt , atque asino impositum e civi-
tatula avehunt.. Veni deinde (captus ite-
rum , vel evocatus tantum) ad AEmilianum,
non solus , sed comitati sunt me Presby-
ter meus Maximus , & Diaconi Faustus ,
Eusebius , ac Chæremon ; denique nobis-
cum venit etiam quidam ex Romanis fratri-
bus , qui tum aderant. AEmilianus vero non
dixit mihi: Ne conventus facias. Non enim
erat illi sermo de faciendis conventibus ,
sed de eo , ne prorsus Christiani essemus ,
præcipiebatque , ut Christianus esse desi-
nerem. Putabat namque , si ego senten-
tiam mutarem , fore , ut me sequerentur alii.
Respondi illi nec incompetenter , nec pro-
lixe : Oportet Deo magis obedire , quam
hominibus ; & palam testificabar : Deum ego
solum existentem , & nullum alium colo ,
nec desinam esse Christianus.. Audite igi-
tur , quæ ab utrisque sicut in Acta relatum
est , dicta sunt. Introductis Dionysio , &
Fausto , & Maximo , & Eusebio , & Chæ-
remone , AEmilianus Præsidis potestate fun-
gens dixit: Exposui vobis clementiam Do-

mi-

minorum nostrorum , qua erga vos utuntur . Etenim facultatem salutis vobis dederunt , modo ad id , quod natura ipsa dictat , reverti , & deos Imperii hujus custodes adorare , ac quæ naturæ repugnant , oblivisci velitis . Quid igitur ad ita dicitis ? Dionysius respondit : Non cuncti cunctos , sed singuli aliquos deos adorant , quos adorandos esse putant . Nos igitur unum illum Deum , omnium opificem , qui etiam pienissimis Augustis , Valeriano , & Galieno Imperium hoc commendavit , colimus , & adoramus , illumque indefinenter pro Imperio eorum , ut immotum permaneat , oramus . Æmilianus Præses dixit : Quid impedit , quominus & vestrum illum , si quidem Deus est , una cum hisce nostris secundum natu ram diis adoretis ? deos enim adorare jussi estis , quos deos esse omnes sciunt . Dionysius respondit : Nos nullum alium adoramus . Æmilianus Præses dixit : Video vos & ingratos esse , & non sentire mansuetudinem Augustorum ; quapropter in urbe hac non eritis , sed mittemini in partes Lybiæ ad locum , qui dicitur Cephro : hunc enim

vobis jussu Augustorum nostrorum selegi.
 Haudquaquam autem licebit vobis, & aliis
 synodos colligere, vel ad cœmeteria, sicut
 vocant, ingredi: si vero quisquam vestrum
 non in eo loco, in quo vos esse jussi, de-
 prehendatur, sibi ipsi periculum consciscet:
 non enim deerit competens cura. Discedi-
 te igitur, quo jussi estis. Atque his di-
 catis, me tametsi ægrotantem, ut propere
 abirem, ursit, ne unius quidem diei dilata-
 tione concessa. Quomodo igitur conventum
 facere potui? 19.) Ast ut in exilium veni-
 mus, a cœtu Domini non abfuimus, sed
 eos, qui in urbe erant, quasi adesse, col-
 legi, absens quidem corpore, præsens au-
 tem spiritu: & in Cephro magna nobiscum
 commorata est Ecclesia, partim eorum fra-
 trum,

19.) Criminatus fuisse Dionysium nostrum videtur Ger-
 manus, quod edicta persecutione fugam illico arripuerit,
 quin prius, ut moris erat, & officium Pastorale postulabat, po-
 pulum convocaret in Ecclesiam, & catechumenis baptisma,
 pœnitentibus absolutionem sacramentalem, fidelibus aliis Eu-
 charistiam, omnibus salutaria monita impertiret. Nam tamen
 criminacionem egregie repellit Dionysius, comprobando se
 nonnisi Dei monitu fugam cœpisse, nec muneri suo quoad
 licuit defuisse.

trum , qui nos ex urbe sunt secuti , partim qui ex Agypto reliqua adfuerunt. Et illic mihi DEUS ostium verbi sui aperuit. Quamvis enim initio persecutionem & laminationem pertulerimus , dein tamen haud pauci relictis simulacris ad Deum sunt conversi.. Et quoniam nos ob eam causam ad illos adduxerat Deus , postquam ministerium illud adimplevimus , alio rursus transtulit. Aemilianus enim ad asperiora nos , & magis Lybica loca ire , Marcotamque confluere præcepit , ac singulis ejus loci vicos deputavit , ita re disposita , ut quando vellet , omnes facile capi possemus. Atque ego quidem cum ad Colluthionem mihi magnandum esse denunciaretur , quomodo affectus fuerim , norunt , qui adfuerunt , &c.,,

Persecutionis & exilii molestiis malum aliud accessit , quod Dionysio haud multo minores curas faceſſivit. Sub idem enim tempus Sabellius 20.) e Pentapoli Lybiæ oriundus , haustam a Noeto Magistro suo hæresim disseminare cœpit , contendens De-

Acta & Scripta S. Dionysii Alexandrini.

D um

20.) De hæresiarcha hoc vide dicta Annot. 33. ad S. Gregor. Neocæsar.

um non natura solum , sed & hypostasi , ac persona unicum esse , nec nisi pro diversa efficientia diversis nominibus nuncupari , Patrem scilicet ob legem Moysi in Sina datam , Filium ob assumptam carnem nostram , & Spiritum Sanctum ob descensum in Apostolos die Pentecostes . Qua de re ita S. Athanasius juxta edit . Parisin . anni MDCXCVIII . tom . 1 . Ep . de sententia Dionysii nostri . „ In Pentapoli inquit , superioris Lybiæ , quidam Episcoporum sententiam Sabellii amplectebantur , tantumque eorum commenta invaluerant , ut ulterius Filius Dei vix in Ecclesiis prædicaretur . Re cognita Dionysius , ad cuius curam eæ Ecclesiæ pertinebant , legatos misit , qui auctores harum rerum ab illis pravis opinionibus retraherent . Illis autem de stultitia sua non remittentibus , impudentiusque in impietate pergentibus , coactus est ad illorum improbitatem retundenam epistolam scribere , & humanitatem Christi ex Evangeliiis commonstrare : ut illis audacius Filium Dei abnegantibus , & humana ejus Patri imputantibus , commonstrata rei veritate , non Patrem , sed Filium pro nobis

bis hominem esse factum , rudibus illis & inscitis hominibus Patrem non esse Filium persuaderet , & paulatim ad veram Filii Deitatem credendam , & Patris cognitionem evehere posset. „ At Epistola ista occasionem dein præbuit , ut Dionysii nostri fides apud Dionysium Romanum in quæstionem vocaretur ; de quo infra.

Hæc dum aguntur , Valerianus Imperator anno Chr. CCLX. Imperii sui septimo, a Sapore Persarum Rege bello captus , & in servitutem miserrimam redactus est. 21.) Unde mitior redditus Galienus , persecutionem Christianorum haud diu post inhibuit , & ad extores Episcopos in hæc verba literas dedit , apud Eusebium l. 7. Hist. c. 12. „ Imperator Cæsar Publius Licinius Galienus Pius Fortunatus Augustus , Dionysio , &

D 2 Pin-

21.) Constantinus M. in Oratione ad Patres Nicænos , quam refert Eusebius l. 4. de vita Constant. versus finem de Valeriano hæc ait : „ Cædem in Ecclesia cum exercuissest , supernum iudicium Valeriane sensisti . Nam turpe mancipium in regali purpura , & Imperatorio ornatu deprehensus es , ac tandem a sapore Persarum Rege excoriari jussus , & salitus , æternum de calamitate propria trophæum permanebis. „

Pinnæ , & Demetrio , ac reliquis Episcopis .
 Beneficentiam doni mei per universum mun-
 dum publicari mandavi , ut omnes a locis ,
 quibus disciplinæ gratia detinentur , disce-
 dant : & ob hanc causam etiam vos exem-
 plo hujus rescripti mei uti potestis , nec
 quisquam vobis negocium facesset , ob hoc
 quod a vobis licite perfici potest . Aurelius
 Cyrenius , qui maximo negotio præest , ex-
 emplar a me datum custodit . „ Uſus igi-
 tur indulgentia Dionysius Alexandriam re-
 diit , quamvis non multo pacatius illic , quam
 in exilio acturus . Cum enim Galieni auto-
 ritas ob ignaviam eviliuſſet , quemadmodum
 in aliis Romani orbis provinciis , Divina hu-
 manaque omnia crebris tumultibus misceban-
 tur , ita & Alexandria in duas factiones di-
 visa bello civili ardere 22.) sævissime cœpit .

Cu-

22.) Seditonis Alexandrinæ meminit quidem Dionysius
 noster etiam in Ep. ad Fabium Antioch. ubi Decianam per-
 secutionem describit , ut supra vidimus : ut idcirco suspica-
 ri quis possit , de eadem hic sermonem esse . Si tamen Eu-
 sebius juxta versionem tam Rufini , quam Grynæi (quæ nunc
 mihi ad manus solæ sunt) attendamus , seditione hæc ab illa
 omnino distinguenda , & post Valeriani ac Galieni persecu-
 tionem collocanda est .

Cujus calamitates Dionysius noster apud Euseb. l. 7. Hist. c. 20. Ep. ad Hieracem sic describit. „ Non mirare , si arduum sit per epistolas eos alloqui , qui procul sunt diffici : quando & mihi ipsi loqui , & cum propria anima consultare factum est difficile. Etenim ad mea ipsius viscera , & ejusdem Ecclesiæ fratres epistolaribus scriptis uti cogor , quæ ipsa quomodo ad eos mittam , vix invenio. Facilius enim quis non dico extra fines regionis hujus , sed & ab Oriente ad Occidentem , quam Alexandriam ex ipsa Alexandria proficiscetur. Est enim media civitatis hujus via magis invia , quam solitudo illa vasta , quam Israelitæ duarum generationum tempore perambularunt.. Fluvius , qui civitatem alluit , aliquando siccior , & squallidior apparet inaquosa illa solitudine , quam Israel transeundo ita sitivit , ut contra Moysem vociferaretur , ac jurgaretur. Aliquando rursus ita exundat , ut cunctam circum regionem , viasque & agros involvat.. Sanguine autem , cædibus , ac submersiōnibus ita perpetuo pollutus labitur , ut nihil differat ab eo , qui Pharaoni sub Moy-

se in sanguinem mutatus fuit.. Unde maxima hæc urbs tantam non habet amplius multitudinem civium , si a parvulis ad decrepitos numerentur , quantum antea canorum senum nutravit. „

Bellum civile secuta est fames , & lues
23.) pestilens ; de qua **Dionysius noster** in
Epi-

23. Lues hæc Gallo , & Volusiano imperantibus cœpit,
teste Eutropio in Breviario l. 9. „ Imperatores creati sunt,
Gallus , Hostilianus , & Galli-filius Volusianus. Nihil omnino clarum gesserunt , sola pestilentia , & morbis , atque ægritudinibus notus eorum principatus fuit. „ Eusebius in Chronico
eam refert ad annum mundi 5453. olympiadis 25tæ tertium,
Christi CCLV. Sed Chronologi hujus calculos Eruditi ho-
die in multis rejiciunt , nec omnino illi cum sacra , & profa-
na vel ipsius Eusebii historia conciliari possunt. Rectius
Orosius initio ejus affigit anno urbis millesimo septimo , qui
cum Christi ducentesimo quinquagesimo secundo concurrit,
l. 1. Hist. c. 21. ita scribens. „ Anno ab urbe condita mil-
lesimo septimo , Gallus vicesimus sextus ab Augusto regnum
adeptus , vix duobus amissis cum Volusiano filio obtinuit.
Exoritur ultio violati nominis Christiani , & usquequo ad
profligandas Ecclesias edicta Decii cœurrerunt , eatenus
incredibilium morborum pestis extenditur ; nulla fere pro-
vincia Romana , nulla civitas , nulla domus fuit , quæ non
illa generali pestilentia correpta , atque vastata sit. Hac
sola pernicie insignes Gallus , & Volusianus , dum contra

Aemi-

Epistola Paschali laudato nunc l. 7. Historiæ Eusebii c. 21. ita scribit. „ Nunc omnia lamentationibus replentur , lugent omnes , & ululatus urbem personant , propter multitudinem mortuorum , & quotidie morientium. Sicut enim de primogenitis Ægyptiorum scriptum est ; ita nunc quoque clamor factus est magnus : quia domus non est , in qua non sit mortuus. Et quidem merito : nam primo nos exagitarunt . Soli enim ab omnibus pulsi , & morti traditi eramus :

D 4 quam-

Æmilianum novis rebus (in Moesia) studentem bellum civile moliuntur , occisi sunt „ in foro Flaminii , vel inter amnæ. „ Et Cedrenus apud Pagium in Critica Baronii ad an. Chr. CCLII. num. 24. „ Eo tempore inquit , pestis invaluit , ab Æthiopia in occiduam usque terræ partem propagata , neque ulla fuit urbs ejus expers , multæ etiam bis infestatæ sunt. Obtinuit annis XV. cœpit autumno , & desistit sub ortum caniculæ. „ Unde fors lues hæc Alexandriam quoque iteratis vicibus populata est , primum quidem Gallo , & Volusiano imperantibus anno Chr. CCLII. vel sequenti , deinde autem post captum jam Persis Valerianum impetrante solo Galieno anno Chr. CCLXI. vel CCLXII. Eusebius certe l. 7. Hist. posteaquam pacem Ecclesiæ redditam esse a Galieno dixit , tum primum & civile Alexandrinorum bellum , & secutam pestilentiam describit. Unde mihi quoque Dionysii res gestas eo ordine digerere visum est.

quanivis etiam tum festum egerimus , & qui-
libet afflictionum locus panegyricus nobis
fuerit, ager , solitudo , navigium , diver-
forium, carcer. Lætissimum autem festum ege-
runt perfecti Martyres , in cœlo tripudiantes.
Deinde secuta sunt bella ; & fames : quæ
una cum ethnicis pertulimus.. At rursus
pace Christi exhilarati sumus , quam nobis
solis dedit. Ubi vero brevissime & ipsi , &
nos respiravimus , incidit lues ista , res illis
terrore quovis terribilior , & sicut quidam
illorum dixit , quæ sola cunctorum spem
exuperavit ; nobis vero non talis , sed ex-
ercitatio , & exploratio reliquis non acer-
bior. Etenim licet nec a nobis abstine-
rit , multo amplius tam en in ethnicos gra-
fata est.. Et ex fratribus quidem nostris
plurimi propter excellentem dilectionem , &
fraternam charitatem sibi ipsis non parcen-
tes , sed ægros assiduo invisentes , illisque
diligenter inservientes , & in Christo me-
dentes , una cum illis mortui sunt , ac lue
a proximis contracta , qui alios curarunt ,
& confirmarunt , mortem illorum in se trans-
ferentes ex hac vita migrarunt : e quibus

nonnulli Presbyteri fuerant, & Diaconi, & apud populum plurimum honorati, ita ut hoc mortis genus propter multam pietatem, ac robustam fidem nihil distare a martyrio videatur. 24.) Namque ubi Sanctorum corpora supinis manibus, ac sinu exceperunt, oculos depressoient, ora clauerunt, laverunt,

D 5

24.) Mors ex charitate in obsequio pestiferorum obita, multum quidem ad martyrii gloriam accedit, magnique apud Deum est meriti; cum ex oraculo Christi, *majorem hac dilectionem nemo habent, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis;* Joan. 15. v. 13. proprie tamen martyrium non est, quia non infertur a persecutoribus Christi. Unde S. Cyprianus quirantes Carthaginenses suos, quod per pestem martyrii spe priventur, sic solatur. „ Sed fortasse aliquis opponat, & dicat: Hoc me in praesenti mortalitate contristat, quod qui paratus ad confessionem fueram, & ad tolerantium passionis toto me corde, & plena virtute devoveram, Martyrio meo privor, dum morte prevenior. Primo loco non est in tua potestate, sed in DEI dignatione martyrium; nec potes te dicere perdidisse, quod nescis, an merearis accipere. Deinde DEUS scrutator renis, & cordis.. videt te, & comprobat, & qui perspicit apud te paratam fuisse virtutem, reddit pro virtute mercedem.. Nec enim DEUS sanguinem nostrum, sed fidem querit. Nam nec Abraham, nec Isaac, nec Jacob occisi sunt, & tamen fidei ac iustitiae meritis honorati, inter Patriarchas primi esse meruerunt: ad quorum convivium congregatur, quisquis fidelis & justus invenitur. „

runt , & ad sepulturam curarunt , paulo post iisdem potiti sunt , quod superstites præcedentium vestigiis perpetuo inhærerent . Apud ethnicos vero omnia contraria . Vixdum enim morbi initia habentes averabantur , ab amicissimis etiam fugerunt , semimortuos in plateas ejecerunt , & mortuos insepultos canibus dilacerandos exposuerunt , ut mortis participationem effugerent , quam tamen multa licet machinati non poterant evitare . , , 25)

Hoc an exilii sui tempore , renascen-
tem etiam auctore Nepote Episcopo Chilia-
starum errorem , qua voce , qua scriptis li-
bris

25.) Eadem fere S. Pontius in vita Cypriani de Afris pestilentiae hujus tempore scribit . „ Erupit inquit , lues dira , innumeros per diem populos , a sua quemque sede abrupto impetu rapiens . . Horrere omnes , fugere , vitare contagium , exponere suos impie : quasi cum illo peste morituro etiam mortem ipsam aliquis posset excludere . Jacebant in tota civitate non jam corpora , sed cadavera plurimorum , & misericordiam in fe transeuntium contemplatione fortis mutue flagitabant . Nemo (gentilium) respexit aliud , præterquam lucra crudelia . . At inter Christianos distributa sunt continuo pro qualitate hominum , atque ordinum ministeria . Multi , qui angustia paupertatis beneficia sumptus exhibere non poterant , plus sumptibus exhibebant , compensantes proprio labore mercedem divitiis omnibus cariorem , &c. , ,

bris felicissime oppressit Dionysius, teste Eusebio l. 7. Hist. c. 23. ubi ait. „Episcopus quidam erat in partibus Ægypti Nepos nomine: qui Judaico intellectu de promissione futurorum sentiebat, & mille annis in deliciis corporalibus Sanctos cum Christo in hac terra regnatos esse docebat; hujusque dogmatis probationes ex Joannis Revelatione defumere conabatur, editis etiam libris ejusmodi interpretationes continentibus. Dionysius igitur duos libros adversus eum scripsit: in quorum primo suam de Divinis reprobationibus sententiam exponit; in secundo vero de Revelatione Joannis differens, mentionem Nepotis facit his verbis: Commentarios inquit, quosdam proferunt Nepotis, per quos putant ineffabili sacramento ostendi, qualiter regnum Christi futurum sit super terram. Sed in aliis quidem multis ego etiam amplector, & diligo Nepotem, cum pro fide sua, tum pro eruditione, & studio Scripturarum, ac præcipue pro exercitio psallendi; quoniam plurimi fratrum ob hoc ejus elegerunt confortia. Est ergo mihi erga eum multa reverentia, & inde magis, quia jam præ-

cef-

cessit ad Deum , at plus omnibus amanda est veritas .. Et si quidem præsens esset is , de quo sermo est , sufficeret solo sermone discutere , quæ minus recte dicta videntur. Ubi vero scripta sunt edita , & ut videtur quibusdam , satis svasoria . . . necessarium est ad omnia respondere fratri nostro Nepoti . „ In eodem hoc libro disceptationem cum Coratione Nepotis discipulo , aliisque ejus sectatoribus a se institutam ita narrat Dionysius ipse. „ Cum in Arsenoite essemus , ubi multo jam tempore volvebatur ista doctrina , ita ut schismata inter fratres fierent ; convocavi Presbyteros , & Doctores earum Ecclesiarum , & publice 26.) cœpi tractatum

26.) Collationes vel disputationes publicæ cum hæreticis regulariter quidem admittendæ non sunt : quia id innuit Apostolus , cum ad Tit. 3. v. 10. & 11. scribit : *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita , sciens ; quod perversus est ejusmodi , & a seipso damnatus.* „ Neque enim hæretici , ait S. Gregorius M. l. g. Moral. c. 2. inquisitionibus suis veritatem conantur assequi , sed victores videri ; cumque se foris ostendi sapientes appetunt , intus per stultitiam elationis suæ vinculis ligantur. Unde fit , ut contentionum certamina exquirant , & de DEO , qui pax nostra est , loqui pacifice nesciant , atque ex pacis negotiori-

tum habere, cohortatus simul, ut siquid eos moveret, objicerent nihil verentes. At illi
ut

rixæ inventores fiant. Quibus bene per Paulum dicitur: *Si quis eidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia DEI.* „ Atque hinc S. Leo M. nullam cum Eutychianis de fide disputationem haberi voluit, Ep. 42. ad Marcianum August. ita scribens. „ Aucta per Imperialem amicitiam spe cœlestis auxilii, confidentius pietatem vestram pro Sacramento salutis humanæ incitare præsummo, ne cujusquam procaci impudentique versutia, quasi de incerto quid sequendum sit, finatis inquire. Et cum ab Evangelica, Apostolicaque doctrina ne uno quidem verbo liceat dissidere, aut aliter de Scripturis Divinis sapere, quam beati Apostoli, & Patres nostri docuerunt; nunc demum indisciplinatae moveantur quæstiones, quas olim mox ut per apta sibi organa diabolus excitavit, per discipulos veritatis Spiritus Sanctus extinxit. Nimis autem iniquum est, ut per paucorum insipientiam, ad conjecturas opinionum, & ad carnalium disceptationum bella provocemur: tanquam reparata disceptatione tractandum sit, utrum Eutyches impie senserit, & utrum impie Dioscorus judicarit, qui in sanctæ memorie Flaviani condemnatione se percultit, & simpliciores quoque, ut in eandem ruinam provolverentur, impegit: quorum multis jam ad satisfactionis remedia conversis, & veniam de inconstanti trepidatione poscentibus, non cuiusmodi sit fides tenenda tractandum est, sed eorum precibus qualiter annuendum. „ Tertullianus vero 1. de Præscript. adversus hæreticos omnes „ Fides nostra inquit, obse-
quiua

ut scutum validissimum , codicem Nepotis mihi opponunt. Suscepi patienter , & tribus die-

quiū debet Apostolo , prohibenti quæstiones inire , novis vocibus aures accommodare , hæreticum post unam correptionem convenire , non post disputationem. Adeo interdixit disputationem , correptionem designans causam hæretici conveniendi , & hoc unam , scilicet quia non est Christianus. „ Et infra caasas denegandæ cum iis disputationis has reddit. „ Scripturas obtendunt , & hac sua audacia statim quosdam movent ; in ipso vero congressu firmos quidem fatigant , infirmos capiunt , medios cum scrupulo dimittunt. Hunc igitur potissimum gradum obstruimus , non admittendi eos ad ullam de Scriptura disputationem : prius enim dispici debet , cui competit posseffio Scripturarum , ne is admittatur ad eas , cui nullo modo competit. Deinde hæresis non recipit quasdam Scripturas , & si quas recipit , adjectionibus , & detractionibus , ad dispositionem sui intervertit ; & si recipit , non recipit integras , & si aliquatenus integras præstat , nihilominus diversas expositiones commenta convertit. Variæ præsumptiones necessario nolunt agnoscere ea , per quæ revincuntur : his nituntur , quæ ex falso composuerunt , & quæ de ambiguitate ceperunt. Quid ergo promovebis exercitatissime Scripturarum ? cum si quid defenderis , negetur ex diverso ; si quid negaveris , defendatur. Tu quidem nihil perdes , nisi vocem de contentione , nihil consequeris , nisi bilem de blasphematione. Ille vero , si quis est , cuius causa in congressum descendis Scripturarum , ut eum dubitantem confirmes , ad veritatem,

diebus continuis , a prima luce usque ad vesperam cum ipsis considens , singula ejus scri-

an magis ad hæreses diverget ? hoc ipso motus , quod te videat nihil promovisse , æquo gradu negandi & defendendi . Certe pari de altercatione incertior discedet , nesciens quam hæresim judicet , &c . „ Nonnunquam tamen disceptationes ejusmodi concedi & suscipi posse , cum scilicet aut defendendæ fidei necessitas cogit , aut magni emolumenti ob docilitatem adversantium spes affulget , nec detrimenti quidpiam ob peritiam disceptantium , rectumque disceptationis ordinem timeri potest , complura exempla in Historia Ecclesiastica occurrentia docent . Ita enim imperante Honorio anno Christi CDXL Catholici Africæ Episcopi duce S. Augustino , publicam Carthaginem cum Donatistis collationem fecerunt , de qua S. Possidius Episcopus Calamensis in vita S. Augustini ita scribit . „ His omnibus pro pace Ecclesiæ gestis , Augustino Dominus & hic palmam dedit , & apud se justitiæ coronam reservavit , ac magis magisque juvante Christo de die in diem augebatur pacis unitas , & Ecclesiæ DEI fraternitas . Et id maxime factum est per collationem , quæ ab universis Episcopis Catholicis apud Carthaginem cum Donatistarum Episcopis facta est , adjuvante gloriosissimo & religiosissimo Imperatore Honorio : propter quod persiciendum etiam a suo latere Tribunum & Notarium Marcellinum ad Africam judicem miserat . In qua controversia illi modis omnibus confutati , atque de errore a Catholicis convicti , sententia Cognitoris notati sunt , & post appellationem eorum , piissimi Regis responso juste in-

scripta discutiebam , quidque in se absurdum
haberent, ostendere satagebam. Et vere mi-

Tra-

ter hæreticos condemnati. Ex quo amplius solito eorum
Episcopi & Clerici cum nostris communicaverunt , & pa-
cem tenentes Catholicam multas persecutions pertulerunt.
Et totum id bonum per sanctum illum hominem (Augusti-
num videlicet) consentientibus nostris Episcopis , & pari-
ter satagentibus , cœptum , & perfectum est . „ Et Augu-
stinus ipse negans collationem similem flagitantibus licet Pe-
lagianis concedendam l. 3. contra Julianum Pelagii asseclam
præcipuum c. 1. „ Nec nos inquit , nec alias decipiatis,
veluti talem vocem habentes adversus nos , qualem nos ad-
versus Donatistas , quos ad collationem nobiscum venire per
imperialia jussa compulimus. Illorum enim furor occupave-
rat Africam totam , nec prædicari a Catholicis veritatem,
contra suum patiebantur errorem , violentis aggressionibus ,
latrocinationibus , itinerum obsidionibus , rapinis , ignibus ,
cædibus multa vastantes , cuncta terrentes. Cum quibus
apud Episcopos , quos communes non habemamus , nihil a-
gere poteramus. Quod vero ante centum ferme annos (im-
perante Constantino) Majores nostri cum eis egerant , jam
populorum memoria non tenebat. Hæc igitur necessitas
compulit , ut saltem Gestis nostra Collatione confectis , eo-
rum contunderemus inverecundiam , & reprimeremus auda-
ciam. Vestra vero apud competens judicium communium
Episcoporum modo causa finita est. Nec amplius vobis-
cum agendum quantum ad jus examinis attinet , nisi ut pro-
latam de hac re sententiam cum pace sequamini. Quod si

no-

ratus sum patientiam , constantiam , atque intelligentiam fratrum : quia & per ordinem de singulis quæstionibus proponebant , & validissime his , quæ a nobis respondebantur , occurribant . Postquam autem quid in vero esset , patuit , accommodabant absque contentione consensum , judicantes non continuo servandum esse , quod semel animo vi-

A&a Scripta S.Dionysii Alexandr.

E sum

nolueritis , a turbulenta , vel insidiosa inquietudine cohibeamini . „ Ita etiam S. Avitus Episcopus Viennensis , aliquique Episcopi Gallicani anno circiter CDXCIX . publicam cum Arrianis coram Gundebado Burgundionum Rege disputationem inierunt , quam refert Lucas Dacherius tom . 5 . Spicilegii : quia pax Ecclesie , plurimorumque ac Regis ipsius conversio non immerito sperabatur . Quemadmodum reaperte testantibus Actis „ ex ea die plurimi Arriani ad penitentiam venerunt , & post aliquot dies baptizati fuerunt ; „ licet Rex ipse agnita etiam veritate , in heresi permanserit . Dionysius noster jure optimo , felicique prorsus eventu cum Chiliaстis collationem instituit : quia hi intellectu tantum , non voluntate errabant , & idcirco se admodum dociles prebuerunt . Hæreticos autem non error solus , sed adjuncta illi voluntatis pertinacia facit , ut docet S. Augustinus l . 4 . contra Donatist . c . 16 . ubi ait : „ Constituamus aliquem sentire id de Christo quod Photinus (vel Samosatenus , Arius &c .) opinatus est ; nondum illum hæreticum dico , nisi manifestata sibi doctrina Catholicæ fidei , resistere maluerit , & illud , quod tenebat , elegerit . „

sum fuerit , sed commutandam sententiam ,
 cum quis rectius docuerit . Ita porro evi-
 dens fuit assertio nis nostræ probatio , ut qui
 inter eos Doctor maximus , & vitæ meritis
 præstantissimus habebatur , Coration nomine
 consurgens in medium audientibus cunctis
 proclamaverit , neminem debere ultra ejus
 doctrinæ facere mentionem , sed sufficere ,
 quod erratum est . Omnes vero reliqui fra-
 tres gaudio & lætitia repleti , pro emenda-
 tione sui inexplebiles Domino gratias refe-
 rebant . „

Anno Christi CCLXV. cum de cele-
 brando adversus Paulum Samosatenum Antio-
 chiæ Concilio deliberassent vicinarum pro-
 vinciarum Episcopi , Dionysium quoque no-
 strum in laboris partem invitarunt : 27.)
 sed senectus pariter & imbecillitas corporis
 tam longinquum iter non admisit . Utut ta-
 men

27.) Eusebius l. 7. Hist. Eccl. c. 24. hac de re ita
 habet . „ Demetriano apud Antiochiam defuncto , Paulus
 de Samosata Sacerdotium suscepit : qui abjecta fatis &
 indigna de Christo sentiens , traditionem doctrinæ Ecclesiasti-
 cae corrumpebat . Tunc Dionysius de Alexandria rogatus

men fractis esset viribus , imperare sibi non potuit , quominus per epistolam Antiochenos conveniret , suamque de divinitate Christi , quam Samosatenus impugnabat , sententiam perscriberet . Atque hic postremus ejus pro Ecclesia labor fuit . Eodem enim anno Galieni duodecimo e vivis excessit , cum Ecclesiæ Alexandrinæ præfuisse decem ac septem annis , ut Eusebius l. 7. Hist. c. 26. ait . A plerisque veterum ob egregie facta Magni titulo honoratus , & ab Ecclesia Græca pariter , ac Latina in Sanctorum fastos relatus est , ab illa quidem ad V. Nonas , seu diem III. Octobris , ab hac autem ad XV. Cal. Decembris , seu diem XVII. Novembris .

E 2

CAPUT

venire ad Concilium , & senectutis impedimento , & incommoditate corporis inhibetur ; per epistolam tamen , quid fidei ac venerationis erga Christum teneret , exposuit . ,

C A P U T II.

De Scriptis & Doctrina S. Dionysii.

S. Hieronymus l. de Vir. illustr. seu Scriptor. Eccles. laudes simul, & lucubrationes Dionysii nostri sic recenset.

„ Dionysius Alexandrinæ urbis Episcopus, sub Heracla Κατηχήσεων five Institutionum scholam Presbyter tenuit, Origenis vel insignissimus auditor. Hic in Cypriani, & Africanæ Synodi dogma consentiens de hæreticis baptizandis, ad diversos plurimas misit Epistolas, quæ usque hodie extant. Sed & ad Fabium Antiochenæ urbis Episcopum scripsit de pœnitentia, & ad Romanos per Hyppolitum alteram; ad Syxtum, qui Stephano successerat, duas Epistolas, & ad Philemonem, ac Dionysium Romanæ Ecclesiæ Presbyteros duas; & ad eundem Dionysium postea Romæ Episcopum; & ad Novatianum causantem, quod invitus Romæ Episcopus ordinatus esset; cuius Epistolæ hoc Exordium est: Dionysius Novatiano fratri salutem. Si invitus, ut dicis, ordinatus es, probabis, cum volens secesseris.

Est

Est etiam ejus ad Dionysium, & ad Didymum altera Epistola, & ἡ ορατη̄ επιστολη̄ de Pascha plurimæ, declamatorio sermone conscriptæ ; & ad Alexandrinam Ecclesiam de exilio , & ad Hieracem in Ægypto Episcopum ; & alia de mortalitate , & de Sabbato , & περὶ γυμναστικῆς , & ad Hermamonem , & alia de persecutione : & duo libri adversus Nepotem Episcopum , qui mille annorum corporale regnum asseruerat , in quibus & de Apocalypsi Joannis diligentissime disputat: Et adversus Sabellium, & ad Damonem Berenices Episcopum , & ad Telephorum , & ad Euphranorem ; & quatuor libri ad Dionysium Romanæ urbis Episcopum , & ad Laodicenses de pœnitentia ; Canonem item de pœnitentia , & ad Origenem de Martyrio , & ad Armenios de pœnitentia , ac ordine delictorum ; de natura ad Timotheum , de temptationibus ad Euphranorem , & ad Basilidem complures Epistolas: in quarum una afferit , se etiam in Ecclesiastem cœpisse scribere Commentarios. Sed & adversus Paulum Samosatenum , ante paucos dies , quam moreretur , insignis

eius fertur Epistola. Moritur duodecimo Galieni anno. ,,

Easdēm fere lucubrations ei tribuit Eusebius variis Historiæ suæ locis , fragmen-
ta etiam insignia ex illis producens. Hodie
tamen una supereſt ad Basiliidem Epistola ,
quam pro genuino S. Dionysii fœtu agno-
ſcunt omnes. Altera , quæ aduersus Sa-
mosatenum circumfertur , non perinde Eru-
ditis probatur. Baronius quidem in Annal.
Eccles. ad ann. Chr. CCLXV. num. 5. &
Natalis Alexander in Hist. Eccles. seculi III.
cap. 4. art. 6. hanc quoque pro germano S.
Patris opere agnoscunt ; At Valesius in No-
tis ad Hist. Euseb. l. 7. c. 2. Anton. Pagius
in Critica Baronii ad an. CCLXIV. & Ludov.
Du-Mesnil Doctr. & Discipl. Eccles. l. 7.
num. 97. ceu subdititiam rejiciunt. Nec
Ievia fane ~~rogetas~~ ejus sunt indicia. Nam
in primis Concilium Antiochenum , a quo Sa-
mosatenus damnatus est , in sua ad Diony-
sium Romanum , Maximum Alexandrinum ,
aliisque orbis Episcopos Synodica , apud Eu-
seb. l. 7. Hist. c. 29. differte afferit , Diony-
sium nostrum , cum Antiochiam scriberet ,

du-

ducem erroris ne salutatione quidem dignatum esse , neque ad illius personam , sed ad totam parœciam scripsisse . „ Epistola autem , quæ in Maxima Patrum Bibliotheca Dionysio nostro tribuitur , quamvis Antiochenæ Ecclesiæ inscribatur , initio tamen ipso Samosatenum alloquitur , datarumque & ante ad eum literarum meminit in hæc verba : „ Rescripsimus ad ea , quæ prius scripsisti , ut eliceremus te ad dicendum aperte , quod vis dicere ; & nunc pro viribus scribimus , de quibus iterum dixisti , ostendentes singula verba , quæ a te rursus collecta sunt , frivola ac vitiosa esse , nullamque certæ , ac veræ rationis conclusiōrem habentia . „ Deinde S. Athanasius dum Dionysium nostrum contra Arrianos defendit , nusquam hanc Epistolam allegat , tametsi refellendis illis nonnulla apprime idonea in ea legantur . Denique quæ Epistolæ huic inseruntur sunt ad quæsita decem Responſiones Eutychianum fermentum redolere videntur , adeo , ut Du-Mesnil loco supra laudato exinde inferre non dubitet : „ Hanc igitur Epistolam Eutychianus quidam sub ementito

Dionysii Alexandrini nomine conscripsit , ut responderet quæstionibus , quas assumpto Pauli Samosateni nomine proposuerat Ammonius adversus Eutychianos : quorum erroribus scatet . „ Ego erroribus his illam quidem scatere tantopere non existimo , ut neque existimavit Franciscus Turrianus illustris Theologus , a quo primum Græce , & Latine cum eruditis animadversionibus est edita Romæ anno MDCVIII. Scio etiam Maximæ Patrum Bibliothecæ collectores pro γνωσιώτη ejus complura veterum laudare testimonia , & hæc inter S. Athanasii : „ Athanasius ajunt , in Epistola , quod Nycæna 28.)

Sy-

28.) Cum Synodi hujus frequens recurrat mentio , historiam ejus paucis enarrare ingratum forte non erit. Prima itaque inter ecclæmenicas , & facile celeberrima Synodus Nicææ in Bithynia (Turcis hodie Isnich) Constantino M. imperante ; & S. Sylvestro Romano Pontifice coaluit. Indixit illam laudatus Imperator , ut fatentur Patres in sua Synodica ad Ecclesiam Alexandrinam , apud Socratem l. i. Hist. Eccl. c. 9 in hæc verba : „ Quoniam DEI gratia , & mandato sanctissimi Imperatoris Constantini , qui nos ex variis civitatibus , & provinciis in unum congregavit , magnum , & sanctum Nicænum Concilium coactum est &c., Non tamen citra conscientiam & auctoritatem Romani Pon-

tifi-

Synodus congruis & piis verbis exposuit,
quæ decrevit ; & in Epistola de sententia

E 5 Dio-

tificis. Id enim innuit Rufinus , dum l. 1. Hist. c. 1. ait : „ Tum ille ex Sacerdotum (Sylvesteri haud dubie , & Osii ab eo in Orientem legati) sententia apud urbem Nicæam Episcopale concilium convocat , ibique Arrium , trecentis decem & octo Episcopis residentibus , adesse jubet . „ Luculente autem testatur Concilium Constantinopol. III. inter œcumena sextum Act. 18. in Bosphoretico inquiens : „ Arius divisor & partitor Trinitatis insurgebat ; & continuo Constantinus semper Augustus , & Sylvester laudabilis , magnam atque insignem in Nycæa Synodum congregabant .

Annum celebratae Synodi Eusebius Cæsariensis l. 4. de Vita Constant. c. 47. his designat , „ Nicæus Conventus triumphi nomine vicesimo imperii anno constitutus , in ipsa urbe Nicæa , νίκην , id est præclaram de hostibus victoriam reportabat ; Hierosolymitanus vero tricesimum ejus imperii annum decorabat . „ Luculentius Socrates l. 1. Hist. c. 9. „ Quod inquit , ad tempus Concilii attinet , coactum fuit , sicut ex Annalium commentariis constat , Paulino , & Juliano Consulibus , XI. Kalendas Junii (verosimilius XIII. Kal. Julii) anno DCXXXVI, post regnum Alexандri Regis Macedonum . „ Pariter Concilium Chalcædonense Act. 2. ubi inter alia in medium producta est : "Ἐπθεσις Συνόδου γενομένης ἐν Νικαίᾳ ἐν Τπατείᾳ Παυλίνῳ. καὶ Ἰελιάνῳ , τῶν λαμπροτάτων , ἔτει χλευ. ἐν μηνι Δεσμώ θ', τῇ πρὸ οὐκαλανδῷ Ἰελίᾳ . Expositio fidei Concilii habitæ in Nicæa , sub Consulatu Paulini , & Juliani Virorum clausissi-

Dionysii Alexandrini contra Arrianos , testatur vocem ὥμοντον non fuisse primum a Patri-
bus

rissimorum , anno post Alexandrum DCXXXVI. mensis se-
cundum Gr̄cos Desii die XIX. qui est XIII. Kal. Julias. „
Et vetustissima Collectio Canorum , quæ Cresconiana dici
solet. „ Factum est , inquit , Concilium apud Nicæam Bi-
thyniæ Metropolim , a die XIII. Kal. Julias ad VIII. Kal.
Septembri , Paulino , & Juliano Coss. „ Laudati autem Con-
fules in Romanis Fastis annum Afræ Christianæ CCCXXV.
Constantini XX. & Sylvestri Papæ XII. signant : ac proin-
de hic cum anno Alexandri DCXXXVI. idem est , eoque
Nycæna Synodus celebrata fuit.

Locum , in quo Patres Nicæni conveniebant , Theo-
odoreus quidem l. 1. Hist. Eccl. c. 7. & Sozomenus l. 1.
c. 18. aulam imperialem fuisse , perhibere videntur. Eu-
sebius tamen in templo eos convenire solitos innuit , cum l.
3. de Vita Constant. ait : „ Templum etiam Nicæa ve-
lut Dei nutu amplificatum , intra parietes suos , Syros pa-
riter , & Cilices , Phœnices , Arabes , Palæstinos &c. re-
cepit. „ Idque vero proprius omnino videtur : cum poste-
riores Synodos in templo conventus suos egisse certum sit ,
quæ exemplum primæ ecumenicæ citra dubium secutæ fue-
rint. Id certe ipsa rerum tractandarum Sanctitas postulabat ,
& voces Græcæ οὐλὴ βασιλικὴ , quibus Theodoreus , &
Sozomenus in præsenti utuntur , de æde sacra intra impe-
rialē aulam sita intelligi optime possunt.

Numerum Patrum Eusebius laudato nunc l. 3. de Vita
Constant. sic exprimit : „ Fuit Episcoporum multitudo
ad numerum ducentorum quinquaginta , & amplius , Pres-
by-

bus Concilii Nicæni inventam , sed acceptam ab antiquioribus , & nominatim a Diony-

byterorum autem , Diaconorum , Acolythorum , & aliorum , qui illos comitabantur , turba ne numerari quidem potest . , Gelasius vero Cyzicenus l. 2. Actorum Nicæna Synodi c. 5. adfuisse ait : Episcoporum multitudinem ad numerum trecentorum & amplius ; , & Sozomenus l. 1. Hist. c. 16. , circiter trecentos ac viginti. , Pervulgata tamen , & gravissimis testimoniosis firmata opinio est , Nicænos Patres , saltem qui Symbolo Fidei subscripserunt , non plures , nec pauciores fuisse , quam CCCXVIII. Totidem enim numerat S. Athanasius Ep. ad Episc. Afric. S. Hilarius Pistav. l. contra Constant. August. S. Ambrosius l. 1. de Fide ad Gratian. Aug. c. 9. S. Epiphanius hæresi 69. Theodoretus l. 1. Hist. Eccl. c. 7. Rufinus l. 1. c. 1. Et Concilium Ephesinum Act. l. & 6. Chalcedonense Act. 2. aliquæ passim. Celebriores inter eos sunt : S. Alexander Alexandrinus , qui S. Athanasium tunc adhuc Diaconum secum habuit , S. Eustathius Antiochenus , S. Paulus Neocæsareensis , S. Potamon Heracleensis , S. Paphnutius ex superiore Ægypti Thebaide , S. Spiridion Trimithuntis in Cypro , S. Macarius Jerosolymitanus , S. Leontius Cæsareæ Cappadociæ , S. Amphion Epiphaniæ in Cilicia , S. Alexander Constantinopolitanus seu Byzantinus , S. Nicolaus Myrensis , & Osius Cordubensis Episcopi. Confidebant autem a dextris primi S. Alexander Alexandrinus , & S. Eustathius Antiochenus , a sinistris , quæ in cœtibus Ecclesiasticis honoratior tunc erat , Osius Cordubensis Episcopus , & Vitus , ac

nysio Alexandrino; qui in hac Epistola contra Paulum Samolatenum de Filio ait: *Quem*

fan-

Vincentius Presbyteri Romani, qui tres,, Sylvestri Episcopi maximæ Romæ locum obtinebant,, ut loco supra cit. Gelasius Cyzic. diserte scribit. Aderat etiam Imperator, primumque teste Eusebio l. 3. de Vita Constant. ,, In medio Conventu erectus constituit, ac cum parva quædam sella auro fabricata illi esset posita, non prius consedit, quam Episcopi immiscent. Unde liquido, ni fallor, patet, eum non præsedisse Concilio, sed legatos Sylvestri Papæ Osiū, Vitum, ac Vincentium. Hi enim & in Actis Synodi primo loco subscripti leguntur, & a Socrate ante omnes alios recensentur l. 1. Hist. c. 9. ubi ait: ,, Aderant in hoc Concilio, Osius Episcopus Cordubæ, Vito, & Vincentius Presbyteri; Alexander Episcopus Ægypti, Eustathius magna Antiochia, Macarius Jerosolymorum &c. ,,

Causæ celebrandi Concilii tres erant: I. hæresis ab Arrio Alexandrino Presbytero recens procula, qua Filium DEI ex nihilo factum, ac proinde non æternum, nec vere, ac proprie DEUM, sed creaturam tantum, licet cæteris nobiliorem esse blasphemabat. II. dissensio vetus de Paschate: quod nonnulli Orientalium cum Judæis adhuc Luna XIV. mensis Verni celebrabant. III. Schisma Meletii Lycopoleos Episcopi: qui cum ob commissum in persecuzione Diocletiani idololatriæ crimen, a S. Petro Alexandrino Episcopatu privatus esset, contra illum, & successores Achillem, atque Alexandrum proterve se erexit, juraque etiam Patriarchica sibi arrogare ausus octo & viginti diversis in

sanc̄ti Patres ὁμόσιον Patri vocaverunt., At quemadmodum fateor verba hæc in laudata
sub

locis Episcopos , plurimosque Presbyteros , Diaconos , & alios Clericos ordinavit. Quin ut Socrates l. I. Hist. c. 3. ait. „ Arrio etiam cum suis subsidio fuit , & una cum illo contra Episcopum (Alexandrinum) conspiravit : „ quamvis de fide cum Catholicis , non cum hæresiarcha illo sensisse videatur.

Omnibus rite discussis , contra Arrium fidei symbolum est editum , in quo Synodus profitetur „ Filium DEI Unigenitum esse ex Patre , hoc est , ex substantia seu γενέσει Patris , Deum de Deo , Lumen de Lumine , Deum verum de Deo vero , genitum , non factum , & ὁμόσιον , seu consubstantialem Deo Patri . „ Afferentes vero his oppositum anathemate configit in hæc verba : Ταῦτα δὲ λέγοντας , οὐ πότε , ὅτε γένεται γένεσις οὐκ οὐ καίστι εἰ γένεσις ἀντων ἐγένετο , οὐ εἰ ἐτέρας μποσάσθεος , οὐ γένεσις φάσκοντας ἔναι , οὐ κτισὸν , οὐ τρεπὴν , οὐ αὐλιστὸν τὸν Τίδην τὰς Θεᾶς , αὐναθεματίζει οὐ Αποστολική καὶ Καθολική Εκκλησία . Id est : „ Eos autem , qui dicunt , erat aliquando , quando non erat , & antequam nasceretur , non erat , & quia ex non extantibus factus est , aut ex alia hypostasi , vel substantia esse , aut factum , aut mutabilem , & convertibilem dicunt Filium DEI ; anathematizat Apostolica & Catholica Ecclesia . „ Subscriperuntque huic definitioni teste Theodoreto l. I. Hist. Eccl. c. 7. & 9. Patres omnes , etiam Eusebius uterque , Cæsariensis , & Nicomediensis ,

sub nomine Dionysii ad Antiochenos Epistola non longe ab initio legi ; ita probe te-
neo

sis , Theognis Nicænus , aliique Arrium in corde gerentes ,
demptis duntaxat Theona Marmarice , & secundo Ptole-
maidis Episcopis : quos idcirco una cum hæresiarcha Con-
stantinus exilio multavit . De Paschate renovata , &
constabilita sunt decreta , ut a Christianis omnibus non Lu-
na XIV , sed Dominica eam consequente celebretur . „ De
sanctissimo festo Paschatis celebrando (ajunt Patres in sua
Synodica ad Ecclesiæ Ægypti) scitote , quod controversia
prudenter , & commode sedata est , ita ut omnes fratres , qui
Orientem incolunt , qui que Judæorum consuetudinem antea
in eo festo celebrando imitari solebant , jam Romanos , nos ,
& omnes vos , qui eundem morem , quem nos , in illo re-
colendo a primis temporibus tenuistis , sunt consentientibus
animis in eo recolendo deinceps sedulo fecuturi . „ De
Meletianis denique ita sanctum esse eadem Synodica narrat .
„ Concilium clementius aliquanto in Meletium animatum
(nam si accurate in eum inquisitum fuisset , nihil certe com-
meruisset veniae) decrevit , ut in sua civitate remaneat ,
nullamque habeat potestatem , vel cuiquam manus impone-
di , vel quenquam ad aliquod munus Ecclesiasticum deligen-
di , vel in aliena civitate ejus rei gratia commorandi , sed
ut solum dignitatis , & officii nomen retineat . Illi autem ,
qui ab illo Presbyteri designati sunt , simul atque sanctiore
ordinatione (iuxta Theodoretum l. 1. Hist. Ecc. c. 9. san-
ctoribus suffragiis) confirmati fuerint , hac conditione in
Ecclesiæ communionem admittantur , ut Ecclesiastice digni-
ta-

neo S. Athanasium allegatis locis non ad hanc Epistolam, sed ad Apologeticos libros a Dionys-

tatis, & ministerii gradum habeant quidem, sed omnibus Presbyteris, qui sunt ab honoratissimo Viro, & Collega nostro Alexandro ordinati, sunt omnino inferiores.,,

Præter hæc decreta, Canones etiam ad Ecclesiæ disciplinam pertinentes synodus condidit, non tamen plures, quam viginti. Ita enim Theodoretus l. 1. Hist. Eccl. c. 9. „ Post hæc inquit, reversi in Concilium conscripsere Ecclesiasticæ administrationis leges viginti. „ Et Gelasius Cyzic. l. 2. c. 31. „ Viginti leges sanctus ille Episcoporum confessus, in præsentia Deo charissimi, & celeberrimi Imperatoris Constantini, de administratione Ecclesiæ conscripserunt., Neque plures exhibit collectio Canonum a Dionysio Exiguo natione Scytha, sed Græce, Latineque docto, & cuius nescio monasterii Romæ Abbe sub seculi sexti medium adornata, aliæque hac vetustiores. Certusque omnino hic numerus reddi videtur ex eo, quod in Africa seculo V. ineunte gestum est. Cum enī Apiarius Siccensis Presbyter, ob perversitatem morum ab Urbano Episcopo suo depositus, Zosimum Papam appellasset, atque hic obtentu Nicæni Canonis appellationem admisisset, & Faustum Potentiæ in Piceno Episcopum cum duobus aliis in Africam legasset, ut ejus causam retractarent; Africani Præfules, quos inter etiam S. Augustinus erat, contra Canonem illum de admissa Presbyteris ad Romanum Pontificem appellatione exceperunt, afferentes eum in suis Nicænæ Synodi exemplis non extare. Ut autem de re certius cognoscerent,

nyfio nostro ad cognominem Romanum Pontificem scriptos respexisse , ut ex verbis infra

rent , legatos cum literis ex Concilio V. Africano , ad Alexandrinum , Antiochenum , & Constantinopolitanum Patriarchas miserunt petentes authentica Nicænæ Synodi exempla secum communicari . Quorum æquissimæ petitioni annuerunt Cyrilus Alexandr. & Atticus Constantinop. depromptosque ex Ecclesiarum suarum scriulis viginti non amplius Canones , cum Symbolo Fidei transmiserunt ; ut videre licet tom. I. Concilior. edit. Parif. an. MDCCXIV. pag. 944. & 1245. Et revera laudatus a S. Zosimo Canon Sardicensis Concilii est septimus : cuius Synodi Canones cum Nicænis ab aliis quoque persæpe confunduntur.

Summa Nicænorum Canonum hæc est . I. removet a Clero , & exercitio Ordinum eos , qui seipso sponte exseauerant . II. prohibet neophytes ad Episcopatum , vel Presbyteratum evehi . III. interdicit Clericis cohabitationem cum feminis , excepta matre , sorore , & aliis sanguine proxime junctis . IV. Episcopum ab omnibus comprovincialibus , vel a tribus saltem Episcopis ordinari jubet . V. excommunicatos ab uno , vetat recipi ab Episcopis aliis , & Syndicos provinciales bis quot annis haberi mandat . VI. Stabilit jura Patriarchica Episcopi Alexandrini , & Antiocheni , idque ad exemplum Patriarchatus Romani , nulla facta mentione Suburbicanarum Ecclesiarum , quam Rufinus de suo intrusisse in Latinam versionem videtur . Quin MS. Colberthinum , & Pithœanum diserte in hoc Canone ait , quod Ecclesia Romana semper habuit Primatum . VII. Jerosolymita-

ta-

fra adferendis liquebit. Quod & S. Basilius innuit, dum Ep. 9. alias 41. ad Maximum Philosophum scribit Dionysium Alexandrinum τὸ ὄμονον, admittere, dum respondet sibi cognomini. Cæteri autem in Patrum Bibliotheca laudati, puta Theodoreus 1. 2. hæret. fabul. Nicephorus Callistus 1. 6. Hist. c. 24. & Nicetas Choniates 1. 4. Thesauri, ajunt tantum Dionysium nostrum contra Sa-

Acta & Scripta S. Dionysii Alexandr.

F mo-

tano Episcopo - confirmat veterem honoris prærogativam, salva tamen Metropolitæ Cæsariensis, cui tunc suberat, auctoritate. VIII. Novatianos ad Ecclesiam redeuntes, cum Ordinibus in hæresi susceptis recipit, ea tamen cautione, ne duo in eadem civitate sint Episcopi. IX. & X. criminosos ab Ordinibus repellit, & si quo modo irrepant, re cognita deponi jubet. XI. XII. & XIV. Lapsis pœnitentia temporâ pro crimintum varietate definit. XIII. ad extrema deductis, etiam publice pœnitentibus Communio- nis gratiam impertiri mandat. XV. & XVI. Episcopos, aliosque Clericos ab una ad aliam Ecclesiam transfire vetat. XVII. Usuras, & id genus lucra turpia Clericis sub pœna de- positionis prohibet. XVIII. Diaconorum arrogantiam coer- cet, ac ne sedere quidem in medio Presbyterorum eis con- cedit. XIX. Paulianistarum Baptisma haud dubie ob vicia- tam ab eis formam reprobat, & Diaconissas inter Laicos rejicit. XX. denique edicit, ut fideles in memoriam Re- surrectionis Christi, diebus Dominicis, & Paschali tempo- re stantes precentur.

mosatenum scripsisse , non item hanc , quæ
hodie circumfertur , Epistolam genuinum il-
lius fœtum esse. Unde inter apocrypha fal-
tem releganda mihi videtur , dum luculen-
tiora γνησιωτητος ejus documenta proferantur.

Orthodoxia Dionysii , etiam cum in vi-
vis agebat , in quæstionem vocata est , quod
de Filio Dei non recte sentire videretur.
Ita enim S. Athanasius edit. Parif. anno
MDCXCVIII. tom. 1. part. 2. l. de Synodis
pag. 757. „ Ante illos septuaginta (Epi-
scopos) qui Samosatensem deposuerunt , duo
Dionysii extitere: quorum alter Romæ , al-
ter Alexandriæ Episcopus erat. Cum autem
quidam ad Romanum Episcopum Alexandri-
num detulissent , quod Filium rem factam ,
& Patri non consubstantialem affirmaret , Sy-
nodus Romæ coacta rem indigne tulit , Ro-
manusque Episcopus omnium sententiam
perscripsit ad cognominem suum. At ille
sui purgandi causa librum edidit hoc titulo:
Elenchus , & Apologia. „ Eandem crimi-
nationem seculo integro post obitum ejus ,
restaurarunt Arriani , suum esse Dionysium
impudentissime jactantes : ut idcirco bene-

lon-

longam de ejus sententia Epistolam S. Athanasius scribere fit coactus. Quin & S. Basilius arguere illum videtur Ep. ad Maximum olim 41. nunc juxta edit. Parisin. anno MDCCXXX. nona, ubi ait: „Quæ postulas Dionysii scripta, venere illa quidem ad nos, & valde multa, sed non adsunt libri, & idcirco non misimus. Sententia autem nostra hæc est: Non omnia viri hujus admiramus: imo sunt, quæ prorsus etiam improbemus. Nam fere illius, quæ nunc circumfertur, impietatis, Anomæorum dico, id est, quantum quidem scimus, qui primus semina hominibus præbuerit. Causa autem opinor non sententiæ prævitas, sed vehementis studiis Sabellio adversandi fuit. Hunc ergo ego arborum cultori soleo comparare, detortam recentem plantam erigenti, sed immoderate retrahendo aberranti a medio, & ad contrariam partem plantam adducenti. Tale aliquid & huic viro contingisse comperimus. Cum enim Lybii impietati occurreret vehementer, non intellexit se nimio contendendi studio in contrarium malum delabi. Et cum ei fatis esset,

non idem esse subjecto (seu persona) Patrem & Filium demonstrare, atque haec adversus blasphemum palmaria tenere; ut manifestam prorsus & redundantem victoriam habeat, non modo hypostaseon alietatem statuit, sed etiam essentiæ differentiam, ac potentiae gradus, & gloriæ diversitatem. Quare inde contigit, ut mutarit quidem malum malo, a recta autem doctrina aberrarit.. Hinc etiam non sibi constat in scriptis, nunc quidem tollens consubstantiale, propter eum, qui hac voce ad hypostases destruendas prave utebatur, nunc vero admittens in iis, quæ defensionis causa ad Cognominem scripsit. Ad haec de Spiritu voces emisit minime dignas Spiritu, ab adorata illum Deitate sejungens, & in inferioribus una cum creata, ac ministra natura numerans. Vir igitur ille est ejusmodi. „ Hactenus Basilius.

Multa nihilominus sese offerunt, quæ Dionysium nostrum non ab haeresi solum, sed & ab errore vindicent, atque orthodoxe de Divinæ Triadis mysterio sensisse persuadeant. Ac Rufinus quidem libros illius a malevolis

cor-

corruptos fuisse censet, in sua pro Origene Apologia, edit. Parisin. an. MDXII. circa med. ita scribens. „ Dionysius Alexandrinus Episcopus, eruditissimus assertor Ecclesiastice Fidei, cum in quamplurimis in tantum unitatem, atque æqualitatem Trinitatis defendat, ut imperitoribus quibusque etiam secundum Sabellium sensisse videatur; in his tamen libris, quos adversum Sabellii hæresim scribit, talia inveniuntur inserta, ut frequenter Arriani auctoritate ipsius se defendere conentur. Propter quod & S. Athanasius Episcopus compulsus est Apologeticum pro libris ejus scribere: pro eo quod certus erat, non illum diverse potuisse sentire, sibique ipsi contraria scribere, sed quod inserta hæc a malevolis nosset. „ Verum hæc defensionis ratio neque necessaria, neque veritati sat consona videtur. Dionysius enim de corruptis malevolorum opera lucubrationibus suis nunquam questus est; sed quemadmodum S. Athanasius tom. I. Ep. de ejus sententia, pag. 252. scribit. „ Cum quidam ex Ecclesia fratres, sanæ quidem doctrinæ homines, non sciscitati tamen eum,

qua de causa (ad Ammonem , & Euphranorem) ita scripsisset , Romam se contulissent , illumque apud Cognominem Dionysium Romanum Episcopum accusassent ; his ille auditis una scripsit & contra Sabellii sectatores , & contra eos , qui ejus essent sententiæ , quam cum post Arrius protulisset , ab Ecclesia est ejectus : æqualem ajens , licet ex diametro oppositam Sabellii impietatem eorum blasphemie , qui dicunt Verbum Dei creaturam , opificium , & rem factam esse . Misit quoque ad Dionysium literas , ut indicaret , qua de re accusatus ab illis fuisset , & quamprimum sui purgandi causa libros edidit , quos inscripsit , *Elenchus & Apologia.* , In Epistola vero ad Dionysium Romanum , cuius fragmentum refert S. Athanasius l. de Decretis Nicænæ Sinodi pag. 230. ita se defendit Dionysius noster. , Et aliam inquit Epistolam scripsi , ubi ostendi falsam esse , qua in me utuntur , criminacionem , quasi scilicet negasset , Christum Deo esse consubstantialem. Etsi enim fateor , me id nominis nullo in loco sanctorum Scripturarum invenisse , tamen quæ subsequuntur argu-

men-

mentationes meæ , quas quidem illi (accusatores) reticuerunt , ab hac sententia non discrepant. Quin etiam humani partus exemplum in medium protuli , quem perspicuum est ejusdem esse naturæ , addidique eo solum parentes alios esse a suis liberis , quod ipsi non sint liberi. Memini ad hæc me plura rerum , quæ ejusdem sunt generis , exempla proposuisse. Nam dixi plantam ex semine , vel ex radice exortam , aliam esse ab eo , unde producta est , esse tamen ejusdem naturæ ; fluvium similiter ex fonte emanantem aliud nomen habere ; neque enim fluvium dici fontem , neque fontem fluvium : utrumque nihilominus existere ita , ut fluvius sit aqua ex fonte profluens. „

Athanasius quoque in Epistola de sententia Dionysii nostri contra Arrianos , nusquam asserit scripta ejus viciata ab impostoribus esse , sed his fere ex capitibus eum orthodoxe sensisse probat. I. Quia ut primum se erroris insimulari intellexit , Apologiam edidit , qua mentem suam palam fecit. „ Cum Dionysius Alexandrinus Episcopus , verba sunt Athanasii pag. 252. de

Epistola sua se purgarit , palam est , illum non ejus fuisse sententiae , quam ei adscribunt , nec omnino prava Arrii doctrina imbutum fuisse. Non enim contendendi animo scripsit , sed sui defendendi , suspicioneisque amovendae causa : cum vero eas de- pellit criminationes , quid aliud agit , quam quod omnem criminis suspicionem levat , & in hoc Arrianos sycophantas esse arguit . „ II. Quia licet in Epistola ad Euphranor. & Ammon. nonnulla scripserit Dionysius , quæ Arrii errorem olere videntur , in aliis tamen opusculis Filium Patri *όμοιον* , & consubstantialem Trinitatem diserte afferit : mens autem Scriptoris de re aliqua non ex una tantum lucubratione , sed ex omnibus invicem collatis eruenda est. „ Ajunt beatæ memorie Dionysium (verba sunt iten- rum S. Athanasii l. cit. pag. 246.) in Episto- la sua dixisse , opus & rem factam esse Fi- lium Dei , neque natura proprium , sed alienum a Patre secundum substantiam , pro- ut est agricola ad vitem , & faber ad sca- pham. Eiusmodi Epistolam illius esse & nos ultro fatemur ; sed ut hanc scripsit , ita &

& alias plurimas, quas lectas oportuit, ut ex omnibus, non ex una duntaxat explorata Viri fides esset. „ Et pag. 253. „ Verba ejus plurima, quibus res in questionem adductas expendit, ob prolixitatem omit-tens, ea solum proponam, quæ eorum spe-ctant accusationem. Itaque in primo libro, cui titulus: *Elenchus & Apologia*, sic ad verbum scripsit. *Nunquam fuit, quando Deus non erat Pater.. Cum igitur æternus sit Pater, æternus est & Filius, lumen de lumine. Nam si Genitor est, est & Filius: quod si Filius non est, qua ratione potest, & cujus esse Genitor? Atqui ambo sunt, & semper sunt...* Hæc si am-bigue dicta fuissent, interprete opus habe-rent; at cum palam hæc in scriptis suis pertractarit, Arrius quidem dentibus stri-deat, quod suam hæresim cernat a Diony-sio eversam, audiatque vel invitus hæc il-lius verba: *Semper Deus Pater fuit, & Filius non absque causa æternus dicitur; sed quia æternus est Pater, æternus est & Filius, illique coexistit, quemadmodum splendor luci.* Porro ad alteram quorun-

dam suspicionem , quia ajunt : cum Patrem dicit Dionysius , Filium non nominat , & vice versa cum Filium dicit , Patrem non memorat , sed dividit , & separat Filium a Patre ; ita respondet Dionysius in secundo libro. *Singula nomina a me prolatā , a se invicem nec separari , nec dividi queunt.* Patrem dixi , & priusquam Filii mentionem facerem , jam illum in Patre significavi ; Filium adjunxi , ac etiamsi Patrem non prius nominassem , is tamen in Filii nomine comprehensus fuerat ; Spiritum Sanctum addidi , sed simul & unde , & per quem processerit , adjunxi. Illi vero ignorant , neque Patrem , qua Pater est , a Filio alienari posse ; nam nomen illud est origo conjunctionis : neque Filium a Patre separari ; namque Patris vocabulum commune quidam indicat. In manibus autem illorum est Spiritus , qui neque a mittente , neque a ferente separari potest.. Sic quidem nos indivisibilem unitatem in Trinitatem dilatamus , & Trinitatem iterum , quae imminuit nequit , in unitatem contrahimus . , , III. Quia S. Dionysius in Ep. ad Euphran. &

Ammon. de humana potissimum Christi natura locutus est , & quæ humanitatem sapiunt. Filio , non Patri tribuenda esse dixit , ut hoc pacto Sabellii hæresim everteret . „ In Pentapoli superioris Lybiæ (ait Athanasius l. cit. pag. 246.) quidam Episcoporum tunc temporis cum Sabellio sentiebant , tantumque suis commentis invaluerant , ut vix ultra Filius Dei in Ecclesiis prædicaretur. Rei certior factus Dionysius , cui earum cura Ecclesiæ incumbebat , mittit , svaldetque rei auctoribus , ut a pravis opinionebus desistant. Quibus minime desistentibus , immo impudentius in impietate perseverantibus , necessitate compulsus est eorum impudentiam hac sua Epistola coercere , humanaque Salvatoris ex Evangelii expone-re ; ut cum audacius illi Filium negarent , & humana ejus Patri adscriberent ; ostendens ipse non Patrem , sed Filium pro nobis hominem factum esse , imperitis illis persuaderet , Patrem non esse Filium ; eoque pacto homines ad veram Filii Deitatem credendam , & ad Patris cognitionem sensim reduceret. Hoc est Epistolæ argumentum ,

hæc

hæc vera fuit causa talia scribendi... Humano igitur more (infert pag. 251.) illa de Salvatore scripta sunt, nec aliter se res habet.. At in aliis Epistolis nequaquam ita scripsit.. quibus adversum hæreticos quodammodo exclamat his verbis: *Vestræ non sum sententiæ o Dei hostes, neque scripta nostra Arrio fuere impietatis occasio; sed quando Sabellianorum causa in meis ad Ammonium, & Euphranorem literis, de agriculta, & vite, deque aliis ejusmodi mentionem feci, eo dictum est illud, ut humanis Domini demonstratis, persuaderem illis, ne dicerent Patrem esse, qui homo factus est.* Quemadmodum enim agriculta non est vitis; ita qui in corpore fuit, non est Pater, sed Verbum: Verbum autem ut in carne fuit, vitis vocatum est, ob corporalem cum palmitibus, id est, nobiscum cognationem.,, IV. Denique quia Dionysius accusatus quidem erroris, non tamen convictus, & damnatus est, neque ipse ab Ecclesia se sejunxit, sed in ejus communione sancte finiit, dignusque etiam Majoribus viuis est, cuius memoria inter Sanctos cum

Chri-

Christo regnantes annue recolatur. „ Magni argumenti est (ait pag. 245.) in hoc illos vera non dicere, sed virum calumniari, quod nec ille unquam ab aliis Episcopis deprehensæ impietatis damnatus , Episcopatu pulsus sit , ut illi (Arrius scilicet , & sectatores ejus) e Clero ejecti sunt ; neque hærefis propugnandæ gratia secesserit ab Ecclesia , sed in illa pie obdormierit , ejusque memoria hactenus cum Patribus celebrata , & una in album relata sit. Si enim eadem , quæ illi , sensisset , aut si scriptorum suorum rationem non reddidisset , minime dubium , quin eadem fuisset , qua illi , pœna plectendus. „ Hucusque S. Athanasius : qui cum eidem Ecclesiæ Alexandrinæ præfuerit , omniaque Dionysii scripta præ manibus habuerit , quid in mentem ejus , magis , quam Basilius , aliquique longe dissiti , neque omnes lucubrationes ejus nacti , pervidere potuit ?

Quamquam Basilius etiam non revera Dionysium prave sensisse , sed duntaxat minus recte locutum esse loco laudato afferat. In libro autem de Spiritu Sancto c. 29. Catholicas prorsus ejusdem locutiones de Divinæ Triados

my-

mysterio in medium adducit. „Alexandrinus inquit Dionysius, id quod etiam auditu mirum est, in secunda ad sibi Cognominem Epistola de accusatione, ac defensione, hunc in modum finivit sermonem. Transcribam autem vobis ipsa hominis verba. *His omnibus*, ait, *congruenter & nos, forma etiam ac regula a Presbyteris, qui ante nos vixerunt, accepta, concordibus vocibus cum illis gratias agentes, tandem nunc vobis scribere desinimus.* DEO autem Patri, & Filio Domino nostro Iesu Christo, cum Spiritu Sancto, gloria & imperium in secula seculorum Amen. Nec quisquam dicere potest, hæc correcta fuisse, & immutata. Neque enim ita sermonem confirmasset, dicens videlicet accepisse se formam ac regulam, si in *Spiritu 29.)* dixisset: hujus enim

VO-

29.) Cadente IV. seculo favebant disputationes de Spiritu Sancto, negantibus Macedonianis eum vere ac propriè Deum esse, diversaque prorsus a Patre, & Filio substantiam ei tribuentibus. Qui idcirco in doxologia nolebant dici: Δόξα τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἄγλῳ Πνεύματι, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto; neque: Δόξα τῷ Πατρὶ σὺν τῷ Υἱῷ, καὶ σὺν τῷ ἄγλῳ Πνεύματι, Gloria Patri, cum Filio, & cum Spiritu Sancto; sed tantum: Δόξα τῷ Πατρὶ διὰ τὸν Υἱὸν, εὐ τῷ ἄγλῳ Πνεύματι, Gloria Patri per

vocis usus creber est: at illud erat , quod egebat defensione. Qui quidem & in medio scri

pti

per Filium in Spiritu Sancto : quia hoc postremo modo Spiritus Sancti naturam inferiorem esse natura Patris, & Filii indicari censebant. Basilius itaque laudato hic de Spir. S. primum ostendit idem omnino esse seu dicas : *Gloria Patri, & Filio, & Spiritu Sancto*, seu : *Gloria Patri cum Filio, & cum Spiritu Sancto*, & utrumque loquendi modum a veteribus usurpatum esse.

„ Nos inquit , ambas dictiones e Fidelium usu mutuati , ambabus utimur , Glorificationem quidem ex aequo per utramque impleri persuasi. Eis vero , qui depravant veritatem , magis obturari os credimus præposita dictione, quæ quia vim habet Scripturis congruentem , non ita facile ab adversariis carpi potest. Est autem hæc dictio *cum* , cui ab istis contradicitur , quæque pro coniunctione *Et* summitur. Nihil enim refert , utrum dicas : Paulus, & Silvanus, & Timotheus ; an : Paulus cum Silvano, & Timotheo : nominum quippe connexio utraque pronunciacione similiter servatur. Itaque si cum Dominus dixerit, Patrem, & Filium , & Spiritum Sanctum , ipse dicam Patrem , & Filium cum Spitu Sancto , nihil diversum dixero , quod ad sententiam vim attinet. „ Et infra : „ Etiam rationem reddam , juxta quam Patres nostri non ociose simul amplexi sint hujus præpositionis usum. Nam præterquam quod hæc idem valet , quod *Et* , ad refellendam Sabellii malitiam , & similiter atque illa coniunctio personarum proprietatem declarat . . eximum habet sempiternæ communionis , ac perpetuae coniunctionis testimonium. (contra Arrianos Filium etiam a Patre separantes) Nam qui dixit , cum Patre Filium esse , simul & personarum proprietatem , & inseparabile consortium

ex-

pti sic loquitur adversus Sabellianos: *Si eo,
quod tres sint hypostases, divisas esse dicunt;
tres*

expressit.,, Docet deinde etiam tertium glorificationis modum sano sensu acceptum nihil derogare dignitati Spiritus Sancti.,, Ego nequaquam dixerim(ait c. 25.) hanc syllabam *In*, sensum minus honorificum facere ,imo si sane accipiatur ,ad maximam Spiritus celsitudinem erigere mentem : quandoquidem observavimus, præpositionem hanc frequenter usurpari pro *cum*; cuius generis est illud : *Ingrediar domum tuam in holocaustibus* , pro eo quod dicendum erat , *cum holocaustibus* ; Et: *Eduxit eos in argento & auro* , pro: *cum argento & auro.*,, Et c. 26. ,,, Magis pium est dicere Spiritum esse cum Patre & Filio , quam inesse Patri. Nam gratia ab eo manans habitante in iis , qui digni sunt , ac suas operationes in illis exerceunte , recte dicitur inesse iis , qui sunt illius capaces. At illius substantia , quæ fuit ante secula , non unquam desitura perpetuitas, cum Filio & Patre considerata, sempiternæ conjunctionis requirit appellationes. . . Proinde quoties peculiarem Spiritus dignitatem intelligimus , cum Patre , & Filio ipsum esse contemplamur. Ubi vero gratiam in iis , qui Spiritus participes sunt, sentimus , in nobis esse Spiritum dicimus. Hinc quæ a nobis defertur glorificatio Spiritui , non habet professionem dignitatis illius , sed nostræ potius imbecillitatis confessionem : dum ostendimus , quod 'nec idonei sumus a nobis ipsis glorificare, sed sufficieatia nostra est in Spiritu Sancto , in quo corroborati pro beneficiis acceptis Deo nostro gratias absolvimus. Secundum igitur hunc modum , pie gratiarum actionem in Spiritu persolvimus. Alter autem intellectus est , nec ipse rejiciendus , quod sicut in Filio videtur Pater , sic Filius videtur in

tres sunt , etiam si nolint , aut Divinam Triadem prorsus e medio tollant. Ac rursum : Di-
vinissima enim ob id etiam post unitatem Tri-
nitas est .,, Quæ locutiones cum luce clarius
~~operior~~
Divinæ Triados significant , & quum
profecto est , ut secundum illas obscurius ali-
bi a Dionysio dicta explicentur.

~~Acta & Scripta S. Dionysii Alexandr.~~

G

CA-

Spiritu. Itaque adoratio , quæ fit in Spiritu , animis nostris velut in lucem adductis vim suam suggerit , ut discere licet ex his , quæ Samaritanæ dicta sunt. Dominus enim adorationem , quæ juxta regionis illius consuetudinem erat usitata , sua doctrina abrogans , *In Spiritu* , inquit , & *Veritate oportet adorare* , nimirum seipsum appellans Veritatem. Quemadmodum igitur in Filio dicimus adorationem , velut in imagine DEI Patris ; sic & in Spiritu Sancto dicitur , tanquam in seipso Dominus Divinitatem exprimente .,, Denique c. 27. ,,, Siquidem , inquit , præpositio *In* magis denotat Dei similitatem nobiscum , at præpositio *Cum* exprimit communionem Spiritus cum Deo ; ideo vocibus ambabus usi sumus , altera quidem dignitatem Spiritus exprimentes , altera gratiam , quæ nobis ab illo est , declarantes . . Confirmat autem rationem nobis Apostolus indifferenter utraque voce usus . Interdum enim ait : *In nomine Domini IESU Christi* , & *in Spiritu Dei nostri*. Alias : *Congregatis vobis & meo Spiritu cum virtute Domini nostri IESU Christi* ; nihil interesse ratus ad nominum conjunctionem , sive utaris conjunctione , sive præpositione &c. ,,

C A P U T III:

Epistola Genuina S. Dionysii.

EX innumeris S. Patris lucubrationibus, unica ad Basilidem Pentapolitanum in Lybia Episcopum Epistola, ut jam supra memini, ad nos integra pervenit. Continet ea dissertatiunculam de hora Resurrectionis Domini, & responsiones ad quæsita quatuor: quas tametsi Dionysius pro regula haberi noluerit, Græci tamen in Synodo Trullana inter sacros Canones retulerunt. ita enim c. 2. ajunt. Ἐπιστολὴ της Διονυσίου Αρχιεπισκόπου γενομένη τῆς Ἀλεξανδρείας μεγαλοπόλεως. Obsignamus etiam, seu recipimus sacros Canones.. Dionysii, qui fuit Archiepiscopus Alexandriæ magnæ civitatis. Edidit porro hanc Epistolam Græce primus omnium Joannes Zonaras: qui cum Alexio Comneno Orientis Imperatori a secretis diu fuisset, vale dicto dein aulæ monasticen sub S. Basili regula est amplexus. Scholiis eam illustravit Theodorus Balsamon, cadente seculo XII. Antiochenus Pa-

tri-

triarcha ; in Latinum vero transtulit Fronto
Ducæus S.J. Theologus. Ita autem habet tom.
3. Bibl. Patrum.

Dionysius Basiliæ dilecto filio 30.) & fratri
in sacris comministro , Deoque fideli
in Domino salutem.

Misisti ad me fidelissime ac sapientissime
fili , interrogans , qua hora die Paschæ sit
solvendum jejunium ? Ais enim aliquos fra-
tres dicere , quod oportet hoc in galli can-
tu facere , alios vero , quod vespere id fa-
ciendum sit. Qui enim Romæ sunt fratres ,
ut ajunt , gallum 31.) expectant ; de iis
G 2 au-

30.) Basilidem quamvis jam Episcopum , filium vocat
Dionysius , quia ætate multo junior , & fortasse ejus quon-
dam in schola Alexandrina discipulus , vel omnino ab eo ge-
nitus per Evangelium erat. Quibus de causis etiam Paulus
Apostolus Timotheum , & Titum , jam itidem Episcopos , &
laboris Apostolici socios , in suis ad eos Epistolis filios cha-
rissimos appellat.

31.) Vigiliam matutinam , seu horam tertiam post noctem me-
diæ intellige. Quamvis enim gallus cum nocte media , tum in vi-
gilia matutina , seu sub auroram cantare soleat , juxta illud Christi

ad

autem , qui hic sunt , dixisti quod citius.
Horam 32.) autem exactam , & accurate
di.

ad Petrum : *Amen dico tibi , quia hodie in nocte hac , priusquam gallus cantet bis , ter me es negaturus.* Marc. 14. v. 30. Et ibid. v. 72. Posteaquam Petrus ter negasset Christum , *statim gallus iterum cantavit , & recordatus est Petrus verbi , quod dixerat ei Jesus : Priusquam gallus cantet bis , ter me negabis ; Et cœpit flere.* Posterius tamen hoc tempus gallicinianum absolute vocari solet , ut patet ex hymno Ecclesiæ ad Laudes Domini- cæ olim in aurora decantari solitas , ubi legimus : *Præco diei jam sonat , Jubarque Solis evocat. Hoc excitatus Lucifer solvit populum caligine ; Hoc omnis errorum cohors viam nocendi deserit.* *Hoc nauta vires colligit , Pontique mitescunt freta : Hoc ipsa petra Ecclesiæ , Canente culpam diluit.* Surgamus ergo strenue , gallus jacentes excitat , Et somnolentos increpat , Gallus negantes arguit. Gallo canente spes reddit , Aegris salus refunditur , Mucro latronis conditur , Lapsis fides revertitur. ,

32.) Hora deducitur vel ab Hebreo ριν lux , unde Sol , & Apollo ὄρος etiam vocabatur ; vel a Græco ὥρισιν , quod finire , vel terminare significat : quemadmodum per horas , partes temporis terminantur , ac definiuntur. Quando autem , & a quo primum tempus in horas dividi cœperit , incertum. Nonnulli ad Mercurium Trismegistum , quem in Aegypto paulo post MoySEN floruisse volunt , id referunt. Cum enim is Cynocephalum Serapidi sacrum , ab ortu Solis ad occasum æquis intervallis duodecies urinam mittere obser valset , hinc in mentem illi venisse ajunt , ut diem in XII. ho-

dimensam queris: quod difficile est & lu-

G 3

bri-

ras partiretur. Alii rei hujus inventionem Chaldaeis tribuunt: quia hos ab ultima retro ætate præ omnibus gentibus Astronomia fuisse deditos constat, & in libro Tobiae, quem Chaldaice scriptum S. Hieronymus se præ manibus habuisse testatur, diserta horarum fit mentio c. 12. v. 22. ubi postquam Raphael se Angelum Dei esse manifestavit, senior, juniorque Tobias prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum. Id certum, agente in terris Christo a Iudeis pariter & Romanis diem in horas XII. & similiter noctem dividi conservisse, juxta illud: *Nonne duodecim sunt horæ diei?* Joan. 11. v. 9. Sed cum dies pro varia Solis declinatione inæquales sint, horæ quoque veterum inæquales, diurnæ scilicet æstate longiores, & in hyeme breviores, nocturnæ contra longiores hyeme, & breviores æstate erant. Prima enim diei hora incipiebat semper cum ortu Solis, & duodecima cum occasu finiebat. Porro ex horis his apud Iudeos observabantur præcipue tertia, sexta, & nona; quia his Sacrificia & preces facere solebant. Daniel enim tribus temporibus per diem oravat obsecratione sua. Dan. 6. v. 13. Petrus, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonum. Act. 3. v. 1. Petrus cum in Joppe esset, ascendit in superiora, ut oraret circa horam sextam. Act. 10. v. 9. Apostoli denique erant perseverantes unanimiter in oratione, cum mulieribus, & Maria Matre Iesu, cum repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & erat hora diei tertia. Act. 1. v. 14 & c. 2. v. 3. & 15. Significabat autem hora tertia tempus illud, quod inter Solis ortum, & meridiem est me-

di.

bricum. Quod enim post Resurrectionis
Do-

dium, sexta meridiem, & nona tempus medium inter meridiem, & occasum Solis: videnturque hæ horæ tubarum clangore indicari olim consueville juxta illud Numer. 10. v. 10. Si quando habebitis epulum, & dies festos & Calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, ut sint vobis in recordationem Dei vestri. A Judæis, & exemplo Apostolorum manarunt in Ecclesiam horæ Canonicae, seu per legem Solemnibus Ecclesiæ precibus destinatae: sed earum numerus ad septenarium usque auctus est, conformiter ad illud: *Septies in die laudem dixi tibi super judicia justitiae tuæ.* Psal. 118. v. 154. Non illico tamen hic horarum numerus ubique invaluit. Nam Clemens Alexandrinus trium tantum meminit 1. 7. Strom. pag. 728. scribens: „Quod si nonnulli certas horas constituant precationi, ut verbi causa Tertiam, Sextam, Nonam; at is, qui est cognitione prædictus, per totam orat vitam, dum cum Deo studet versari. „ Tertullianus quoque 1. de Jejun. ait, has tres horas esse „, insigniores in rebus humanis, quæ diem distribuunt, quæ negotia distingunt, quæ publice resonant. „ Et ibid. „Orationes inquit, fere hora nona concludit, de Petri exemplo, quod in Actis refertur. „ S. Hieronymus sex horarum Canonicarum diserte meminit Ep. ad Lætam, ubi ait: „Afflvescat exemplo ad orationes, & Psalmos nocte consumgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie, quasi bellatricem Christi, accensaque lucernæ reddere sacrificium vespertinum. „ Et Ep. ad Demetriadem: „Præter Psalmorum, & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vesperam, media nocte, & mane

sem-

Domini nostri tempus oporteat festum, & læ-

G. 4

ti-

semper est exercendum, statue, quot horis sanctam Scripturam ediscere debeas. „ Sed S. Doctor horam septimam, quam Completorium vocamus, in hora vesperarum haud dubie inclusit. Longe ante illum S. Cyprianus l. de Orat. Dom. in rem presentem hæc habet. „ In Orationibus celebrandis invenimus observasse cum Daniele tres pueros in fide fortis, & in captivitate victores, horam tertiam, sextam, nonam: Sacramento scilicet Trinitatis, quæ in novissimis temporibus manifestari habebat: Quæ horarum spacia jam pri- dem spiritualiter determinantes adoratores Dei, statutis, & legitimis ad precem temporibus serviebant: & manifestata postmodum res est, Sacraenta olim fuisse, quod ante sic justi precabantur. Nam super discipulos hora tertia descendit Spiritus Sanctus, qui gratiam Dominicæ repromissionis implevit. Item Petrus hora sexta in tectum superius ascen- dens, signo pariter, & voce Dei monentis instructus est, ut omnes ad gratiam salutis admitteret, cum de emundan- dis gentilibus ante dubitaret. Et Dominus hora sexta cru- cifixus, ad nonam peccata nostra Sanguine suo abluit.. Sed nobis fratres charissimi, præter horas antiquitus observatas, orandi nunc & spacia, & Sacraenta creverunt. Nam & mane orandum est, ut Resurrectio Domini matutina oratio- ne celebretur.. Recedente item sole, ac die cessante necef- sario rursus orandum est. Nam quia Christus Sol verus, & dies verus est, Sole, ac die seculi recedente quando oramus, ut super nos lux denuo veniat, Christi precamur adventum lucis æternæ gratiam præbiturum. „ Et infra: „ Nos,

qui

titiam inchoare , ad illud usque animis jejuno humiliatis , apud omnes est similiter in confessio 33.) Per ea autem , quæ scribis , pro-

qui in Domini luce semper sumus , qui meminimus , quid esse accepta gratia coeperimus , computemus noctem pro die ambulare nos credamus semper in lumine , non impediamur a tenebris , quas evasimus , nulla sint nocturnis horis precum damna , nulla orationum ignava dispendia &c. , Unde vides , jam sub medium seculi III. easdem horas Canonicas , quas hodie , in usu Ecclesiæ fuisse.

33.) Si vero Dionysii apud omnes in confessio erat , animas jejuno humiliandas esse usque ad horam Resurrectionis Dominicæ , vetus illa , & per sectarios etiam nostri temporis ab omni adhuc superstitione , erroreque immunis Ecclesia , non existimabat utique superstitionem olere , aut liberum cuique esse antepaschale jejunium . Quomodo igitur Lutherus , & Calvinus vetustam adeo jejunii legem abrogare , & superstitionis damnare sunt ausi ? Dionysio certe consentit haud paulo vetustior illo Irenæus Ep. ad Victorem Papam apud Eusebium l. 5. Hist. Eccl. c. 24. ubi licet de diuturnitate , & modo hujus jejunii non omnes idem sensisse suo tempore fateantur , nemini tamen in mentem venisse , quia jejunandum ante Pascha sit , pro certo ponit . „ Neque enim inquit , de die solum controversia est , sed etiam de forma ipsa jejunii . Quidam quippe existimant , unico die sibi esse jejunandum , alii duobus , alii pluribus , nonnulli etiam quadraginta , horis diurnis , ac nocturnis computatis diem suum metiuntur . Atque hæc in observando jejunio varie-

probasti sane admodum Divinorum Evangeliorum sensu percepto , quod nihil ab ipsis certo definitum de hora , qua surrexit , apparet. Diverse enim Evangelistæ descri-

G 5 bunt

rietas non nostra primum ætate nata est , sed longe ante , apud Majores nostros cœpit : qui negligentius , ut verisimile est , præsidentes , ex simplicitate , & imperitia ortam consuetudinem posteris tradiderunt .,, Consentit etiam Tertullianus , qui licet Montanista jam , orthodoxorum sui avsententiam sic explicat l. de jejun. ,, In Evangelio illos dies jejuniis determinatos putant , in quibus ablatus est sponsus , & hos esse jam solos legitimos jejuniorum Christianorum , abolitis legalibus , & propheticis vetustatibus .. Sic & Apostolos observasse , nullum aliud imponentes jugum certorum , & in commune omnia bus observandorum jejuniorum .,, Quid de posterioribus dicam , qui uno ore Quadragesimæ jejunium a primis usque temporibus præceptum fuisse docent . Ita S. Epiphanius edit. Colon. ann. MDCLXXXII. in Expositone Fidei .,, Ante septem Paschatis dies Quadragesimam observare , atque in jejuniis perseverare consuevit Ecclesia : Dominicis vero nullis omanino ; ne ipsius quidem Quadragesimæ jejunare solet .,, S. Hieronymus edit. Veron. ann. MDCCXXXV. Ep. ad Marcel. :,, Nos unam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum tempore congruo jejunamus &c.. ,, Cogitent quæso Augustanæ , Helveticæ que ut ajunt Confessioni addicti , si in quorū manus hæc venerint , an rationi sit consonum plus Luthero , aut Calvinō antesignanis suis , quam tot vetustis Patribus , primæque adeo , & per ipsos etiam impollutæ Ecclesiæ deferre.

bunt eos, qui venerant ad monumentum, immutando tempora, & ab omnibus redi- vivum jam Dominum inventum esse ajunt. Nempe *Vespere Sabbatorum*, ut dicit Matthæus; *cum mane adhuc esset obscurum*, ut scribit Joannes; *summo diluculo*, ut Lucas; & *valde mane*, *orto jam sole*, ut Marcus. Quando autem resurrexerit, nemo aperte declaravit. Quod vero vespere Sabbati, lucecente una Sabbatorum, usque ad ortum solis unius Sabbatorum, qui ad monumen- tum venerunt, eum non amplius jacentem invenerint, in confessio est. At neque dis- sentire, neque adversari inter se Evangelistas existimemus; sed etsi parva quædam circa id, quod quæritur, controversia esse videatur, quia omnes in una nocte, mundi lucem Dominum nostrum exortum esse consenti- entes, in hora dissentient; nos tamen, quæ ab eis dicta sunt, pie & fideliter conciliare studeamus. Itaque quod a Matthæo dictum est (c. 28,) sic habet. *Vespere autem Sabbatorum, lucecente in unam 34.)*

Sab-

34.) „Una Sabbati (ait S. Hieronymus Ep. ad Hedi- biam, qua XII. quæstiones sibi propositas solvit, q. 4.) dies

Sabbatorum, venit Maria Magdalene, & altera Maria ad spectandum sepulchrum. Et ecce terrae motus factus est magnus. Angelus enim Domini, cum descendisset de celo, accedens revolvit lapidem, & sedit super ipsum. Erat autem species ejus sicut fulgur, & vestimentum ejus candidum sicut nix. Prae timore autem ejus concussi sunt, qui custodiebant, & facti sunt velut mortui. Respondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos; scio enim, quod Iesum Crucifixum queritis: non est hic; surrexit enim, sicut dixit. Id autem, quod dictum est Vespare, alii quidem existimabunt secundum verbi communitatem significare vesperam Sabbati; Sapientiores vero id audentes, non hoc, sed profundam noctem esse dicent, tarditatem, & longum tempus

ve-

dies Dominica intelligenda est: quia omnis hebdomada in Sabbathum, & in primam, & secundam, & tertiam, & quartam, & quintam, & sextam Sabbathi dividitur; quam ethnici idolorum, & elementorum nominibus appellant. „ Et S. Augustinus Tract. 120. in Joan. „ Una Sabbathi, quem jam diem Dominicum propter Domini resurrectionem mos Christianus appellat. „

vespere 35.) significante. Et quod noctem dicat, non vesperam, subjunxit: *illucescente in unam Sabbatorum*, & venerunt nondum, ut reliqui dicunt, aromata ferentes, sed ad spectandum sepulchrum. Invenierunt autem factum esse terræ motum, & Angelum super lapidem sedentem, & audierunt ab ipso: *Non est hic; surrexit.* Similiter Joannes (c. 20.) *In una Sabbatorum*, inquit, *Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, & videt lapidem sublatum a monumento.* Sed juxta eum, *cum adhuc essent tenebræ*, processerat. Lucas autem dicit (c. 24.) *Sabbato quidem quieverant secundum præceptum;*

35.) Idipsum censet **¶**. Hieronymus loco nunc laudato scribens: „ Mihi videtur, Evangelistam Matthæum, qui Evangelium Hebraico sermone conscripsit, non tam *vespere* dixisse, quam *sero*, & eum, qui interpretatus est, ambiguitate deceptum, non *sero* interpretatum esse, sed *vespere*; quamquam consuetudo humani sermonis teneat, *sero* non vesperam significare, sed tarde. „ Cesonat Græcus textus, qui cum in Bibliis, tum apud Dionysium nostrum habet, non πέρις ἐπεργασίας, vel πέρις ἐπέργαστος, sed: ΟΥὲ δε σαλλέατων, τῇ ἐπιφωνήσῃ οὐ μιαν σαλλέατων, ηλθη Μαγια η Μαγδαληνη &c.

ptum; una autem Sabbatorum summo mane ad monumentum venerunt, ferentes, quæ paraverant aromata, & invenerunt lapidem a monumento revolutum. Summum mane fortasse matutinum splendorem, qui prius apparet, significat unius Sabbatorum. Et ideo jam perfecte præterito cum tota consequente nocte Sabbato, & alio die incipiente, venerunt aromata & unguenta ferentes. Unde perspicuum est, quod multo ante 36.) resurrexerat. Hoc Marcus quoque sequitur

36.) Post noctem scilicet medium, & circa quartam vigiliam resurrexisse Dominum existimat Dionysius, ut ex contextu colligitur. Quod ipsum & S. Marcus non obseure in uit c. 16. v. 9. in hæc verba: *Surgens autem mane, prima Sabbati; apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia.* Et plerique Patres docent: exempli causa S. Augustinus l. 3. de Doctr. Chr. c. 35. „Hoc modo locutionis, quo significatur a parte totum, etiam illa de resurrectione Christi solvitur questio. Pars enim novissima diei, quo passus est, nisi pro toto die accipiatur, id est, adjuncta etiam nocte præterita; & nox in cuius parte ultima resurrexit, nisi totus dies accipiatur, adjuncto scilicet die illucescente Dominico, non possunt esse tres dies, & tres noctes, quibus se in corde terræ prædictum futurum. „ (Matth. 12. v. 40.) Et l. 4. de Trin. c. 6. „Ab hora

mor-

tur dicens (c. 16.) *Emerunt aromata, ut venientes Iesum uangerent; & valde mane unius Sabbatorum veniunt ad monumentum orto jam sole.* Valde mane enim hic quoque dixit, quod idem est, ac summo diluculo; & subjunxit, *orto jam sole.* Profectio nempe, & iter earum summo diluculo, & valde mane incepit; in itinere autem, & circa monumentum moram traxerunt usque ad ortum solis: & eis quidam tunc dixit adolescens candidatus: *Surrexit, non est hic.* Hæc cum ita se habeant, illis, qui hoc accuratius subtiliusque considerant, enunciamus, quota hora, vel etiam semi-horula, vel quarta horæ, oportet incipere lætitiam, ob Domini nostri a mortuis resurrectionem.

Ca-

moris inquit, usque ad diluculum resurrectionis horæ sunt quadraginta, ut etiam ipsa hora nona connumeretur, a vespere autem sepulturæ usque ad diluculum resurrectionis triginta sex horæ sunt. „ Pariter S. Prosper sent. 204. „ Vigor fidei Christianæ tribus temporibus iniciatur, vespere, mane, & meridie. Vespere enim Dominus in Cruce, mane in resurrectione, meridie in ascensione &c. „

Canon I. Atque eos quidem , qui ni-
mum festinant , & ante mediam noctem
jejunium solvunt , ut negligentes , & in-
temperantes reprehendimus ; ut qui prope-
modum antequam par sit , cursum abrupe-
rint : dicente viro sapiente : *Non parum
est in via , quod parum abest.* Eos autem
qui differunt , & plurimum perferunt , &
ad quartam usque vigiliam fortiter abstinent,
in qua etiam Salvator noster in mari ambu-
lans apparuit ; ut generofos , & laborem
tolerantes suscipimus : iis autem , qui inte-
rea ut moti sunt , vel ut potuerunt , qui-
escunt , non valde molesti sumus. 37.)

Quan-

37.) Eos , qui ante mediam noctem Dominicæ Pa-
schalis jejunium solvunt , & cibum gustant , reprehendit ut
negligentes & intemperantes S. Pater: quia præceptum est,
ut jejunium quadragesimale continuetur usque ad resurrec-
tionem Domini , Dominum autem ante noctem mediam resur-
rexisse verosimile non est. Laudat contra illos , qui usque
ad gallicinium , seu vigiliam matutinam jejni permanent , sed
molestus esse non vult his , qui post noctem mediam ante
gallicinium quidpiam degustant : quia etsi ipse cum com-
muniori censeat sub auroram resurrexisse Christum , non de-
sunt tamen , qui id mox post noctis medium peractum pu-
tent , neque verbis scripturæ sat luculente refelli possunt.

Unde

Quandoquidem nec sex jejuniorum dies æquali aut simili tolerantia omnes perferunt: sed alii quidem omnes transmittunt jejuni permanentes; alii duos, alii tres, alii quatuor, alii nullum. Et iis quidem, qui in iis transmittendis valde laboraverunt, deinde defessi sunt, & propemodum deficiunt, ignoscendum est, quod celerius gustant. Si qui autem non modo non transmissis, sed ne jejunatis quidem, vel etiam in delicatis, opiparisque conviviis, consumptis præcedentibus quatuor diebus, ad duos, eosque solos extremos dies cum venerint, illis a se cibo non gustato transmissis, Parasceve inquam & Sabbato, magnum quid, & egregium se facere existimant, si ad auroram usque permanferint; non existimo eos ex æquo certamen subiisse cum
iis

Unde Dionysii nostri sententiam Concilium Trullanum c. 89. ita refert. „ Dies salutiferæ passionis in jejunio & oratione, & cordis compunctione peragentes fideles, usque ad medianam magni Sabbati noctem jejunare oportet: Cum Divini Evangelistæ Matthæus, & Lucas, ille quidem per vespere Sabbati (Græce διὰ τῆς ὁγεῖτων) si vero per id valde diluculo, noctis tarditatem nobis describant.

iis, qui se pluribus diebus prius exercuerunt. 38.) Hæc quidem ut sentio consuens de hoc scripsi.

A&a & Script. S. Dionysii Alexandr.

H Ca-

38.) Quæ his de varietate jejunii differit Dionysius, luculentius explicat S. Epiphanius in Expos. Fid. „ Ante septem Paschatis (seu majoris hebdomadæ) dies Quadragesimam observare, atque in jejuniis perseverare conservavit Ecclesia.. Sex vero illos Paschatis dies xerophagiis, hoc est, arido victu transfigere populus omnis assuevit, panem duntaxat cum sale, & aqua sub vesperum adhibens. Imo nonnulli ad biduum, triduum, vel quadriduum.. alii totam hebdomadam usque ad sequentis Dominicæ gallicinium sine cibo transmittunt... Divini autem mysterii cultus non prius indicitur, quam Dominicus dies illuxerit, cum sub galorum cantum dimittitur populus ipso Resurrectionis festo, ac solempni, celeberrimoque Paschatis die. „ Triplex scilicet apud veteres jejunii genus erat: unum mollius, & pro tota Quadragesima præter dies Dominicos, præscriptum, quo a cibo potuque omni usque ad nonam horam, seu nostram pomidianam tertiam abstinebant, dein coctorum etiam alimentorum, & vini usu concessso. Alterum rigidius pro quatuor temporibus, & majori hebdomada præceptum, quo neque vinum, neque cocti, aut assi quidquam gustare licebat, sed panis tantum, sal & aqua post occasum solis permittebatur. Tertium denique rigidissimum pro die Parasceves, & Sabbato sancto, ac fortasse pro illis etiam diebus, quibus in Ecclesia peregrinabantur: atque hoc in totali cibi potusque omnis abstinentia consistebat, & a plenioribus per-

tres,

Canon II. De mulieribus , quæ sunt in abscessu , an eas sic affectas oporteat dominum Dei ingredi supervacaneum , vel interrogare existimo . Neque enim ipsas arbitror , si sunt piæ , & fideles , sc affectas ausuras vel ad sanctam mentem accedere , vel Corpus & Sanguinem Domini 39.) attin-

tres , quatuor , atque etiam sex postremos Quadragesime dies observabatur . Qui idcirco nonnunquam ex media penitentia defiebant , dignique Dionysio viii sunt , ut eis mox post noctem medianam Paschalis Dominice cibum capere indulgeretur . Plura de his vide , si lubet Annot . 38. & 39. Ad S. Irenæum .

39.) Si in sancta seu Eucharistica mensa Corpus & Sanguinem Domini ore , manibusque contingimus , non figurate duntaxat , sed vere realiter , ac substantia alter Christum illic præsentem esse quis neget ? Dionysius autem non per fidem tantum , sed ore etiam , ac manibus Corpus & Sanguinem Domini in Eucharistia a suscipientibus tangi pro certo ponit : quia menstrua patientibus communionem Eucharisticam denegat , non orationem , qua per fidem Christum & Deum contingimus ; opinionemque suam hæmorrhœæ Evangelice exemplo confirmat , quæ per fidem profecto Christum tetigit , cum apud se ajebat : *Si tetigero tantum vestimentum ejus , salva ero.* Matth . 9. v. 21. & Marc . 5. v. 28. licet manibus Corpus ipsum Christi attingere ausa non sit . Aëvo igitur Dionysii indubitatum apud Christianos erat ,

tingere. Neque enim, quæ duodecim annorum fluxum patiebatur, ipsum Dominum festinans ad medicinam tetigit, sed solum ejus fimbriam. Orare quidem, quomodo cunque se habeat aliquis, & utcunque sit affectus, Domini meminisse, & auxilium implorare, non est reprehendum; ad Sancta Sanctorum autem, qui non anima & corpore purus est, accedere prohibebitur.

40.)

H 2. Ca-

erat, Corpus & Sanguinem Domini in Eucharistia, non figurate tantum, & symbolice, sed vere realiter, ac substantialiter adesse.

40.) Mulieres, quæ menstruum sanguinis fluxum patiuntur, immundæ quidem pronunciantur, & ab ingressu in Ecclesiam arcentur, Lev. 15. v. 19. & seq. Sacerdotes quoque corporali aliqua macula aspersi, non modo ab ingressu in Sancta Sanctorum, sed & ab offerendis sacrificiis prohibentur, Lev. 21. v. 21. ubi post recensitos varios defectus corporis, ait Moyses: *Omnis, qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedat offerre hostias Domino, nec panes Deo suo.* Unde Josephus 1. 17. Antiqv. Judaic. c. 8. narrat, Matthiae Pontifici suffectum in Sacerdotio pro unica die fuisse Ellem, quod Matthias nocte Expiationis festum antecedente, cum Conjuge serem habuisse somniasset, & idcirco fungi officio prohiberetur. Ceremonialia tamen

hæc

Canon III. Porro & qui matrimonio juncti sunt, 41.) debent esse idonei sui judices. 42.) Quod enim a se invicem ex consen-

hæc præcepta per mortem Christi abolita sunt, nec ad Christianos pertinent, nisi quæ ex illis renovanda existimat Ecclesia: quemadmodum Apostoli legem de sanguinis & suffocati esu pro tempore innovandam censuerat. Act. 15. Hinc menstrua feminarum non impediunt eas, quo minus ad Eucharisticam mensam accedant, dummodo puram a peccato conscientiam habeant. Ita S. Gregorius M. Ep. ad S. Augustinum Anglorum Apostolum, qua propositas sibi quæstiones undecim solvit, in Respons. ad quæst. 10. „ Mulieres inquit, cum consuetis menstruis detinentur, viris suis prohibe, ne misceantur; sanctæ autem communionis mysterium in iisdem diebus percipere non debent prohibiri. „ Aliter opinatus videtur Dionysius: quia quæ disciplinæ sunt, non ex æquo omnibus arrident. At si pollutionem involuntarie passos conscientiæ suæ relinquendos putat Can. 4. cur erga patientes fluxum menstruum, duriorem se exhibeat, ego fateor non video.

41.) Apud Balsamonem legitur hic γεγηακότες, seu qui consenserunt, Zenaras autem habet γεγαμηκότες, seu qui matrimonio juncti sunt: cumque de talibus loqui Dionysium contextus doceat, lectionem Zonaræ cum Fron-te Ducæo præferendam putavi.

42.) De usu matrimonii S. Gregorius M. loco nunc cit. ita habet. „ Oportet, legitima carnis copula ut causa prolis sit, non voluptatis; & carnis commixtio crea-
do-

sensu ad tempus abstinere conveniat , ut
H 3 va-

dorum liberorum sit gratia , non satisfactio vitiorum. Si quis ergo sua conjugi non crepidine voluptatis captus , sed solummodo creandorum liberorum gratia utitur , iste profecto de ingressu Ecclesie , seu de summando Corporis Dominici & Sanguinis mysterio , suo est relinquendus judicio : quia a nobis prohiberi non debet accipere , qui in igne positus nescit ardere. Cum vero non amor procreandi sibi , sed voluptas dominatur in opere commixtionis , habent conjuges etiam de sua commixtione , quod defleant.. Nam cum Paulus diceret : *Qui se continere non potest , habeat uxorem suam* ; statim subiungere curavit : *Hos autem dico secundum indulgentiam , non secundum imperium.* (1. Corinth. 7. v. 2. & seq.) Quod enim indulgeri dixit , culpam esse demonstravit .,, non ipsum conjugium , sed conjugii ex voluptate sola usum , qui veniale ut minus noxiam includit. Unde Innocentius XI. damnavit inter alias hanc propositionem : „ Comedere & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem , non est peccatum , modo non obsit valedutini : quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui .,, Et nonam : „ Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa , ac defessa veniali .,, Nec abs re : Nam ut S. Augustinus 1. de utilit. cred. c. 12. ait : „ Omne factum , si recte factum non est , peccatum est , nec recte factum esse ullo modo potest , quod non a recta ratione proficiuntur. Porro recta ratio ipsa est virtus : In sola certe voluptate carnis conquiescere brutorum est , non hominum : qui cum ad imaginem , & gloriam Dei sint conditi , ad Deum omnia tanquam finem ultimum referre

de-

vacant orationi, & rursus convenient, Paulum dicentem audiverunt. 43.)

Canon IV. Qui autem in non voluntario nocturno fluxu fuerint, ii quoque priam

debent, juxta illud Apostoli 1. Corinth. 10. v. 31. *Sive igitur manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Cui consonat S. Maximus homil. 2. inquiens: „Christianus semper debet Patri & Deo suo laudes dicere, & in ejus gloriam omnia referre.“,

43.) Paulus 1. Corinth. 7. v. 1. & 5. seq. de matrimonio ita docet. *Bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem (quæ Corinthis valde familiaris erat) unusquisque uxorem suam habeat, & unaquaque suum virum habeat. Uxori vir debitum (Græce τὴν οφειλομένην τύχοις, debitam mentis affectionem bonam) reddat; similiter autem & uxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi (Græce ἵνα χολαργήτε τῇ νυστίᾳ, καὶ τῇ προσευχῇ, ut vacetis jejunio & orationi) & iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Quibus verbis svadet quidem conjugibus abstinentiam ad tempus a commercio carnali, ut orationi, ac jejunio tanto melius vacare possint, non ait tamen abstinentiam illam absolute necessariam esse, ut oratio, jejunium, aliaque pietatis opera cum fructu a conjugibus fiant, & accepta sint Deo.*

priam conscientiam sequantur, & se ipsos, an de eo discernant, an non, considerent. Quemadmodum in cibis *qui discernit*, inquit, *si comedet, condemnatus est.* (Rom. 14. v. 23.) ita in his quoque bonæ sit conscientiæ, & libere loquatur secundum propriam cogitationem, qui ad Deum accedit. 44.)

H 4 Has

44.) Paulo luculentius S. Gregorius M. laudata supra Ep. in Respons. ad quæst. 11. „ In illusione inquit, valde necessaria est discretio: quia subtiliter pensari debet, ex qua ~~pre~~ accidenti menti dormientis. Et quidem cum ex naturæ superfluitate, vel infirmitate evenerit, omnino hæc illusio non est timenda: quia hanc animus nesciens, pertulisse magis dolendus est, quam fecisse. Cum vero ultra modum appetitus gulæ in summendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula gravantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen usque ad prohibitionem percipiendi sacri mysterii, vel Missarum Solemnia celebrandi; cum fortasse aut festus dies exigit, aut exhiberi mysterium pro eo, quod Sacerdos aliis in loco deest, ipsa necessitas compellit.. Si tamen dormientis mentem turpis cogitatio non concusserit. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis, oritur illusio in mente dormientis, patet animo suus reatus.. Sed pensandum est, ipsa cogitatio utrum suggestione, an delectatione, vel quod maius est, peccati consensu acciderit.. Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si

nulla

Has tu quidem nos honorans (non enim ignoras o dilecte) nobis quæstiones proposuisti , nos ut ejusdem sententiæ , sicut & sumus , ejusdemque animi tibi concilians. Ego autem non ut doctor , sed ut cum omni simplicitate convenit nos invicem dif-

nulla peccati delectatio sequatur , peccatum omnino perpetratum non est. Cum vero caro delectari cœperit , tunc peccatum incipit nasci : si autem ad confessionem ex delibera-
tione descendit , tunc peccatum cognoscitur perfici... Et
sæpe contingit , ut hoc , quod malignus spiritus seminat in
cogitatione , caro in delectationem trahat , nec tamen ani-
mus eidem delectationi consentiat. Et cum caro sine anima
delectari nequeat , ipse tamen animus carnis voluptatibus
reluctans , in delectatione carnali aliquomodo ligatur invi-
tus , ut ei ex ratione contradicat , nec consentiat , & tamen
delectatione ligatus sit , sed ligatum se vehementer ingemi-
scat.. Ecce itaque homo est , ut ita dixerim , & captivus ,
& liber : liber ex justitia , quam diligit , captivus ex de-
lectatione , quam portat invitus. „ Et S. Thomas 3. p.
q. 8o. a. 7. in O. „ Pollutio nocturna Communionem sa-
cram ex quadam congruentia impedit , quantum ad duo ,
quorum unum semper accidit , scilicet quædam fœditas cor-
poralis , cum qua propter reverentiam Sacramenti non de-
bet ad Altare accedere.. Aliud autem est evagatio men-
tis , quæ sequitur pollutionem nocturnam , præcipue quando
cum turpi imaginatione contingit... Hoc tamen impe-
dimentum , quod ex congruitate provenit , postponi debet
propter aliquam necessitatem. „

differere , meam sententiam in commune edidi : quam cum tu examinaveris fili mi sapientissime , quod tibi justum , meliusque apparuerit , vel an sic etiam de his habere existimas , rescribes. 45.) Valere te dilekte fili mi , in pace Domino ministran-tem opto . ,

H 5

CAPUT

45.) Ex his manifestum fit S. Dionysium responsa sua noluisse haberi per modum Canonum , sed duntaxat instar opinionis privatæ. Quod igitur nunc Epistola illius vocetur Canonica , id a Zonara , & Balsamone profectum est , qui illam in quatuor Canones distinxerant.

CAPUT IV.

Dissertatio S. Dionysii de Apocalypsi Joannis.

EX aliis S. Patris Opusculis fragmenta quidem non pauca nobis in Historia sua conservavit Eusebius: quia tamen ea vel superius jam allata, vel minutiora sunt, quam ut recenseri mereantur, ab iis hic inferendis abstinere visum est. Præterire tamen non possum Dissertationem de Apocalypsi Joannis, quam ex libro secundo Dionysii nostri adversus Nepotem Episcopum, ad nos transmisit laudatus Historicus l. 7. c. 23. & sic habet.

„Nonnulli eorum, qui nos præcesserunt, librum hunc prorsus reprobarunt, discussisque singulis illius capitibus, obscurum, & nullis rationibus fultum esse, denique & inscriptionem Joannis mentiri, imo ne revelationem quidem esse dixerunt, quæ admodum crasso sit ignorantiae velamine adoperta. Quin non modo ex Apostolis neminem, sed nec ex Sanctis, aut iis, qui ad Ecclesiam pertinent, aliquem scripti
hu-

hujus esse auctorem ; sed Cerinthum hæretis illius , quam Cerinthianam vocant , conditorem , nomine Joannis tanquam fide digno , figmentum inscribere voluisse. 46.) Esse enim hoc doctrinæ ejus dogma , regnum Christi fore terrenum ; & quæ ipse tanquam Cor-

46.) An Apocalypsis liber divinitus inspiratus sit , primus in controversiam adduxisse videtur Cagus Presbyter Romanus , qui Zephyrino Pontifice , seu desinente secundo seculo floruit. Ita enim de illo Eusebius l. 3. Hist. Eccl. c. 28. „ Cagus in Disputationum suarum Dialogo hæc scribit : Cerinthus per revelationes quasdam , velut a magno Apostolo conscriptas , & per Angelum revelatas , portenta nobis introducit , post resurrectionem terrenum dicens futurum esse regnum Christi in Hierusalem , ac rursus homines cupiditatibus & voluptati corporis obnoxios fore ; additque mille annorum spacium in nuptialibus festis , & hostiarum mactationibus transactum iri . „ Quibus verbis Apocalypsis , ut vides non modo e Divinarum Scripturarum numero expungitur , sed inter hæretica etiam Cerinthi commenta rejicitur. Sed Cajum quidem nimius disputandi æstus ultra limites abripuit , hæresiarcha vero ille siquid in rem suam scribillavit , id longe aliud ab ea , quam habemus Apocalypsi esse oportuit ; In hac enim nullæ uspiam hostiarum mactationes occurunt , nuptiæ autem prædicantur quidem c. 19. sed Agni immaculati , quem sequuntur CXLIV. millia virginum , cum mulieribus nunquam inquisitorum , & idcirco canticum novum cantantium.

Corporis sui studiosus , & vehementer carnalis concupiverit , in illis se futurum somniasse , ventris videlicet , & eorum , quæ ventri subsunt , saturationibus , cibis puta , potibus , nuptiis , & quibus ista majori cum jucunditate acquirenda putavit , diebus festis , victimis , ac sacrificiorum matationibus . Ego vero librum hunc reprobare non ausim , quod eum multi ex fratribus studiose legant ; sed majore de illo existimatione concepta , quam ut a me possit intelligi , arcanam quandam & admirabilem in singulis illius capitibus futurarum rerum expectationem contineri suspicor . Etenim ubi illum non intelligo , altiorem quendam sensum verbis inesse cogito , nec de ipsis meo intellectu inquiero , & judico , 47.) sed fidei potius acquiescens , sublimiora illa ,

quam

47.) Pro Scriptura Canonica Apocalypsim agnoscit Dionysius , permulta tamen se in ea non intelligere fatetur , neque suo sensu dicta ejus metiri vult : non existimavit igitur sacras literas cuique pervias esse , nec pro duce securō ad earum intelligentiam spiritum privatum habuit . Num quæso sapientiores , plentioresve Dionysio sectarii nostri se dicent , qui scripturam sibi ubique clarissimam esse jactitant ?

quam quæ a me intelligantur , esse puto ; nec refuto , quæ non intellexi , sed magis admiror.. Quin vocari etiam hunc Joannem , & esse Scripturam hanc Joannis haud abnego , sed consentio esse eam Sancti cuiusdam , & Divino Spiritu imbuti : verum esse hunc Apostolum filium Zebedæi , fratrem Jacobi , cuius Evangelium est secundum Joannem inscriptum , & Epistola Catholica ; haud facile concefferim. 48.) Et enim

48.) Quamvis ol'm nonnulli vel de auctore Apocalypseos cum Dionysio hæfitaverint , vel omnino in Divinarum Scripturarum numerum eam non esse admittendam cum Cajo putaverint ; longe plures tamen his & antiquiores , & suppare , & recentiores a Joanne Apostolo Divinitus inspirato conscriptam esse Apocalypsim docent. Ita enim utroque vetustior Justinus Dial. cum Tryph. circa med. ,, Vir apud nos nomine Joannes , unus ex Christi Apostolis in Revelatione ipsi facta mille annos Jerosolymis traducturos prædictit eos , qui Christo nostro crediderint. ,, Et Ireneus 1. 5. advers. hæres. c. 26. ,, Manifestius inquit , de novissimo tempore , & de his , qui sunt in eo decem regibus , in quos dividetur , quod nunc regnat imperium , significavit Joannes Domini discipulus in Apocalypsi , edificerens , quæ fuerint decem cornua , quæ a Daniele visa sunt. ,, Ex supparibus Tertullianus 1. de Præscript. hæret. num. 12. „ Joannes in Apocalypsi idælothyta edentes , & stupra com-

mit.

enim ex utrorumque ingenio & ductu , verborumque specie , ac libri tractatu conje-
ctu-

mittentes jubetur castigare .. at in Epistola eos maxime antichristos vocat , qui Christum negarent in carne venisse , & qui non putarent Jesum esse Filium Dei. „ Origenes tomo 5. in Joan. „ Quid de Joanne dicendum , qui supra pectus Domini JEsu recubuit , qui unum Evangelium reliquit , scripsit autem & Apocalypsim , iussus tamen silere , quid septem tonitruorum voces locutæ sint. „ Et S. Cyprianus Ep. 63. ad Cœcilium. „ Aquas populos significare in Apocalypsi Scriptura Divina declarat dicens : *Aqua* , *quas vidisti* , *super quas sedet meretrix illa* , *populi & turbæ ethnicorum sunt.* Apoc. 17. v. 15. „ Postiores vero id uno ore testantur , e quibus idcirco hic satis fit. S. Ambrosius Ep. 37. ad Chromat. „ Evidenter inquit , in Apocalypsi Joannis Evangelistæ scriptum est , dicente Domino Jesu ad Angelum Ecclesiæ Pergami : *Habes illic tenentes doctrinam Balaam* , *qui docebat Baloch mittere scandalum contram filios Israël* : ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Apoc. 2. v. 13. & 14. „ Et S. Hieronymus l. de vir illustr. „ Joannes Apostolus , quem Jesus amavit plurimum .. secundam post Neronem persecutionem movente Domitiano , in Patmos insulam relegatus scripsit Apocalypsim . „ qua codem S. Doctore teste Ep. ad Paulin. tot habet Sacramenta , quot verba. Parum dixi , & pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent sententiae &c. „ Reste igitur insuperhabita Caji , Dionysii & paucolorum cum iis sentientiam oppinione , &

jam

cturas summo , non esse eundem Joannem. Evangelista namque nusquam suum nomen adscripsit , nec prædicat seipsum , neque per Evangelium , neque per Epistolam.. is vero , qui Apocalypsim scripsit , in ipso libri initio nomen suum præfigit dicens: *A-
pocalypse Jesu Christi , quam dedit ipsi , ut
servis suis ostendat velociter , & significa-
vit misso per Evangelium suum servo suo
Joanni , qui testificatus est Verbum Dei , &
testimonium ejus quæcunque vidit.* Deinde & Epistolam scribit Joannes hic septem Ecclesiis , quæ sunt in Asia: *Gratia vobis &
pax.* Evangelista vero ne Catholicæ quidem Epistolæ nomen suum præfixit , sed incomposite a mysterio Divinæ revelationis orsus est ad hunc modum : *Quod audivimus ,
quod oculis nostris vidimus.* Propter hanc enim revelationem Petrum Dominus beatum prædicavit dicens : *Beatus es Simon Bar
Jona , quoniam caro & sanguis non reve-
la-*

jam olim Concilium Carthag. III. can. 47. & novissime Tridentinum sess. 4. Apocalypsim sub Joannis Apostoli nomine pro Canonico Divinæ Scripturæ libro habendam esse definiuit.

lavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. (Matth. 16. v. 17.) Sed ne in altera quidem, nec in tertia, quæ sub Joannis nomine circumferuntur, quantumvis brevibus Epistolis, nomen suum Joannes præponit, sed sine nomine Presbyter scripsit. 49.) Hic vero contentus non fuit, postquam

49.) Si hoc argumentum ad abjudicandam Joanni Apostolo Apocalypsim satis esset, abjudicari itidem Paulo Apostolo Epistola ad Hebræos, & Salamoni Canticum Cantorum deberet. Nam & Paulus in Epistolis cæteris nomen suum præfigit, in ea vero, quæ ad Hebræos est, tacet; & Salamon Proverbiorum librum a nomine suo inchoat: *Parabolæ Salomonis, Filii David, Regis Israël;* pariterque Ecclesiasten: *Verba Ecclesiastæ filii David Regis Jerusalem;* cum contra Canticum ex abrupto, & absque ulla scriptoris mentione incipiat: *Osculetur me osculo oris sui.* Quamvis autem reperti sint, qui Epistolam ad Hebræos non a Paulo, sed vel a S. Luca, vel a S. Clemente Romano scriptam esse suspicabantur, nemo tamen quod sciam fuit hactenus, qui Canticum Cantorum pro aliis cuiuspiam, quam Salomonis factu habuerit. Cassa igitur viribus in præsenti quoque hæc Dionysii nostri conjectura est: cum præsertim observatæ ab eo diversitatis ratio sufficiens reddi possit. Quia scilicet Apocalypsim Joannes ut Prophetæ scripsit, Prophetæ autem initio ipso scriptoris nomen suum edere, & visionem, seu revelationem scribendarum rerum sibi

Deo

quam seipsum semel nominavit, quæ dicenda erant persequi, sed rursus repetendo dicit: *Ego Joannes frater vester, & consors in tribulatione, & regno, & patientia Iesu, eram in insula, quæ vocatur Patmos, propter verbum Dei, & testimonium Iesu.* (Apocal. 1. v. 9.) Quin circa calcem etiam ista dicit: *Beatus, qui servat verba Prophetiæ libri hujus, & ego Joannes audiui, & vidi ista.* (Apocal. 22. v. 7. & 8.) Itaque quod Joannes quidem sit, qui ista scripsit, credendum est; quis vero ille sit, incertum est. Non enim seipsum esse dixit, sicut in Evangelio plerisque locis, dilectum a Domino discipulum; neque eum,

Acta & Script. S. Dionysii Alexandr. I qui

Deo factam esse, passim attestari conservaverunt. Ita enim Isaías librum suum orditur: *Viso Isaiæ filii Amos, quam vidit super Judam & Jerusalēm.* Pariter Jeremias: *Verba Jeremiæ filii Helciae de Sacerdotibus, qui fuerunt in Anaboth.* Et Oseas: *Verbum Domini, quod factum est ad Osee filium Beeri.* Atque Amos: *Verba Amos, qui fuit in pastoribus Tbecue, quæ vidit super Israel in diebus Oziae Regis Iuda &c.* Horum proinde exemplo Joannes quoque Apocalypsis initio nomen suum edere voluit, quod in libris aliis, quos ut Historicus, aut Doctor scripsit, faciendum non putavit.

qui supra pectus ejus recubuerit , neque fratrem Jacobi , neque eum , qui ipse Dominum viderit , & audierit : sed fratrem se , & confortem nostrum , ac testem Jesu , beatumque propter visionem , & auditam revelationem dicit . 50.) Arbitror

au-

50.) Nihilo firmius quam præcedens momentum . Nam neque in Epistolis suis usquam ait Joannes se discipulum esse , quem diligebat Jesus ; quod in Evangelio commemorare solet : nec tamen idcirco primam saltem harum ab alio quopiam Joanne , quam Apostolo scriptam esse Dionylius ipse credidit . Cur igitur hac de causa Apocalypsim alii tribuamus ? Quod autem scriptor hujus ne id quidem , quod in prima Joannis legimus , afferat , se nimis ex iis esse , qui in carne Dominum viderunt , mirandum non est . Cum enim Apocalypsis futurarum rerum prophetia sit , ad conciliandam autem vaticiniis fidem non tantum ponderis videatur habere , quod auctor eorum cum Christo in terris versatus sit , quam si res futuras sibi per visionem a Deo ostensas esse testetur , istud utique potius afferendum Joanni erat : quemadmodum & initio ipso afferit , ita inchoans : *Apocalypsis Jesu Christi , quam dedit illi Deus palam facere servis suis , quæ oportet fieri cito , & significavit mittens per Angelum suum servo suo Joanni . Qui testimonium perhibuit Verbo Dei , & testimonium Jesu Christi , quæcunque vidit . Et sub finem c. 22. v. 7. & s. Beatus , qui custodit verba prophetia libri hujus . Ego Joannes , qui audivi , & vidi haec .*

autem multos fuisse ejusdem cum Apostolo Joanne nominis , qui propter dilectionem erga illum , & quod ipsum admirarentur , æmularenturque , ac consimiliter a Domino diligenter voluerint , ideoque hoc sibi nominis usurpaverint : sicut & Paulus , & Petrus ex liberis fidelium multi nominantur. 51.) Est quidem & aliis Joannes in Actis Apostolorum , cognomento Marcus , quem Paulus , & Barnabas una secum assumpserunt : an vero hic sit , qui Apocalypsim scripsit , haud sane dixerim. Non enim cum illis in Asiam eum pervenisse scriptum est . sed *cum sol vissent , inquit , a Papho , bi qui cum Paulo erant venerunt Pergam Pamphiliæ , Joannes vero discessit ab eis , Jerosolymamque*

I 2

re-

51.) Ex mente Dionysii non modo tertio Ecclesiæ fœculo , sed & paulo post Apostolorum ætatem , fidelium multi liberis suis Petri , Pauli , Joannis , Apostolorum nomina indebant , idque propter dilectionem erga illos , & quod ipsos admirarentur , ac æmularentur , diligenter a Domino consimiliter voluerint . Pie igitur venerabantur beatos Apostolos , eorumque interventu se a Deo obtenturos gratiam confidebant primi Christiani. Quodsi ita , quis religiosum beatorum Cœlitum cultum , & invocationem superstitionis insimulare ausit ?

reversus est. (Act. 13. v. 13.) Sed alium quendam esse puto ex illis, qui in Asia fuerunt: duo siquidem Ephesi ferunt esse monumenta, quæ utraque Joannis esse dicantur. 52.) Deinde si sensus hujus & verba

52.) In eundem sensum Eusebius 1. 4. Hist. Eccl. c. 39. ubi nonnullis ex S. Papia in medium allatis hæc subiungit. „ Mihi inquit, dignum animadversione videtur, quod secundo nomen Joannis enumerat, & eum quidem, cuius primo meminait, Petro, Jacobo, Matthæo, cæterisque Apostolis sociat, quem sine dubio ipsum Evangelistam esse, & Apostolum constat. Alium vero Joannem distinctione quadam facta, extra Apostolorum numerum collocat, præferens ei Aristionem quendam, & evidenter eum Presbyterum nominat: ut per hæc comprobetur verum esse, quod quidam Asiæ scribunt, quod scilicet duo sint apud Ephesum sepulchra, & utrumque Joannis appelletur. „ At si ita, id profecto Polycratem Ephesinum non latuisset, neque omisisset is & alterum hunc Joannem commemorare, dum undique illustriora Asiæ lumina conquirebat in sua ad Vistorem Papam epistola. In hac tamen nulla alterius Joannis, præter Apostolum mentio, & hic solus Ephesi requiescere dicitur. „ In Asia inquit, magna lumina extincta sunt, quæ illo adventus Domini die resurgent.. Philippus scilicet unus e XII. Apostolis.. Joannes, qui in sinu Domini recubuit, qui etiam Sacerdos fuit, & laminam gestavit, Martyr denique, & Doctor extitit. Hic inquam Joannes apud Ephesum extremum diem obiit. Polycarpus quoque, qui apud Smyrnam Episcopus & Martyr fuit &c.,

ba, structuramque illorum consideres, haud immerito alias ab Evangelista colligetur. Etenim concordant inter se Evangelium, & Epistola: similia sunt utriusque exordia. Evangelium: *In principio, inquit, erat Verbum;* Epistola: *Quod erat, ait, ab initio.* Evangelium: *Et Verbum, inquit, Caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam tanquam Unigeniti a Patre;* Epistola autem habet parumper immutata: *Quod audivimus, inquit, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de Verbo vi- tæ, & vita manifestata est.* (1. Joan. 1. v. 1.) Nam ista præfatus ad hoc est, sicut in sequentibus patefacit, ut hæreticos impugnaret, qui Dominum in carne non venisse dicunt. Quapropter accurate etiam ista conjunxit: *Et quod vidimus, testificamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & manifestata est nobis; quæ vidimus, & audivimus, annunciamus vobis.* (Ibid. v. 2.) Huic immoratur, & a proposito non discedit, sed per hæc capita & nomina cuncta pertractat,

quorum aliqua breviter commemorabimus. Qui attente legit, inveniet utrinque frequenter vitam, frequenter lucem, dehortationem a tenebris; creberrime veritatem, gratiam, gaudium, Carnem, ac Sanguinem Domini, judicium, peccatorum remissionem, dilectionem Dei erga nos, præceptum nos invicem diligendi, servanda esse cuncta præcepta, redargutionem mundi, diaboli, & antichristi, promissionem Spiritus sancti, adoptionem Dei, fidem a nobis ubique expetitam, ubique Patrem, & Filium: & si per omnia character utriusque notetur, profus unus & idem Evangelii, & Epistolæ color invenietur. Apocalypsis vero ab utrisque est alienissima, & ad illa prope ne verbo, ut sic dicam, accedit. 53.)

Sed

53.) Mirum hæc a S. Dionysio dici, cum initio ipso Apocalypsis dictum illud: *Qui testimonium perhibuit Verbo Dei; & testimonium Iesu Christi, quæcumque vidit, admodum simile sit ei*, quod in Joannis Evangelio c. 19. v. 35. legimus: *Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus.* Sed & voces eidem Evangelistæ familiares, quibus Filium Dei, Verbum, & Agnum appellare conservavit, in Apocalypsi non semel leguntur, gratia item, si-
des,

Sed nec meminit Epistola de hac Apocalypsi (ut interim de Evangelio taceam) nec vicissim Apocalypsis de Epistola : cum Paulus aliquid de revelationibus suis significet in Epistolis suis. 54.) Ex ipsa quoque phraſi conjectari potest , quæ sit Evangelii , & Epistolæ , deinde & Apocalypfeos hujus diversitas . Illa namque non modo inoffense secundum Græcam dictionem , sed & disertissimis dictionibus , & syllogismis scripta sunt , ac procul abeſt , ut vox aliqua barbara , aut folœcismus , vel omnino idiotismus in illis reperiatur . Etenim Evangelista hic utriusque habuit , ſicut apparet , & sermonis , & ſcientiæ facultatem : quod Dominus illi & ſapientiæ , & ſci.

des , charitas , mandatorum commendatio , judicium , redargutio mundi , & diaboli , quemadmodum in Evangelio ejus , ita & in Apocalypsi paſſim occurruunt , ut legenti attinge palam fiet .

54.) Quod Apocalypsis nusquam laudet Evangelium , vel Epistolas Joannis , nec in illis laudetur , verum quidem eſt : at neque Salomon in Proverbiis Canticum Cantorum laudat , nec in iſto illa laudantur , quin idecirco alterutra ex his lucubrationibus Salomoni abjudicetur . Idemque in pluribus Pauli Epistolis locum habet .

scientiæ gratiam largitus sit. De altero vero non nego , quod & revelationem viderit , & scientiam , ac prophetiam accepit ; interea tamen dialectum , ac linguam illius haud exacte Græce loquentem , sed idiomate subinde barbarico utentem , & alicubi etiam solœcifantem video ; quæ in præsenti necessarium non est recensere . 55.) Haud enim carpendi gratia ista scribo , nec hujus me quisquam insimulet ; sed dissimilitudinem duntaxat scriptorum istorum expendo . „ Hactenus Dionyſius.

55.) Diversitas stylis si qua est in Apocalypsi , eam argumentum rei , & character propheticus postulabat . Nam eruditissimi quique Interpretes opus hoc summo artificio elaboratum esse fatentur , sublimemque prorsus loquendi rationem in eo agnoscunt . Barbara autem , id est Hebraica verba , puta Amen , Armageola leguntur quidem in Apocalypsi , at non desunt etiam in Evangelio Joannis , qualia sunt c. 19. Gabbata , Golgotha &c.

O. A. M. D. G.



ACTA ET SCRIPTA
SANCTI METHODII
EPISCOPI ET MARTYRIS.

C A P U T I.

De Gestis S. Methodii.



Uanvis pauca admodum de præclare actis Methodii ad memoriam nostram pervenerint , sanctitatem tamen , & doctrinam ejus plerique veterum celebrant. Andreas enim Cæsareæ Cappadocum seculo V. Archiepiscopus Magni titulo eum honorat , cum Commentar. in Apocal. ad verba illa : *Signum magnum apparuit in cœlo , mulier*

A ami-

amicita sole, & luna sub pedibus ejus,
 ait: „ Hanc mulierem nonnulli Dei Genitricem Virginemque Matrem per omnia sanctissimam interpretati sunt; at Magnus Methodius ad Ecclesiam retulit, in Dominicæ Nativitatis mysterium parum ea convenire ratus, quæ hoc loco de illa narrantur. „ Leontius Byzantinus seculi VI. scriptor inter Patres & Doctores hæreticis ipsiis venerabiles eum recenset I. de sectis Art. 3. scribens. „ Temporibus illis, quæ a Christi Nativitate, usque ad imperium Constantini numerantur, hi Doctores & Patres extiterunt: Ignatius ille Theophorus, 1.) Irénæus,

1.) S. Ignatius in Episcopatu Antiocheno, post Apostolorum Principem successit Evodio anno Chr. LXXI. eumque sanctissime administravit usque ad an. CVII. vel CXVI. quo sub Trajano Romæ a bestiis dilaceratus martyrium consummavit. Theophorus dictus est, vel quod parvulus adhuc a Christo in ulnas sublatus fuerit, dum Matth. 14. v. 4. ad discipulos suos ajebat: *Quicunquc humiliaverit se, si-
cat parvulus iste, hic est major in regno cœlorum;* vel potius quod coram Trajano Augusto se Christum in pectore ferre professus sit, ut in ejus actis legitur. Scripsit autem teste Eusebio, & S. Hieronymo Epistolas septem: unam

næus, Justinus Philosophus & Martyr, 2.) Clemens, 3.) & Hippolytus Episcopi Romani, 4.)

A 2. Dio-

ad Ephesios , alteram ad Magnesios , tertiam ad Trallen-
ses , quartam ad Romanos , quintam ad Philadelphios , sex-
tam ad Smyrnenses , & septimam ad S. Polycarpum , suum
quondam sub Joanne Apostolo condiscipulum , tunc Smyrnæ
Episcopum.

2.) De SS. Justino , & Irenæo vide dicta in eorum
Actis & Scriptis , quæ duobus tomulis anno superiore e-
didi.

3.) S. Clemens Romanus laudatur ab Apostolo Phi-
lippens. 4. v. 3. In Romana Cathedra juxta quosdam suc-
cessit Lino anno Christi LXVII. vel LXIX. seditque ad
an. LXXVII. vel sequentem ; juxta alios Cleto ab anno
XCI. vel XCIV ad an. C. vel CH. A Trajano Imperatore
ob confessionem Christi in Chersonesum Tauricam relegatus
est : ubi etiam subinde alligata ad collum anchora in mare
demersus fertur. Scripsit ad Corinthios Epistolam unam ,
quæ hodiecum extat : alia quæ sub ejus nomine circumfe-
runtur , aut supposititia , aut depravata plerisque videntur.

4.) S. Hippolytus , de quo hic sermo est , floruit ter-
tio Ecclesiæ seculo. Ac Græci quidem complures cum Leon-
tio eum Romanum Episcopum fuisse ajunt : sed nomen ejus
in nullo Romanorum Pontificum Indiculo reperitur. Ex
Latinis multi cum Baronio ad an. Chr. CCXXIX. primum
Arabia Metropolitam , dein Portus Romani ad ostia Ty-

be-

Dionysius Areopagita , 5.) Methodius Patarensis Episcopus , Gregorius miraculorum effector , Petrus Alexandrinus Episcopus & Mar-

berina ; alii verosimilius cum Aſſemano tom. 3. Bibliothecæ Orientalis pag. 15. celebris in Arabia Romanorum emporii , quod vulgo Adane , vel Aden dicitur Antistitem fuisse censent . Scripsit autem teste S. Hieronymo l. de Vir. illustr. „ rationem Paschæ , temporumque Canonem usque ad primum annum Alexandri Imperatoris (id est Christi CCXXII.) & sedecim annorum circulum , quem Græci ἵξανθεῖς καὶ ἀγέλαι vocant , reperit ; Commentarios item in ἵξανθεῖον , in Exodum , in Canticum Cantorum , in Genesim , in Zachariam , de Psalmis , in Esaiam , de Daniele , de Apocalypsi , de Proverbiis , de Ecclesiaste , de Saul , & pythonissa , de antichristo , de Resurrectione , & adversus omnes hæreses &c. „

5.) Cum Paulus Apostolus rationem doctrinæ suæ in Areopago reddieret , inter eos , qui Christo nomen dederunt , fuisse Dionysium Areopagitam testatur Lucas Act. 17. v. ult. Eundem postea in Episcopum Atheniensium ordinatum esse scribit Eusebius l. 3. Hist. Eccl. c. 4. An vero Dionysius hic in Gallias deinde migraverit , & Parisinam Ecclesiam fundaverit ? an item auctor sit librorum de cœlesti , & Ecclesiastica Hierarchia , de Divinis nominibus , & mystica Theologia , compluriumque Epistolarum , quæ sub ejus nomine circumferuntur ? vetus & adhuc sub judice lis est : de qua fors alias oportunior dicandi locus erit .

Martyr. 6.) Hos omnes secutæ deinceps hærefes recipiunt. „ S. Epiphanius etiam Eubulii cognomen illi tribuit hæc. 64. quæ est Origenistarum , ubi post nonnulla ex ejus de Resurrectione libro allata , subdit. „ Atque hæc sunt e Beati Methodii , qui & Eubulius , scriptis decerpta , quæ de Origene , depravataque ejus fide , & sophisticis cavillationibus implicata , in suo de Resurrectione libro differuit. Quanquam & alia ad id argumentum pertinencia idem Methodius , vir apprime doctus , & acerrimus veritatis patronus disputatione. „ Cognomen vero istud , ut observat Petrus Possinus eruditus S. J. Theologus , desumptum esse videtur ex Symposio virginum ,

A 3 quod

6.) S. Petrus Alexandrinus post Theonam Episcopum , Ecclesiæ illi annis XII. sanctissime præfuit , & circa annum Christi CCCXI. Maximini jussu pro Christo capite truncatus est , teste Eusebio l. 7. Hist. Eccl. c. 29. & Ruffino l. 1. c. 6. Synodus Ephesina , & Chalcedonensis Act. 1. laudat librum ejus de Divinitate , qui interiit , Synodus vero Quinisexta seu Trullana Can. 2. inter alios recipit *Canones Petri Alexandrini* , qui hodiecum supersunt , & in Collectione maxima Regia Conciliorum edit. Parisin. anno MDCCXIV. Græce , Latineque exhibentur tom. 1. col. 225. & seq.

quod inter alia Methodius noster elucubravit, & in quo inter colloquentes personas Eubulium primo loco inducit.

Floruisse illum seculo tertio inter omnes convenit. An autem ad quarti etiam initia pervenerit, dubium facit S. Hieronymus, cum l. de Vir. illustr. scribit. „ Methodius Olympi Lyciae, & postea Tyri Episcopus.. ad extremum novissimæ persecutionis, sive ut alii affirmant, sub Decio, & Valeriano, in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est. „ At si imperante Decio, vel Valeriano martyrium consummasset Methodius, vix ac ne vix quidem adversus Porphyrium religionis Christianæ calumniatorem scribere potuisset. Decius enim anno Chr. CCLI. periit, edictam autem a Valeriano persecutionem, post eum a Perfir captum, Galienus collega sustulit an. CCLXII. vel sequenti. Porphyrius denique Roman se venisse, ut Plotinum philosophum audiret, anno ætatis suæ trigesimo, & Galeni Imp. decimo, id est Christi CCLXIII. vel sequenti ipse testatur: ante quod tempus eum Christianos scriptis infectari ausum esse

verosimile non videtur. Cum igitur calumnias Porphyrii teste S. Hieronymo , ut videbimus , confutarit Methodius , longe ultra Valerianum in vivis egisse , nec nisi sub Diocletiano Martyrium consummasse dicendus est. Romanum certe martyrologium , eum in postrema , seu Diocletiani persecuzione passum esse diserte ait ad diem XVIII. Septembris hæc consignans : „ Natalis S. Methodii Olympi Lyciæ , & postea Tyri Episcopi , sermonis nitore , ac doctrina clarissimi , qui ad extremum novissimæ persecutionis , ut scribit S. Hieronymus , in Chalcede Græciæ martyrio coronatus est. „

De Episcopatus loco nonnihil itidem ambiguitatis est : cum alii Pataræ , alii Olympi Episcopum eum fuisse dicant. Unde Baronius in Notis Martyrol. Rom. ad XIV. Junii diversum a Græcis , & diversum a Latinis Methodium commemorari suspicatus est. De eodem tamen apud utrosque sermonem esse inde certum fit , quod hi pariter , atque illi easdem Methodio suo lucubrationes tribuant. Sed & Pataræ , ac O-

lympi Episcopatus unus idemque erat: quia Patara urbs Lyciæ , Olympus etiam veteribus dicebatur , quod cognomini , & altissimo regionis ejus monti insideret. De translatione vero e Patarenſi ſede ad Tyriam , Græci quidem omnino tacent: at eorum ſilencio testimonium S. Hieronymi præferendum videtur , qui & in Oriente diu verſatus , & plerisque antiquior , ac rerum Ecclesiasticarum facile peritissimus erat.

Cætera S. Methodi acta paucis ſic perstringit Menæum Græcum ad diem XIX. Junii. „ Certamen S. Methodii Patarenſis Episcopi. Hic cum a puero ſe Deo consecrasset , sancti Spiritus vas pretiosum effectus eſt. Unde etiam Divino ſuffragio creator Episcopus : quo in munere probe , pieque gregem pascens , placidiorique doctrina cœtum Ecclesiæ illuſtrans , ac Origenis diſturbato errore , universoque orbe fermonum ſuorum fulgore colluſtrato , capite cæditur. „

C A P U T II.

De scriptis, & doctrina S. Methodii.

S. Hieronymus in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, seu l. de Vir. illustr. Methodii nostri lucubrationes his commendat. „ Methodius Olympi Lyciæ, & postea Tyri Episcopus, nitidi compositique sermonis adversus Porphyrium confecit libros: de Resurrectione item Opus egregium contra Origenem, & adversus eundem de Pythonissa, & Ἀντεξούσιος: in Genesim quoque, & in Canticum Canticorum Commentarios, & multa alia, quæ vulgo lectitantur.,, Symposii seu convivii Virginum non mentionit quidem diserte S. Doctor, at hanc quoque lucubrationem ei tribuit S. Gregorius Nyss. l. Quid sit ad imaginem, ubi inter alia scribit: „ Methodius in Symposio immensa quadam, & inenarrabili pulchritudine animam fulgere, eamque ob causam quadam quasi zelotypia & amore illius flagrare spiritus adversarios ait. „ Tribuit etiam Andreas Cæfareensis laudato supra Commentar. in Apocal. c. 33. scribens. „ Ipsamet Methodii

verba in medium adferre lubet. Is ergo in Tractatu , quem Symposium inscripsit , ex persona Procles virginis ita scribit. Mulier sole induita est Ecclesia ; quod autem nobis vestis est , hoc illi lux est. Parimodo quod nobis est aurum , & pretiosi lapides , hoc illi sunt stellæ , & quidem cæteris præstantiores , & illustriores &c. Tribuit denique S. Joannes Damascenus Orat. 3. de Imagin. Photius in Bibliotheca sua Cod. 237. & Honorius Augustodunensis seculo XII. Presbyter in libro de Luminari- bus Ecclesie , qui tomo 20mo Maximæ Patrum Bibliothecæ extat.

Rivetus Calvinianæ scholæ didascalus abjudicare quidem Opus hoc tentavit Methodio ea duntaxat ex causa , quod alicubi laudet *Theologum* : quo nomine S. Gregorius Naz. toto pene seculo posterior , significari vulgo solet. Ast ego quidem in Symposium nostro , prout id in Patrum Bi- bliotheca edit. Lugdun. an. MDCLXXVII. ex MS. Vaticano a Petro Possino S. J. eru- dito Latine redditum extat , *Theologi* no- men nuspianam reperio. Apud Photium edit.

Basileens. an. MDCVI. colum. 963. & seq.
 lego fateor animadversionem hujusmodi.
 „ Notandum , quid sit , cur solus homo ex
 omnibus a Deo creatis rebus , dicatur factus
 secundum imaginem Dei ? Nihil enim in
 homine reperiat quis nobile , quo careat An-
 gelica natura . Non immortalitatem : nam
 & Angelus immortalis . Non liberum arbi-
 trium : nam si Angeli , ut sentit *Theolo-*
gus , magis quam homines propendent in
 bonum , secundum hoc intellige , nullo mo-
 do posse accipi illud , secundum similitudi-
 nem &c. „ Verum hæc aut Photii ipsius ,
 aut Scholiaſtæ alius , non Symposii nostri
 verba sunt . In hoc enim nusquam ea quæ-
 stio agitatur , cur homo solus ad imaginem
 Dei conditus dicatur ? quamvis Orat. I. ex
 persona Marcellæ virginis de Divina in no-
 bis imagine hæc legantur . „ Antiquitus
 nondum perfectus homo erat , & propterea
 virginitatem , rem utique perfectam non-
 dum capere poterat . Adhuc enim ad ima-
 ginem Dei formatus , ad ejusdem quoque
 similitudinem reformari opus habebat . Quod
 ut perficeret missum Verbum in mundum ,

nostram formam multis prius peccatorum stigmatibus deformatam suscepit : ut nos scilicet , propter quos eam ipse tulit , Divinæ rursus compotes esse possemus. Ad Dei enim similitudinem exacte effigi hoc demum est , characteres ac lineamenta in vitiæ humanæ consuetudinem imitando transferre , pari arte , qua periti pictores objetti oculis exemplaris ductus , & colores in paratis tabulis ad vivum exprimunt. Quod assequemur , ostensam a Verbo , & ejus disciplina traditam insistentes viam. Eo quippe consilio elegit humanam carnem , Deus ipse cum esset , induere , ut velut in tabula Divinum exemplar propositum intuentes , pictoris in exprimendo fidelitatem imitaremur. Quid igitur Dominus , Veritas , Lux in mundum adveniens negotiatus est ? Nimirum factus homo incorruptam in virginitate carnem servavit. Et nos itaque si ad Dei imaginem esse volumus , Christi contendamus virginitatem honorare : similitudo siquidem cum Deo , corruptionis fuga est . Atque hæc fortasse , & his similia Orat. VI. occurrentia occasionem dederunt Photio, aut

Scho-

Scholiaſtæ alteri , intactam a Methodio quæſtione in adjecto Scholio disceptandi : vel certe cum Scholion hoc scribebat , præ ocu- lis habuit laudatum supra Nyſſeni librum , in quo ea quæſtio diſcutitur , & Methodii Symposium cum laude memoratur . Quid- quid sit , ſi etiam in Symposio noſtro lau- daretur *Theologus* , non idcirco id contra tot , ac tam graves teſtes abjudicandum Methodio , ſed potius ab imperito quodam interpolatum eſſe dicendum foret . Negari namque vix poſt , lucubrationem hanc ab impostorum manu aliquid paſſam eſſe : tum quod in ea laudata ab Andrea Cæſariensi ver- ba , non ex Procles , ſed Teclæ perſona Orat . VIII . legantur ; tum quod nonnulla durius dicta , & cum dictis aliis æque co- hærentia ſint inspersa . Unde & Photius Cod . 237 . licet paulo ſeverius monet : „ Ob- ſervandum , Dialogum hunc , qui Sympo- ſium inſcribitur , ſive de Caſtitate , magnam partem adulteratum eſſe . Offendes enim in illo adjectas & Arrianas opinatio- nes , aliasque male ſentientium fabulas . „

Præter assertas hactenus Methodio nostro lucubrationes , Theodoreetus in suo Eraniste Dial. 1. pag. mihi 309. laudat etiam sermonem ejus de Martyribus in hæc verba. „ S. Methodii Episcopi & Martyris ex sermone de Martyribus. *Adeo admirabile , & tanto studio expetendum est martyrium , quod ipse Dominus Iesus Christus Filius DEI se id honorare testatus fit.* „ Photius vero Cod. 235. recenset librum ejus de Creatis contra Origenem , & Cod. 236. librum de Libero arbitrio , Dialogi forma inter Valentinianum , & Orthodoxum scriptum. Maxima denique Patrum Bibliotheca sub ejusdem nomine profert sermonem unum de Simeone & Anna , deque S. Deipara in die occursum , 7.) alte-

7.) Dies occursum , seu Τιμαράτη , a Latinis Purificatio Virginis dicitur : quam festivitatem nonnulli cum Baronio a Gelasio Papa desinente V. seculo institutam , & Lupercalibus gentium sufficiam esse putant ; alii cum Prospero Lambertino , seu Benedicto XIV. Pontifice in erudito de Festis B. V. Commentario , diu ante Gelasiū celebri folitam , & Amburbalibus gentilium ea die agi soitis substitutam fuisse censem . Atque hoc posterius diserte asserit

terum in Ramos palmarum, & librum Re-
velationum de rebus, quæ ab initio mundi
con-

serit S. Eligius Noviomensis sec. VII. Episcopus tom. 12.
Bibl. PP. Homil. 2. de Purific. ita scribens. „ Cum Ro-
mani totius mundi potirentur dominio , a subjecto sibi orbe
tripertito , per tria quinquennia solutionem census indixe-
runt fieri hoc modo , ut aurum uno , argentum altero , æs
vero tertio persolveretur quinquennio. Unumquodque au-
tem quinquennium vocabatur lustrum : eo quod ipso exple-
to , censuque soluto , in unum conveniente populo Romano
Sacrificium celebraretur , & cum cereis , ac lampadibus urbs
Roma lustraretur , ob honorem infernalium deorum , & præ-
cipue Februi , id est , Plutonis , qui dominus inferni dice-
batur , a quo & mensis Februarius vocabulum sortitur : cu-
jus parte extrema , id est , in Calendis hoc agebatur. Ideo
vero tunc infernalibus diis sacrificabant , quia eorum præsi-
dio nationes orbis se subjugasse putabant. Nunc igitur va-
næ superstitionis errorem , pulchre Christiana devotio in
veram convertit fidei religionem : cum jam non post quin-
quennium , ut olim circa finem mensis Februarii , una lu-
stratur civitas Romana ob honorem Februi , qui falso lu-
strationum , id est purgationum potens putabatur ; sed per
singulos annos circa initium ejusdem mensis , universa Dei
Civitas , sancta videlicet Ecclesia illustratur : fidei lumen ,
quod filiorum suorum fulget in cordibus , designans cereo-
rum lumine , quod eorundem gestatur manibus , ob honorem
Domini nostri IESU Christi , qui est unus & verus Deus
caeli & terræ , & inferni , quique verus homo pro nobis

contigerunt , & ad finem usque continent.

Sed sermo de Martyribus nusquam hodie comparet : ex libris de Creatis , & de Libero arbitrio , nonnisi fragmenta quædam laudatis Photii locis extant . Revelationum libellus , quamvis a Petro Comestore , qui seculo XII. floruit , in Historia Scholastica sub Methodii nostri nomine laudetur , & fortasse etiam a Trithemio , Mariano Scotto , & Martino Polono , qui Chronicon quodam Methodio tribuunt : tot tamen , ac tam absurdis fabulis scatet , ut citra injuriam ei tribui non possit . Exemplo sit , quod de

Ale-

factus , hodierna die in templo præsentari , & cum esset sine forde peccati , legalem purgationem cum hostiarum oblationibus pro se fieri , sancti senis Simeonis manibus suscipi , atque ab eo , & beata Anna , cæterisque justis , qui suum expectabant adventum , se voluit confiteri &c. , Vetusatem autem festi hujus probant sermones SS. Amphili chii , & Cyrilli in eadem solemnitate habitæ . Idemque colligere licet etiam ex Cyrillo Scythopolitan Vita S. Theodosii Cœnobiarçæ , qui Marciano imperante floruit . Inter alia enim asserit Cyrillus , Theodosium hunc Christiana doctrina imbuitum esse ab Icelia illustri & pia vidua , quæ Festum occursum cum cereis celebrari docuit .

Alexandro Macedone, ejusque Matre, & posteris fabulatur in hæc verba. „ Irruentibus Gog & Magog cum innumera hominum multitudine, continuo precatus est Dominum Deum Alexander, & exaudivit ejus obsecrations, & præcepit Dominus Deus duobus montibus, quibus est vocabulum ubera Aquilonis, & adjuncti approximaverunt ad invicem usque ad duodecim cubitos; & construxit portas æreas inter illos, & superinduxit eis Assurim: ut si voluerint eas patefacere ferro, non possint; aut dissolvere per ignem, statim ignis omnis extinguitur: talis est enim natura Assurim... Defuncto autem Alexandro Magno, Chufeth mater ejus regressa est in patriam suam Æthiopiam. Bisas igitur, qui & Bizantium condidit, misit ad Phool Regem Æthiopiæ, Germanicum sui exercitus Principem, scribens ei de Chufeth matre Alexandri, qualiter eam sibi accipiat in uxorem... Et accepit Rex Bisas Chufeth filiam Phool Regis Æthiopiæ: ex qua nata est filia, quam nuncupavit nomine civitatis Bizantium. Cum hac nuptus est Romulus, qui & Armæleus

Rex Romæ , & propter nimiam ejus pulchritudinem dilexit eam valde . unde & in dotalibus ejus donavit ei Romanum . Peperit vero ei Bizantia filios tres , quos & nuncupavit primogenitum quidem secundum appellationem patris Armæleum , secundum Urbanum , tertium Claudium . Regnarunt igitur hi tres , Armæleus quidem in Roma pro patre suo , Urbanus vero in Bizeante civitate matris suæ , Claudius autem in Alexandria &c. , Quibus quid absurdius , fabellisque etiam anilibus hiuncum magis cogitari potest ?

Orationem in Ramos palmarum sub S. Chrysostomi nomine ediderat Savilius , Methodio autem ex MS. Regis Christianissimi Codice asseruit Combefisius Ordinis Prædicatorum Theologus . Sed nemo unus veterum ei testimonium perhibet , & luculenta nimium Divinæ Triadis explicatio recentiorem Auctorem sapere videtur . Ita enim paulo post med. differit . „ Quondam Simeon senex Salvatori occurrens , velut infantem Auctorem seculorum suscepit , & Dominum , Deumque prædicavit : nunc seniorum

rum improborum loco , pueri Salvatori oc-
 currerunt , ramosque arborum pro ulnis sub-
 sternentes , Dominum Deum super pullum ,
 quasi super Cherubim sedentem laudave-
 runt : *Hosanna Filio David ! Benedictus ,*
qui venit in nomine Domini. Cum quibus
 nos quoque clamemus : Benedictus , qui
 venit Rex gloriæ ! qui in suis ipse nihil
 paupertati obnoxius , propter nos egenus
 factus est , ut nos sua bonitate ditaret. Be-
 ne dictus , qui venit in humilitate , & ite-
 rum venturus est in majestate : primum su-
 per pullum , quem faustis omnibus infantes
 prosequerentur ; postmodum super nubes ,
 stipantibus Angelis , & Virtutibus. O pue-
 rorum mellifluam linguam ! qui thesaurum
 aperientes in lingua divitias protulerunt ,
 ac gratiarum pleno sermone , ad eas fruen-
 das claro vocis præconio cunctos invitarunt.
 Hauriamus nos quoque cum eis inauferi-
 biles divitias . . . & nullo fine clame-
 mus : *Benedictus , qui venit in nomine*
Domini , Deus verus , in nomine Dei ve-
ri , Filius in Patris nomine , Rex ex vero
Rege : cuius perinde , ac ejus qui genuit,

æternum regnum , & prææternum. Regnum enim commune est , nec ejus honorem extrinsecus quæsitum Scriptura Filio adscribit. Absit ut ita dicamus: sed velut quod a natura , ac propria vere possessione ipsius propria possessio sit. Unum quippe regnum est Patris , & Filii , & Spiritus Sancti: quemadmodum etiam una substantia , ac dominatio est. Unde & una adoratione trine subsistentem Deitatem colimus , principii expertem , increatam , interminabilem , æternam. Nam neque Pater unquam cessabit esse Pater , neque Filius esse Filius ac Rex , neque Spiritus Sanctus esse quod substantia est. Nihil enim Trinitatis detrimentum ullum aut æternitatis , aut regni unquam sentiet. Non igitur idcirco , quia propter nos factus est homo Dei filius , tyrannumque nobis adversantem in carne prostravit , Rex nuncupatus est ; sed quia Dominus , ac Deus semper est : propterea etiam ubi carnem assumpsit , atque in perpetuum Rex perseverat . „ Quibus verbis non solum Arriani , sed & Macedoniani in Concilio I.

Con-

Constan tinopolitano 8.) damnati , & quidem
hujus ipsius Synodi phrasibus impugnari vi-

B 3 de-

8.) Concilium I. Constantinopolitanum celebratum est
Mense Mayo an. CCCLXXXI. Consulibus juxta Idacium,
Syagrio , & Eucherio , juxta Marcellini Chronicon , Eu-
cherio & Evagrio. Convocavit autem illud Theodosius
Augustus , ut testatur Socrates l. 5. Hist. Eccl. c. 8. The-
odoreus l. 5. c. 7. Sozomenus l. 7. c. 7. & Anonymus in
Vita S. Pauli Constantinopolitani apud Photium Cod. 257.
Quin Patres ipsi in sua ad Theodosium Synodica hæc scri-
bentes : Δεδμεθα τοινυ της σης ινσεσιας ἐπικυρωθῆναι
της Συνόδου τὴν Ψῆφον. οὐ ὡσπερ τοῖς της Κλήσεος γράμ-
μασι τὴν Ἐκκλησιαν τετίμηνας, οὐτω καὶ τῶν δοξάντων ἐπι-
ρεγγύης τὸ τελὸς. Rogamus a tua pietate ratum haberi
decretum Concilii ; ut sicut convocationis literis Ecclesiam
honorasti , ita statutorum obsignes finem. Hinc Synodus
ista nec convocatione , nec celebratione , sed duntaxat per
secutam postea ratihabitionem oecumenica dici potest : quia
crita conscientiam Romani Pontificis indicta , nulloque pror-
sus Occidentalium præsente celebrata videtur , quamvis de-
inde , quæ in ea de Fide decreta sunt , & Damasus Papa
in Concilio Romano approbaverit , & Ecclesia universa re-
ceperit.

Causæ convocandi Concilii erant duæ : Ordinatio sci-
licet Constantinopolitanæ Ecclesiæ , quam Maximus Cynicus ,
contra S. Gregorium Naz. a Meletio Antiocheno illi præ-
fectum invaserat , & confirmatio Nicænae Fidei , quam Ar-
riani , Macedoniani , Apollinaristæ , aliique hæretici , per
Ori-

dentur: ut idcirco Orationem hanc Methodio iis haud paulo antiquiori tribuere vix ausim.

Ora-

Orientem misere discerpebant. Rem ita narrat Socrates 1. 5. Hist. Eccl. c. 8. „Imperator nulla mora interposita Concilium Episcoporum ipsius fidem amplectentium convocat: quo tum fides Concilii Nicæni corroboraretur, tum Constantinopoli designaretur Episcopus. Et quoniam in spem venerat, se posse Macedonianos ad Concordiam cum illis Episcopis, qui erant ejusdem cum illo fidei, reducere, Episcopos etiam sectæ Macedonianæ accersivit. Itaque in unum conveniunt, qui fidem tenebant consubstantialis, Timotheus Alexandriæ Episcopus, & Hierosolymorum Cyrius, qui id temporis pœnitentia ductus fidei consubstantialis se totum addixerat; Meletius autem Antiochenus jam pridem (juxta Sozomenum 1. 7. Hist. c. 7. nuper admodum) aderat, ex eo scilicet tempore, quo erat propter designationem Gregorii illuc accersitus; Ascholius etiam Thessaloniciæ Episcopus (qui Theodosium baptizarat) & alii, omnes numero CL (eosque inter illustiores S. Gregorius Naz. S. Gregorius Nyss. S. Petrus Sebaste, S. Amphilius Iconiens. S. Pelagius Laodic. & S. Eulogius Edeffen.) Partis vero Macedonianæ primas tenuerunt Eleusius Episcopus Cyzici, & Martianus Lampsaci: omnes autem illius sectæ erant XXXVI. major pars ex civitatibus Helleponsi.

Ubi convenere, ante omnia causam Ecclesiæ Constantinopolitanæ disceptandam assumperunt, dejectoque Maximo,

Crationi de Simeone , Anna , & S.
Deipara in die occurfus , quam Petrus Pan-

B 4 ti-

mo , in ea S. Gregorium confirmarunt . At cum id non-nulli Aegyptiorum , & Macedonum improbarent , Gregorius petita ab Imperatore venia , ultiro se Episcopatu illo abdicavit , habuitque coram Synodo Orationem 32dam , qua sub finem sic valedicit . „ Valete Nazaræorum (id est Monachorum) chori , Psalmodiarum concentus , nocturnæ statio-nes , Virginum sanctimonia , mulierum modestia , viduarum , & orphanorum cœtus , pauperum oculi in Deum ; & in nos intuentes .. Valete Imperatores , & palatia , atque omnes Imperatoris famuli , & cubicularii , siquidem Augusto fideles , handquaquam certum habeo , Deo autem magna ex parte infidi .. Vale magna civitas , & Christi amore pra-dita , et si non secundum scientiam hic zelus est .. Ad veri-tatem accedite .. Deum amplius , quam convestis , colite . Non turpe est sententiam mutare , sed in malo perseverare funestum , & exitiosum . Vale Oriens , & Occidens , pro quibus , & a quibus oppugnamur : testis ille est , qui pacatos nos reddet , si nonnulli secessionem meam imitentur . Non enim Dei quoque iasturam facient , qui thronis cesserint , sed supernam Cathedram habebunt , his multo sublimiorem , & tutiorem &c. „ In ejus deinde locum suffectus est Nectarius , Thafo Cilicis oriundus , vir Senatorii ordinis , & tum adhuc catechumenus .

Ordinato Constantinopolitanis novo Episcopo , ad res Fidei aggr. ssi sunt Patres , multisque cum Macedonianis egerunt , ut ad Ecclesiam reverterentur . At illi malle se

Ar-

tinus Tiletanus Græce , & Latine primus edidit , deest quidem itidem disertum ve- te-

Arrianam opinionem sequi , quam Fidei consubstantialis assentiri dixerunt , & his dictis Constantinopoli abscesserunt , ut Socrates l. 5. c. 8. ait. Catholici itaque CL. confirmarunt Nicænum Symbolum , & adjectis nonnullis uberioris explicarunt contra hæreses tunc grassantes. Professi nempe sunt I. *Deum Patrem esse factorem cœli, & terræ*, adversus Manichæos , qui duo rerum principia ingenita , & æterna adstruebant : quamvis error hic etiam a Nicænis Patribus sat aperte confessus fuerit verbis illis : *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilium omnium, & invisibilium factorem.* II. Christum Dei filium natum esse ex Patre *ante omnia secula*; contra Photinum , qui illum etiam qua Verbum est, extitisse ante Mariam negabat. III. Incarnatum esse *de Spiritu sancto*; contra Cerinthianos , qui Christum ex Josepho genitum dicebant. IV. *Natum esse ex Maria Virgine*; contra Valentinianos , Appellitas , & nonnullos Apollinaris discipulos , qui Christum e cœlorum corpore descendisse ajebant. V. *Sedere ad dexteram Patris, & regni ejus non fore finem*; contra Marcellum Ancyranum , qui docuisse fertur , Verbum Divinum nec ante Nativitatem ex Virgine extitisse , nec post Christi in cœlos ascensum subsistere , aut certe regnum illius in extremo judicio finitum iri : quanquam alii hæc Marcello per calumniam ab Arrianis imposita esse testentur. VI. *Spiritum S. esse Dominum, & vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio adorandum, & conglorificandum, locutumque per Pro-*
pbe-

terum testimonium , & suspicionem creat
luculentissima Divinæ Triados explicatio ;

B 5 mo-

*phetas ; contra Macedonianos , qui illam creaturam Filii
esse blasphemabant , & contra Ebionæos , qui , ut Methodius
noster infra afferit , Prophetas suo motu locutos fuisse
delirabant . VII. Denique adjecerunt hos articulos : Credi-
mus unam , sanctam , Catholicam , & Apostolicam Ecclesiam .
Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum . Expe-
ctamus resurrectionem mortuorum , & vitam futuri seculi ,
Amen.*

Post expositum Fidei Symbolum , Canones condidit
Synodus : quos Latini cum Dionysio Exiguo tres duntaxat ,
Græci omnino septem fuisse volunt . Atque ex his I. Fi-
dem CCCXVIII. Patrum inviolatam servari jubet , &
hæreses omnes ei repugnantes , ac speciatim Anomæ-
os , seu Eunomianos , Arrianos , Eudoxianos , Macedo-
nianos , Sabellianos , Marcellianos , Photinianos , & Apol-
linaristas anathemate damnat . II. Majorum Diœceseon ter-
minos definit , prohibetque , ne Patriarchæ , Metropolitani ,
& Episcopi extra fines suos jurisdictionem exerceant , aut
Ordinationes celebrent . III. Constantinopolitano Episcopo
primatum honoris post Romanum Pontificem desert , eo quod
urbs illa sit nova Roma . IV. Maximi Cynici , & ordina-
torum ab eo ordinationem irritat , adempto scilicet illis ho-
nore , & exercitio potestatis . V. Recipit quoddam Occi-
dentalium volumen , & eos omnes , qui Antiochiae licet a-
lium a Meletio Episcopum agnoscant , unam tamen Patris ,
& Filii , & Spiritus sancti Deitatem confitentur . VI. Ve-
tat ,

momenta tamen hæc argumentis aliis elevari utcunque videntur. Nam in primis auctor
eius

tat, ne Episcopi apud Imperatorem, aliosve Magistratus laicos accusentur, in Synodo autem ab eorum accusacione repellit hæreticos, schismaticos, excommunicatos, & criminum gravium infamia laborantes. VII. Denique ita habet. „ Arrianos, Macedonianos, Sabbatianos, Novatianos, Aristeros, Thessaradecatitas, & Apollinaristas recipimus, dantes quidem libellos, & omnem hæresim anathematizantes, qua non sentit, ut sancta Dei Catholica, & Apostolica Ecclesia; & signatos, sive unctos primum sancto Chrismate & frontem, & oculos, & nares, & os, & aures: & signantes eos dicimus, signaculum doni Spiritus sancti. Eunomianos vero, & Montanistas, & Sabellianos, & alias hæreses, maxime ex Galatarum regione, quicunque ex his rectæ fidei adscribi volunt, ut gentiles admittimus: & primo quidem die ipsos Christianos facimus, secundo catechumenos, tertio exorcismus, ter simul in faciem eorum, & aures insufflando: & sic eos cathechizamus, & curamus, ut longo tempore versentur in Ecclesia, & audiant scripturas; & tunc eos baptizamus. „ Unde colliges posteriores ex his hæreticis prescriptum a Christo baptismi ritum viciasse, priores illibatum servasse, sed confirmationem negligere convevisse.

Æstate anni sequentis CCCLXXXII. Orientales iterum Constantinopoli convenerunt, teste Theodoreto l. 5. Hist. Eccl. c. 8. cumque illic epistolam a S. Damaso Papa accepissent, qua Romam ad Concilium vocabantur, Synodi-

ejus initio ipso symposium Virginum se scripsisse testatur , ita inchoans : „ Cum jam pridem quantum licuit , quæ de virginitate erant ,

dicam ad eum , aliosque Occidentales reddiderunt , quam refert Theodoretus cit. l. c. 9.. In ea autem primum calamitates Ecclesiarum suarum describunt , & ob eas a Romano itinere se excusant , „ tres tamen , inquit , fratres , & collegas nostros Episcopos , Cyriacum , Eusebium , & Priscianum exoravimus , ut proficisci ad vos laborem susciperent : per quos & unitatem spectans voluntas nostra , & incensum sanæ fidei studium patefiat . „ Tum explicato paucis Divinæ Triadis , & Incarnationis mysterio addunt : „ Quæ igitur ad fidem attinent , quam aperte prædicamus , in summa sunt hujusmodi , de quibus amplius animis vestris satisfacere poteritis , si tomum Synodi Antiochenæ (anno CCCLXXVIII. celebratæ) & eum , qui superiore anno Constantinopoli a Synodo universali est editus , inspicere dignabimini : ubi & Fidei confessionem uberiori exposuimus , & in recens adinventas hæreses anathematis sententiam perscripsimus . „ Postremo significant , Constantinopoli ordinatum esse Episcopum Nectarium , Antiochiae defuncto Meletio Flavianum successisse , & Jerosolymis Cyrillum etiamnum præsidere ; de prærogativa vero Constantinopolitanæ fedi decreta , & Canonibus aliis altum tacent . Unde nil mirum eos a Romana Ecclesia receptos non esse . Symbolum tamen ab iis anno præcedente editum approbavit Damasus hoc anno in Concilio Romano , ut liquet ex Synodica ad Paulinum (quem solum Occidentales pro Antioche-

erant, in Symposiis, velut quibusdam ja-
ctis fundamentis explicuerimus. „ Deinde
complura in Oratione hac leguntur dictis in
Symposio similia. Utrobius enim virginini-
tas prædicatur, de tabernaculo, & arca
differitur, assumptusque a Verbo Adam di-
citur. Scriptum præterea hoc Opusculum
esse vigente adhuc idolatria indicant ver-
ba illa: „ Festum agimus non Græcorum
vaniloquentiæ, ridiculum deorum adducens
convivium, sed importabilis gloriæ ejus,
qui est super omnia Deus. „ Phrasis de-
nique ipsa, & alia dictionis lumina, Leo-
ne Allatio judice, ad Atticam Methodii no-
stri eloquentiam plurimum accedunt. Hinc
tametsi pro certo S. Patris fœtu Orationem
hanc venditandam non putem, summa tamen
ejus capita adferre in medium nil vetabit:
cum præfertim indubitatas ejus lucubratio-
nes,

no Episcopo agnoscebant) data, apud Theodoretum l. 5.
Hist. c. 10. in qua eadem prorsus doctrina Fidei traditur,
& ei repugnantes hæreses damnantur. Atque hac demum
approbatione factum est, ut laudata Synodus Constantino-
politana inter ecumenicas censeatur, secus nominis inter na-
tionales numeranda.

nes , uno dempto , Symposio edax vetustas absumperit.

Orthodoxiæ Methodii opponuntur factior complura ; sed præterquam quod hæc ab interpolatoribus intrusa esse , cum Photio dici possint ; nihil etiam in iis , quæ superfunt , Opusculis occurrit , quod vindicari ab errore nequeat , si præsertim cum dictis aliis conferatur , & ad auctoris ætatem attendatur : ut suis locis videbimus .

C A P U T III.

Symposium Virginum S. Methodii.

EX genuinis S. Patris operibus unum fere est Symposium , seu Convivium Virginum , quod integrum ad nos pervenit . Elucubratum vero id est , ut observat Possinus , & res ipsa satis docet , ad imitationem Platonis : sed ut venerea pseudophilosophici illius convivii fercula , castissimis , quæ hic apponuntur , dapibus aboleantur . Quare non isthic Phædrus , aut Agathon delibuti unguentis pueri visentur ,

non

non lascivus Aristophanes Fesceninos cantabit, non denique temulentus Alcibiades spectantium pudori illudet: sed modestissimæ virgines, posteaquam apud Areten epulatæ sobrie fuerint, de virginitate graviter disputabunt, adjectis, quæ scenæ initium faciant, & nonnunquam interloquantur, ejusdem propositi sodalibus.

Primæ itaque in medium prodeunt Eubulium, & Gregorium rei totius seriem explicaturæ. Atque illa quidem: „ Oportunissime inquit, advenis o Gregorium: nam & modo te quæsieram, audire cupiens de congressu Marcellæ, ac Theopatræ, reliquarumque Virginum, quæ isthic in convivio fuerunt, & de sermonibus, quos inter se de virginitate contulerunt, quales hi fuerint. Ajunt enim eas magnifice adeo, ac graviter pro se quamque in ea contentione esse versatas, ut nihil admodum omiserint, quod ad istius argumenti tractationem plenam videri necessarium possit. „ Gregorium vero. „ Excidi, reponit, mea spe, præripuitque mihi aliquis gratiam primi nuncii rerum, de quibus quæris. Ego quip-

quippe nihil horum te audivisse a quoquam arbitrata, gestiebam scilicet, placebamque non parum mihi, quod prima sperarem indicium rei tibi placituræ delaturam.,,

Tum post nonnulla, quæ adferre nihil attinet, rem totam, ceu ex Theopatra intellectam sic narrat Gregorium. „ In Aretes horum, qui ad Orientem est, vocatæ (dicebat mihi Theopatra; ex hac enim percontans audivi) postquam prope iam ad locum accesseramus, grandis quædam, & formosa, sedate, decoreque gradiens occurrit nobis obviam matrona, stolam splendidissimam nivei plane candoris induita, tota omnibus Divinæ pulchritudinis radiis fulgens. Pudor gravitate mixtus efflorescebat in facie; asperitus, qualem vidisse nunquam memini, simul terribilis, simul hilari suavitate temperatus: forma tota naturalis, nulli curæ debita, fuci juxta, artisque expers. Hæc igitur progressa læto admodum vultu, unanimaque nostrum, quasi mater filias, post longam intuens absentiam, amplexibus & osculis excipiebat. O filiæ dicens, mihi vehementer optanti in pratum incorru-

ptio-

ptionis inducere vos , vix tandem advenisti , terrores , ut verisimile est , per viam paßæ varios insidiantium reptilium. Videbam enim e specula prospiciens , sœpe in transversum abactas , & metuebam , ne desilientes per abrupta laberemini. Sed gratiae debentur ei , cui vos filiæ Sponso copulavi , qui suo Numine propitio fortunavit cuncta , & successus secundum vota dedit. Hæc simul loquens , simul horti septum patentis ostendens : Festinemus , inquit , ingredi , quando clausa nondum janua est. Sic introductæ deprehendimus Teclam , Agatham , & Marcellam accinctas ad cœnam. Statim igitur Areten dixisse referebat ; Accedite & vos , & hic ordine recumbite , has studii vobis , institutique socias , modo etiam sodales habituræ. Sumus autem , ut opinor , bene ominato numero decem. Locus porro erat incredibiliter amœnus , tranquillæque plenissimus voluptatis. Lewis per eum aer mollissime diffundebatur , puræ lucis radiis svavissime splendens. Vivus in medio scaturiebat fons , lenissimo fluxu oleum imitans , dulcissimus ad potum : unde

de liquor pellucidus & purus , varie divisus in rivos , errantibus passim venis , universum late hortum copiosissime rigabat. Quo ebriæ humore omnis generis felices arbores , compta recentibus pomis capita jactabant. Neque usus alius , quam ad speciem & ornatum , erat fructuum beate pendentium. Jam prata æterni veris immortali adorea radiantia , suavissime spirantibus , & mire variis coronata floribus : per quos lenis aura commeans odorem late jucundissimum spargebatur. Erat autem prope Agnus arbor excelsa , sub qua locum nobis cōsidentibus oportunum , rami ejus densi foliis , & patule diffusi præbuerunt. Ut igitur omni genere ciborum , & jucunditate undique varia perfusæ , nihil jam deliciarum desiderare poteramus , referebat illatum ab Arete sermonem hunc. O flores meæ coronæ , o pulcherrimæ virgines , incorrupta Christi prata innuptis legentes manibus , cibi quidem jam , & epularum abunde est : cuncta enim nobis affatim suppetunt. Quid autem est præterea , quod volo , & quid expecto ? utique sermonem de virginitate ab

unaquaque vestrum. Incipiat vero Marcella , quoniam & prima recumbit , & omnium antiquissima est . ,

His auditis Marcella nil cunctata virginitatis præstantiam demonstrare aggreditur exinde , quod & rara hodie , & veteribus Sanctis inulta , & primum Doctorem Christum nacta sit . , Magna inquit , supra modum res , & mirabiliter gloriofa virginitas : ac si clare dicere oportet , sequendo sanctas Scripturas , uber , primitiæ , flos Ecclesiæ , optima eadem , pulcherimaque professio est . Quare Dominus in regnum cœlorum eos potissimum transferabit , qui seipso virgines servarunt , ubi eunuchorum differentias in Evangelii tradit . 9.) Rarissima quippe

9.) Matth. 19. cum dixisset JESUS non licere marito uxorem dimittere , aiebant discipuli : *Si ita res est hominis cum uxore , non expedit nubere.* JESUS autem : *Non omnes capiunt verbum hoc , sed quibus datum est a Patre meo. Sunt enim eunuchi , qui ex ventre matris ita nati sunt , & sunt eunuchi , qui ab hominibus facti sunt , & sunt eunuchi , qui seipso castraverunt propter regnum cœlorum.* *Qui potest capere capiat.* v. 10. & seqv. „Quibus verbis , ait S. Chrysostomus homil. 65. in Matth. latenter eos ad eligendam vir-

pe res est castitas , & hominibus ægre contingens , ac quanto magnificentior ejus laus est , tanto periculis obsidetur pluribus. Non enim solum incorrupta corpora servari oportet : uti neque templorum major habenda cura est , quam signorum in iis consecrorum : 10.) sed animas , quæ sancta simula-

C 2 cra

virginitatem inducit , dum eam virtutem esse possibilem adstruit. Id autem hoc fere modo confirmat. Cogita tecum , si aut a natura talis esses , aut ab hominibus eam injuriam passus , quid faceres , cum & ejusmodi voluptate careres , & nullam carendo mercedem consequereris. Gratias igitur nunc Deo agas , quod cum mercede , atque coronis idem sustineas , quod illi sine coronis , ac premio tolerant &c. ,

10.) Si major cura habenda est signorum in templis consecrorum , quam templorum ipsorum , quidni ex mente Methodii religiose honoranda sunt consecrata in templo signa ? Quid autem hæc signa sunt aliud , quam statuae , & imagines sacræ ? Erant igitur ævo Methodii Christianis in usu Christi , & Sanctorum imagines , & religiose a fidelibus colebantur. Nec omnino aliis cultum hunc superstitionis , vel idololatriæ arguere priscis illis seculis in mentem venit , quam gentilibus , Judæis , Marcionitis , Manichæis , & Theopaschitis ; ut Tharasius in Synodo VII. Act. 1. & 5. ajebat. Seculo VIII. peculiaris iconomachorum heresis ab inferis erupit , auctore Sarantapechy impostore Judeo , & Constantino Nacoliæ in Phrygia salu-

ta-

cra in corporibus , velut templis erecta
funt,

tari scelerato Episcopo. Ille enim Jezidum Saracenorum Calipham , promisso XL. annorum principatu persvasit , ut imagines sacras in tota ditione sua aboleri juberet ; hic vero Leonem Isaurum Orientis imperatorem , idololatriæ ex Ecclesia extirpandæ obtentu , ad inferendum Christi , & Sanctorum imaginibus bellum permovit , tanto graviore sce- lere , quanto minus id a Christiano , & Episcopo expectari poterat. Anno itaque DCCXXVI. imperii sui decimo ir rugiit Constantinopoli Leo : *Quandoquidem imaginum fabricatio ars est idolica , illas adorare non oportet.* Sed cum hoc auditio tumultuaretur populus , edictum promulgavit , quo sacrilege dicta excusans ajebat : „ Non huc spectat mea sententia , ut imagines prorsus deleanor , sed hoc ajo , sublimiore loco eas collocandas esse ; ne ore quisquam illas contingat , atque ita rebus honore dignis quodammodo contumeliam inferat . „ Ut testatur Stephanus Diac. in Vita S. Stephani junioris apud S. Damascen. & Bollandus in Vita S. Nicetæ ad diem III. Aprilis.

Gliscenti hæresi fortiter se opposuit S. Germanus Constantinop. Patriarcha , cum scriptis ad Episcopos alios dogmaticis literis , tum rei gravitate Imperatori exposita ; cui inter alia dixit : *Antichristi præcursorum futurum , qui sacras imagines evertere ausit.* At incassum omnia. Leo enim in furem actus sœvire palam in defensores sacrarum imaginum cœpit ; atque inter alios sapientissimum , & in summo honore eatenus a Græcis habitum XII. virorum Collegium , una cum Bibliotheca triginta tria millia selectissimorum voluminum complexa concremavit. Tum Episcopis

sunt, præcipue curare, ac justitia orna-

C 3

re

nōnullis in suas partes pellefis edictum promulgat, quo
imagines sacras aboleri undique jubebat: cumque ad sub-
scribendum illi vi nulla inducere posset S. Germanum, Pa-
triarchatu abdicat, & deportatum in exilium strangulari
jubet. Neque id satis, sed ausus est etiam tentare S. Gre-
gorium II. Papam, commixans missurum se Romanam fatelli-
tes, qui S. Petri imaginem confringant, & Pontificem
ipsum in exilium deportent, non secus ac superiore seculo
deportatus est S. Martinus I. At Gregorius impietatem
ejus duabus epistolis egegie retudit. In quarum prima in-
solentes minas sic irridet. „ Si nobis insolenter insultes,
& minas intentes, non est nobis necesse tecum in certamen
descendere. Ad quatuor & viginti stadia secedet in re-
gionem Campaniæ (Longobardis subditam) Romanus Pou-
tifex; tum tu vade, & ventos persequere... Ait utinam
Dei munere nobis contingat, ut per Martini viam ince-
damus! Tametsi ob plebis utilitatem vivere volamus: quan-
doquidem, Occidens universus ad humilitatem nostram con-
vertit oculos... & in eum, cuius denuncias te imaginem
eversurum &c. „ In altera vero Pontificiae, & Imperato-
riæ dignitatis jura sic distinguit. „ Audi humilitatem no-
stram Imperator, & sanctam Ecclesiam sequere. Non sunt
Imperatorum dogmata, sed Pontificia: quoniam Christi
sensum nos habemus.. Ecce tibi Palatii, & Ecclesiarum
scribo discrimen: agnoscere illud, & salvare.. Nam quemad-
modum Pontifex introspiciendi in palatum potestatem non
habet, & dignitates regias deferendi; sic neque Impera-
tor in Ecclesiis introspiciendi, & electiones in Ciero pera-

gen-

re convenit. Curantur vero, & concin-

nan-

gendi, vel Symbola sanctorum Sacramentorum administrandi, sed neque percipiendi absque opera Sacerdotis. Unusquisque igitur nostrum in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. „ Quin coacta etiam Romæ Synodo hæresim Iconoclastarum damnavit, & Anastasium a Leone in sedem Constantinop. intrusum anathemate perculit, idemque Imperatori ipsi, si non denunciasse solemniter, at privatim certe dixisse colligitur ex his landatæ nunc Epistolæ verbis. „ Imperatores, qui pie in Christo vixerunt, Ecclesiarum Pontificibus obedire minime recusarunt, nec eos vexarunt. Tu vero Imperator cum transgressus fueris, & perversus evaseris, & manu propria subscripseris, eum, qui terminos Patrum tollit, execrabilem esse; in hoc proprio iudicio condemnatus es, ac Spiritum S. a te alienasti. Persequeris nos, & tyrannice vexas militari, carnalique manu. Nos incimes ac nudi, qui terrenos, & carnales exercitus non habemus, invocamus Principem exercitus omnis creaturæ, sedentem in cœlis Christum, qui est super omnes exercitus supernarum Virtutum, ut immittat tibi dæmonem, sicut ait Apostolus: *Tradere bujusmodi Satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit.* „ (I. Coriath. 5. v. 5.)

Leo tamen his insuper habitis, sœvire in imagines, earumque cultores, ac defensores perrexit, multis capropter per acerba tormenta neci datis: quos inter celebriores sunt Hypatius Ephesi Episcopus, Andreas ejusdem Ecclesiæ Presbyter, & Gregorius Limniotes. Nec contentus intra limites Imperii sui graffari, ultra eos etiam rabiem pro-

tu-

nantur tunc maxime, cum impigre in sa-
C 4 cræ

tulit. Nam cum S. Joannes, tum Damasci præfetus, & apud Saracenorum Calipham gratus, postea Monachus & Presbyter, Orationes duas luculentissimas pro sacrис imaginibus edidisset, indignatus Leo innocentem quandam ejus Epistolam intercepit, aliamque simili charaktere a scribis peritissimis exarari jussam, qua singebat se a Joanne ad Damascum intercipiendam invitari, Saraceno Principi transmisit. Unde factum, ut hic Joannem, ceu majestatis reum de gradu dejiceret, & manu dextera mulcetaret: quæ tamen eo ipso die coram icone Deiparæ oranti grandi prodigo restituta est, ut Joannes Jerosolymit. in ejus vita testatur.

Anno DCCXLI. Leoni e vivis sublato succedit Constantinus filius, cognomento Copronymus: quod sacrum fontem, dum baptizabatur, soluta alvo inquinavit. A S. Damasco etiam Caballinus vocari solet: quia excrementa e quorum odorari, & contrectare in deliciis habebat. Fœdus adeo Princeps religionem quoque fœdus parente habuit, auditus dicere aliquando: *Quem Maria peperit Christum, hunc tu Filium Dei esse ne credideris, neque quidquam preter hominem: ita enim eum Maria peperit, ut & me mater mea Maria.* Ut vero imaginum cultum penitus aboleret, anno DCCLIV. pseudosynodum e CCCXXXVIII. non tam Episcopis, quam turpibus aulæ mancipiis Constantiopolis coegerit, in qua perditæ homines inter alia sic loquuntur: „Ex Divinitus inspiratis, & beatis Scripturis, ac Patribus firmiter ædificati, & supra petram Divinæ servitutis, quæ in Spiritu est, pedes nostros locantes, in nomine san-

ctæ,

cræ doctrinæ præceptionem incumbentes

CON-

etx, supersubstantialis , & vits principalis Trinitatis , &
nius voti effecti omnes nos , qui Sacerdotii dignitate cir-
cumdamur , una voce definimus , abjectam fore , & alienam ,
atque abominabilem ex Christianorum Ecclesia omnem ima-
ginem , ex diversa materia & coloribus , per malam pisto-
rum artem effectam , nec audere hominem quenquam ultra
studere tam scelestum , & impium studium . Qui vero au-
sus fuerit amodo construere imaginem , vel adorare , aut
statuere in Ecclesia , vel in privata domo , seu occultare ;
si quidem Episcopus , aut Presbyter , aut Diaconus fuerit ,
deponatur ; si vero Monachus , aut Laicus , anathematize-
tur , & imperialium legum obnoxius sit , tanquam contrarius
præceptorum Dei , & inimicus dogmatum paternorum . ,

Finito conciliabulo , cum iconomachi Præfules in Bla-
chernensem Deiparæ ædem convenissent , Copronymus am-
bone consenso ; Constantinum , Silæi in Pamphilia quondam
Episcopum , sed ob scelera depositum , renunciavit Patriar-
cham urbis regiae , & cum eo in forum mox progressus ,
decreta pseudosynodi promulgavit , addito anathemate in
cultores & defensores imaginum , ac speciatim in S. Ger-
manum Patriarcham , Georgium Cypri Episcopum , & S.
Joannem Damascenum . Tum in Monachos , qui per Græ-
ciam soli pene sacras imagines intrepide propugnabant , fu-
tere Copronymus , Monasteria evertere , aut in equorum
stabula commutare , Monachos ipsos , & Monachas , aut ad
suptias , & impietatem cogere , aut exilio , varioque mor-
tis genere afficere . Inter quos præ cæteris eniuit S. Ste-
phanus junior in monte S. Auxentii Abbas , illustri marty-
rio perfunctus .

Tot

contentionem non remittunt , donec assi-
C 5 due

Tot ac tam enormia facinora cum intellexisset Stephanus III. (quibusdam IV.) Papa , egit quidam per literas cum Copronymo , ut ab impietate desisteret , sed frustra . Hinc quod unum licuit , coacta Romæ Synodo an. DCCLXIX. sacrarum Imaginum cultum stabilivit , Græcamque pseudosynodus cum Iconomachis omnibus anathemati subjicit . Quod ipsum fecerant etiam tres Orientis Patriarchæ , Cosmas Alexandrinus , Theodorus Antiochenus , & Theodorus itidem Jerosolymitanus . Copronymus tamen ad obitum usque furere non desit , ipso pene Diocletiano immanior : ut vel meminisse horreat animus , quæ de illo scriptores Græci tradunt . Neque melior Ecclesiæ fors fuit sub Leone ejus filio . Quamvis enim hic initio religionis quidpiam præferre , & in Deiparam Virginem bene affici videretur , dein tamen patris , avique impietatem juxta ac crudelitatem strenue æmulatus est , superaturus fors etiam , si diutius vivere licuisset . At cum coronam gemmis insignem , quam Heraclius Augustus in magna Ecclesia dedicarat , surripere , & capiti suo imponere ausus esset , Divinam confestim ultionem sensit , ebullientibus carbunculis , & febri vehementissima consumptus anno Chr. DCCLXXX. imperii quinto .

Elatis demum tribus Iconomachis principibus , resprire cœpit Ecclesia Græca , sub Irene Augusta , & Constantino puero . Cum enim quarto imperii eorum anno Paulus Patriarcha Constantinop. relicta sede in monasterium Flori secessisset , Imperatrix eum conveniens rationem facti petiit . At ille lachrymis perfusus , Utinam inquit , Ecclesiæ Dei tyrannice administratæ , & a reliquis sedibus ea de causa rescessæ , dirisque , & execrationibus devotæ in

due terendis sapientum foribus , ipsius
Ve-

Sacerdotii Constantinopolitani throno nunquam sedissem!,,
Et conversus ad Proceres adjecit : „ Nisi Synodum uni-
versalem coegeritis , & obtinentem apud vos correxeritis
errorem , nulla vobis supereft salus. „ Reponentibus vero
illis : „ Cur ergo Patriarcha designatus , inter ordinatio-
nis solemnia , imaginis te nunquam adoraturum subscripti-
sti? „ dixit Paulus : „ Hæc lachrymarum mearum cau-
fa est , hoc me ad paenitentiam amplexandam impulit ,
Deum deprecantem , ne me veluti Pontificem hucusque mu-
tum , nec veritatem solo insanæ vestræ metu palam enun-
ciantem corripiat. „ Atque his dictis spiritum exhalavit ,
animis omnium ad meliora non parum commotis. Pios mo-
tus corroboravit Tarasius successor designatus : qui ad ac-
ceptandum Patriarchatum induci nullo pacto potuit , nisi eo ,
ut Synodus œcumonica quantocius celebretur. Hinc cum
ipse , tum Imperatores datis ad Hadrianum I. Papam anno
DCCLXXXIV. literis magnopere flagitarunt , ut venire Con-
stantinopolim vellet , aut legatos mitteret , qui Synodo ejus
vice præfessent. Annuit petitioni Pontifex , Petrumque Ar-
chipresbyterum Ecclesie S. Petri , & Petrum Abbatem S.
Sabæ ad inchoandam , & moderandam suo nomine Synodum
misit , illud in Epistola ad Imperatores diserte addens :
„ Aequalitatem utrisque partibus (Occidentalibus nempe ,
& Orientalibus) conservabitis , nullatenus necessitatem fa-
cientes in quocunque capitulo eis , qui a nobis diriguntur ;
sed & omni honore , cum munificentia competenti , eos di-
gnos habebitis. Et siquidem utrique convenerint , ecce be-
ne ; si autem minime convenerint , iterum cum omni huma-
nitate eos ad nos dirigere satagetis. „ An-

Veri , prout in se est , vim , naturamque ipsam
am-

Anno DCCLXXXVI. die XVII. Augusti inchoata
quidem est Synodus Constantinopoli in Basilica SS. Apo-
stolorum : sed tumultu a militibus , & nonnullis Episcopis ico-
nomachis concitato , intermitti debuit , dum copie illæ Ire-
nes prudentia exarmarentur , aliæque melius in religionem af-
fæ pararentur. Itaque anno primum sequenti DCCLXXXVII.
nec jam in urbe regia , sed Nicææ in Bithynia Concilium
VII. cœcumenicum agi cœpit præsentibus CCCL. Patribus :
quos inter duo Legati Apostolici , Tarasius Patriarcha Con-
stantinop. & Joannes , ac Thomas Monachi , trium Orientis
Patriarcharum vices agentes : quamvis re ipsa ex præsumpto
tantum illorum consensu a Palæstine Monachis delegati fue-
rint. Aderant etiam Hegumeni , & Archimandritæ non
pauci , puta S. Plato Sacundionis Hegumenus , S. Theophæ-
nes Chronographus &c. Imperatorum vero nomine cum Pro-
ceribus aliis adfuit Nicephorus , tum a secretis Augusti , dein
Tarasii in Patriarchatu successor. Locus Synodi erat Bas-
ilica princeps Nicænæ urbis , S. Sophiæ , seu aternæ Sapi-
entiae Sacra.

Aetio I. celebrata est die XXIV. Septembris : in qua
postulantibus Siciliæ Episcopis , & conniventibus Legatis
Pontificis brevem , sed elegantem orationem dixit Tara-
sius. Tum lecta est Imperatorum Sacra , seu Epistola ad
Patres Synodi data , quæ sub finem ita habet. „ Literas
suscepimus missas ab Hadriano sanctissimo Papa senioris Ro-
mæ , per Vicarios ipsius Petrum primum Presbyterum , &
Petrum Deo amabilem Presbyterum , & Hegumenum , qui
& vobiscum sedere videntur ; & jubemus secundum jus Syno-
di-

amplexæ sint.. Atque antiqui quidem,
ne-

dicunt in audientiam omnium recitari: Et cum debito si-
leatio his auditis , una cum episcibus in duobus quaternio-
nibus, a summis Sacerdotibus, & Sacerdotibus Orientalis Diœ-
cœsos destinatis, per Joannem reverentissimum Monachum, &
dudum Syncellum Patriarchalis Antiochiae sedis , & Thomam
Presbyterum, ac Hegumenum ; qui & ipsi ecce vobis sum sunt:
per ipsos cognoscetis , qualis sit Ecclesiæ Catholicæ sensus.,
Post hæc introducti sunt ad Synodum tres Episcopi iconoma-
chi , nempe Basilius Ancyran. Theodorus Myren. & Theo-
dofius Ammoriens. cum libellis pœnitentiæ , & professionis fi-
dei; ubi inter congregata in hæresim illam anathemata , ajunt
et am : „ Anathema his , qui spernunt magisteria SS. Patrum,
& Traditionem Catholicæ Ecclesiæ , prætendentes , & assum-
mentes voces Arii , Nestorii , Eutychetis , & Dioscori , at-
que perhibentes (cum hodiernis sectariis) quod nisi de ve-
teri , ac novo testamento evidenter fuerimus edotti , non se-
quemur doctrinas SS. Patrum , neque sanctorum Synodorum ,
neque Traditionem Catholicæ Ecclesiæ .,, Hinc vix sunt Pa-
tribus venia digni , & considerare suo in gradu jussi. Ilos secuti
fuerunt septem alii Episcopi , & inter eos Hypatius Nicæ-
nus: qui quia hæresim diu & pervicaciter defenderant , dif-
ficilliores multo experti sunt Patres. Posteaquam enim dis-
ceptasset Synodus , an id genus quoque cum ordinibus suis
recipiendi forent ? multis eam in rem Canonibus , SS. Patrum
dictis , & Historiæ monumentis productis , nihil denique sta-
tuendum putavit , nisi quod Ordinationes ab hæreticis licet ,
sed ritu legitimo factæ pro validis sint habenda.

Actio II. habita est die XXVI. ejusdem mensis: in qua
Gregorius Neocæsareæ Episcopus cum libello pœnitentiæ se
sti-

neque proprias forores cum uxores ducent,

stitit; sed eo ad sequentem Actionem rejecto, lectæ sunt Hadriani Papæ ad Imperatores, & Tarasium epistola dogmaticæ, sacrarum imaginum cultum multis Scripturæ & Patrum testimoniis affirmantes. De quibus postea Tarasius ad eundem ita scripsit: „ Cum omnes sedissemus, Caput fecimus Christum. Jacebat enim in sancta Sede Evangelium sanctum, contestans omnibus nobis: *Iustum judicium judge*. *Judicate inter sanctam Dei Ecclesiam, & novitatem, quæ facta est*. Et cum prolatæ primitus vestræ fraternæ Sanctitatis literæ legerentur, præstolabantur omnes (Græce: ἡμενὶ νοινὸς Χρονία απάντες, eramus in communi confessu omnes) spiritualibus eduliis, tanquam in regalibus cœnis fruentes, quæ Christus per literas tuas epulantibus præparabat, & sicut oculus totum corpus ad restitudinis, & veritatis semitam diri-
gebat. „ Finita lectione Legati Apostolici ad Tarasium con-
versi ajunt: „ Dicat nobis sanctissimus Patriarcha Tarasius re-
giæ civitatis, si consentiat literis sanctissimi Papæ senioris Romæ Hadriani, an non? „ eoque prolixe affirmante, quæ-
runt itidem ex Synodo: „ Dicat nobis sancta Synodus, si
admittit literas sanctissimi Papæ senioris Romæ, an non? „
Patres autem unanimiter responderunt: „ Sequimur, & suscipimus,
& admittimus. „ Neque id satis, sed singillatim etiam unus-
quisque suo easdē suffragio comprobavit. Idem fecere Mo-
nachi, concessa a Synodo suffragandi facultate. In Græca ta-
men Hadriani ad Imperatores epistola desiderantur hodie non
pauca, ea scilicet omnia, quibus Pontifex promotionem Tara-
sii ex Laico contra Canones factam, & attributum ei Patriar-
chæ œcumenici titulum improbabat, Romanæque Sedi patri-

rent, quidquam sibi videbantur exprobra-

monium B. Petri, & Episcoporum per Illyricum ordinationem restitui postulabat. Hæc autem idecirco suppressimenda duxerunt Græci, ut testatur Anastasius S. R. E. Bibliothecarius, qui Acta hujus Synodi Latine reddidit; „ ne si publice ab Apostolica Sede argui Tarasius videretur, adversus eum, tanquam reprehensione dignum, hæreticis occasio repugnandi præbeatur, ac per hoc Synodi, cui intererat, utilitas excludetur. „ Fors etiam arreptos semel titulos, & ordinationes manutenere illis propositum fuit. Quanquam Tarasius alienum adeo a fastu se ostenderit, ut non alio titulo, quam *indigni Episcopi Constantinopolitanus*, in literis suis usus legatur.

Actio III. celebrata est XXIX. Septembris: in qua Gregorii Neocæsar. & aliorum VII. qui Act. I. libellos pœnitentia obtulerant, causa discussa fuit, vicitque tandem benignior sententia, & in sedes suas restituti sunt omnes: quia licet per vicaciter hæresim propugnarint, cultores tamen sacrarum imaginum persecuti non erant. Post hæc lecta est epistola Tarasii ad tres Patriarchas Orientis, continens professionem Fidei, & invitationem, ut duos saltem ad Synodum sui loco mitterent. Lectæ etiam literæ a Palæstinæ Monachis nomine Patriarcharum Orientalium ad Tarasium redditæ: quibus eorum absentiam ob tyrannidem Saracenorum per regiones illas dominantium excusabant, Joaniemque, & Thomam a se ad Concilium mitti significabant, adjecta synodica a Theodoro haud ita pridem Jerosolymitano Patriarcha ad Cosmam Alexandr. & Theodorum Antioch. data: ex qua Ecclesiæ illarum cum quoad alia, tum quoad sacras imagines Fides

cognoscere

brabile facere... Tum siquidem mundus
ho-

cognosci posset. Memoratu dignum est, quod versus finem laudatæ epistolæ legitur in hæc verba. „ Hoc subtilius considerandum est, etiam in ipsa sacra, & universali sexta Synodo, nullum eorum, qui per idem tempus in his partibus Episcopi erant, convenisse, propter obscenorum obtinentiam. Sed nullum ex hoc sanctæ adhæsit Synodo præjudicium, neque vires habuit prohibitio aliqua, statuendi, & manifestandi recta dogmata pietatis: præcipue cum sanctissimus & Apostolicus Papa Römanus concordaverit, & in ea inventus sit per apocryfarios suos. Nam sicut tunc illius fides in orbis terræ personuit fines; ita & Synodi, quæ nunc per gratiam Dei congreganda est, per interventionem vestram, & ejus, qui moderatur Apostolorum Principis Sedem, prædicabitur in omni loco, qui sub sole est, quæ tyrannice destructa sunt, erigens, & in antiquam, & Apostolicam reformans Traditionem. „ Unde colliges, quis olim de Romani Pontificis auctoritate Orientalium sensus fuerit. Perlexis his omnibus S. Synodus ait: „ Relationem, quæ facta est ab Hadriano Papa senioris Romæ ad orthodoxos Imperatores nostros, & chartam orthodoxæ definitionis sanctissimi Patriarchæ Tarasii, atque literas, quæ ad beatitudinem ejus ab Orientis Sacerdotibus summis missæ sunt, recipientes consentimus, & honorantes adoramus sacras & colendas Icones, & pseudosyllogum, qui contra eas factus est, in destructionem earum, effodientes anathemati mitimus. „

Actio-

hominum nondum frequentia refertus, ve-
lut

Actione IV. die I. Octobris habita, multiplicita Scripturæ, & Patrum testimonia pro cultu sacrarum imaginum in medium allata sunt, nec non & miracula plurima ad eum confirmandum a Deo patrata. Quamvis autem nonnullæ sententiæ ex libris apocryphis desumptæ, & rationes minus efficaces productæ fuerint, id tamen Catholico dogmati nihil officit: tum quia longe plura, & efficacissima momenta ex genuinis Patrum scriptis desumpta fuere; tum quia Ecclesiæ definitio non argumentis, & ratiocinationibus præviis, sed promissa Divini Spiritus ad intelligendum, & explicandum Dei verbum assistentia nititur: cuius certissimum signum est ipsa membrorum cum capite in idem placitum consensio, juxta illud: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Matth. 16. v. 18. Et c. 28. v. 20. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.* Post expensa tot momenta, una voce dixerunt Episcopi: „Divinitus sonantium Patrum doctrinæ nos correxerunt.. Ab eis edocti venerabiles imagines salutamus.. Imagines confringentibus anathema sit. His, qui assument dicta sacræ Scripturæ, quæ sunt contra idola, in venerabiles imagines, anathema. His, qui non salutant sanctas, ac venerabiles icones, anathema. His, qui sacras imagines appellant idola, anathema. His, qui dicunt, quod veluti ad Deos, Christiani ita ad icones accedant, anathema. His, qui communicant scienter injuriam, & inhonorationem inferentibus venerabilibus imaginibus, anathema. His, qui dicunt, quod excepto Christo Domino nostro, alias nos eruerit ab ido-

lis,

lut infans erat , & oportebat eum prius in
Acta & Scripta S. Methodii Ep. & Mart. D mul-

lis , anathema. His , qui audent dicere , Catholicam Ecclesiam idola aliquando recepisse , anathema. „ Anathematismos secuta est professio Fidei , omnia in sex præcedentibus synodis definita , & dogma de Sanctorum invocatione , cultuque sacrarum reliquiarum & imaginum complectens. „ Salutamus inquiunt , & Dominicas , & Apostolicas , & Propheticas voces (id est Scripturas Sanctas) per quas honorare , & magnificare didicimus primo quidem eam , quæ proprie & veraciter est Dei Genitrix , & superior cunctis cælestibus virtutibus ; sanctasque & Angelicas virtutes , atque beatos & laudabilissimos Apostolos , Prophetasque , & gloriofos Martyres , qui pro Christo certaverunt : atque sanctos & deiferos Magistros , & omnes sanctos viros : & horum expetere intercessiones , ut valentes nos familiares reddere Regi omnium Deo , custodientes videlicet manda- ta ejus , & in virtutibus vivere procurantes. Insuper salutamus & figuram præciosæ ac vivificæ crucis , & Santa lipsana Sanctorum ; & sanctas ac venerabiles icones recipimus , & salutamus , atque amplectimur , secundum antiquam Traditionem Sanctæ Catholice Dei Ecclesiæ &c. , Subscripsere primi omnium Legati Apostolici , tum Tarasius Patriarcha , Vicarii Orientalium , Episcopi , atque etiam Archimandritæ , Hegumeni , ac cæteri Monachi.

Actione V. die IV. Octobris peroravit Tarasius , o- stendens iconomachos errorem suum hausisse a gentilibus , Judæis , Saracenis & Manichæis , utque illum firmarent ; multa SS. Patrum scripta nefarie corrupisse , & alia aboletere conatos esse. Quod ut palam omnibus faceret , genui-

multitudinem, ac quasi virilem statum,
indul-

na pariter & corrupta Patrum ac Historicorum monumen-
ta plurima in medium attulit. Tum Legati Apostolici de-
cretum proposuerunt in hæc verba. „ Tarasio sanctissimo
Constantinopoleos novæ Romæ Patriarchæ, atque omni
sanctæ huic & universali synodo, Petrus Archipresbyter
Sanctissimæ Ecclesiæ Sancti ac laudabilis Apostoli Petri,
& Petrus Presbyter ac Hegumenus monasterii S. Sabæ,
ambo loci servatores Hadriani Papæ senioris Romæ. Ju-
stum arbitramur, & secundum pronunciationem omnium no-
strum, ino juxta antiquam Traditionem Catholicæ Ecclesiæ,
sicuti omnes SS. Patres edocent nos, veniat in medio nostrum
colenda imago, & hanc salutemus: & quemadmodum pla-
cuerit vobis Sacerdotes, pronunciate super hoc. Et ali-
ud capitulum figgerimus, ut omnes conscriptiones, quæ
contra venerabiles imagines factæ sunt, cum anathemate de-
leantur, vel igni tradantur. Et de hoc petimus pronun-
ciari, ut videtur sanctæ synodo. „ Patres autem unani-
miter responderant: *Veniat. Fiat.* factoque ipso mox re-
sponsum confirmarunt.

Actione VI. die vero V. ejusdem mensis pseudosyno-
dus Iconomachorum lecta, & per ordinem confutata est.
Ex omnibus hic duo tantum ejus capita commemorare ju-
verit. Primum est titulus ipse conciliabuli his expressus
verbis: *Terminus sanctæ, magnæ, ac universalis septimæ syn-
odi.* Quæ sic refellunt Patres. „ A mendacio inchoantes,
& per totam hanc rebellum vocum novitatem, hoc in o-
pitulationem assumpto, in mendacium finierunt Christiano-
rum calumniatores. Quomodo enim sancta, quæ nec quid
est

indulto usu primæ istius licentiæ succre-
D 2 fce-

est sanctum in notione suscepit?. quomodo magna & uni-
versalis , quam neque reperunt , neque concordaverunt
reliquarum Praesules Ecclesiarum , sed anathemati transmisi-
runt. Non habuit enim adjutorem illius temporis Ro-
manorum Papam , vel eos , qui circa ipsum erant , Sa-
cerdotes , nec etiam per Vicarios ejus , neque per en-
cyclicam epistolam ; quemadmodum lex dictat Concilio-
rum. Sed nec consentientes sibi Patriarchas Orientis , A-
lexandriæ scilicet , Antiochiæ , & sanctæ civitatis , vel
Comministros , & summos Sacerdotes , qui cum ipsis exi-
stunt. „ Alterum est , quod iconomachi inter alia dice-
bant se anathematizare omnes icones manu hominum fa-
ctas , eamque duntaxat venerari imaginem , qua Christus
seipsum in Eucharistia expressit , quia sola hæc demonstra-
ta est vera imago dispensationis , quæ in Carne facta est , sci-
licet Christi Dei nostri. Contra quod ita synodus , „ Pa-
tet , qualiter omnis sermo , quando semel a veritate aver-
sus est , in multas & periculosas pravitates proferatur ..
Sed audiant a Proverbiali verbo : *Laqueus foris viro la-
bia sua , & capietur proprii verbis o:is.* (Prov. 6. v. 2.)
Nullus enim Sanctorum Apostolorum , aut illustrium Pa-
trum nostrorum , incruentum Sacrificium nostrum , quod in com-
memorationem Christi Dei nostri , ac omnis dispensationis ejus
efficitur , dixit *imaginem Corporis ejus.* Neque enim ac-
ceperunt a Domino sic dicere , vel confiteri , sed audi-
unt Evangelice dicentem eum : *Nisi manducaveritis car-
nen Filii hominis , & biberitis ejus Sanguinem , non intrabitis in regnum Cælorum* (Joan. 6. v. 53.) Et : *Accepto*

pane gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & ait: Accipite, & Comedite; hoc est Corpus meum. Et Accepto Calice gratias agens dedit eis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim Sanguis meus. (Matth. 26. v. 26. & seq.) Non dixit, Accipite, & Comedite imaginem Corporis mei. Sed & Paulus ait: *Ego accepi a Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus IESUS in qua nocte tradebatur, accepit panem, gratias agens fregit, & dixit: Accipite & Comedite, Hoc est enim Corpus meum &c.* (1. Corinth. 11. v. 23. & seqv.) Ergo liquido demonstratum est, quod nusquam Dominus, vel Apostoli, aut Patres imaginem dixerunt Sacrificium in cruentum, quod per Sacerdotem offertur, sed ipsum Corpus, & ipsum Sanguinem &c. ,

Actione VII. die XIII. Octobris Fidei definitio edita, & a Legatis Apostolicis, Episcopis, eorumque vices agentibus universe CCCIX. subscripta est exclusis a subscriptione Archimandritis, Hegumenis, aliisque Monachis; quantumvis in prioribus Actionibus jus suffragii illis indulsum fuerit. Ita autem in ea, post confirmatas sex præcedentes synodos sanciunt. , Sequentes divinitus inspiratum SS. Patrum nostrorum magisterium, & Catholicæ traditionem Ecclesiæ (nam Spiritus Sancti hanc esse novimus, qui in ipsa inhabitat) definimus in omni certitudine, ac diligentia, sicuti figuram preciosæ, ac vivificæ Crucis, ita venerabiles ac sanctas imagines proponendas, tum quæ de coloribus & tessellis, quam quæ ex alia materia congruente, in Sanctis Dei Ecclesiis, & sacris vasibus & vestibus, & in parietibus ac tabulis, domibus, & viis: tam videlicet imaginem Domini Dei & Salvatoris nostri JESU Christi, quam intemeratae Dominae nostræ Sanctæ Dei

Dei Genitricis, honorabiliumque Angelorum, & omnium Sanctorum. Quanto enim frequentius per imaginalem formationem videntur, tanto qui has contemplantur, allacris eriguntur ad primitivorum earum memoriam, & desiderium: & his osculum, & honorariam adorationem tribuendam; non tamen veram latriam, quæ secundum fidem est, quæque solam Naturam Divinam decet, inpartiendam. Ita ut istis, sicut figuræ preciosæ, ac vivificæ Crûcis, & Sanctis Evangeliiis, & reliquis Sacris monumentis, incensorum, & luminum oblatio, ad harum honorem efficiendum exhibeatur: quemadmodum & antiquis piæ consuetudinis erat. Imaginis enim honor ad primitivam transit, & qui adorat imaginem, adorat in ea depicti subsistentiam &c., Post subscriptionem ingeminatum est anathema toti iconomachorum pseudosynodo, & nominatim hæreseos antesignanis, Theodosio Ephef. Joanni Nicomedensi, Constantino Nacoliensi Episcopis, Sisinnio Pastillæ, Basilio Tricacabo, Anastasio, Constantino, & Nicetæ Patriarchis Constantinop. Faustis contra acclamationibus prosecuti sunt Patres memoriam S. Germani, S. Joannis Damasceni, & Georgii Cyprii, quos iconoclastæ diris devoverant. Denique ex eadem hac Actione missa est epistola synodica ad Imperatores, & Clerum Constantinop. qua rerum gestarum series explicabatur.

Peraæta hunc in modum Synodo, Constantinopolim ab Imperatoribus evocati sunt Patres, illicque in palatio Magnauræ, coram ipsis, & affluente populo, lecta iterum definitione Fidei, Constantinus, & Irene quæsiverunt: „ Dicat sancta, & oecumenica synodus, num lecta definitio vestrum omnium consensu sit edita? „ Patres autem uno ore responderunt: Ita credimus, ita omnes sentimus: omnes

consentiendo subscriptissimus. Hæc est fides Apostolorum; hæc fides orthodoxorum: hæc fides orbem terræ constabiliuit. „Quo audito Imperatores quoque eidem definitio- ni subscripterunt, & Patres liberaliter donatos ad Ecclesi- as suas remiserunt. Tarasius autem per legatos reduces literas dedit ad Hadrianum Papam; qui tametsi suas pro more reddidisse non legatur, confirmasse tamen hanc syno- dum dubitari non potest, cum teste Sigeberto 1. de scri- ptor. Eccles. epistolam, vel libellum potius ad Carolum Magnum Occidentis Imperatorem scripserit „, arguens er- rorem eorum, qui infirmare conabantur quædam capita, quæ secunda Nicæna synodus promulgaverat auctoritate CCCL. Episcoporum, qui hæresim execrantium imagines Dei, Sanctorumque ejus, anathematizaverunt. Extatque hic libellus tomo 4. Conciliorum, edit. Parif. an. MDCCXIV. Columna 774. Et seqv. quem vide si lubet.

Edidit etiam hæc synodus Canones XXII. qui una cum modo dictis sub titulo Actionis octavæ referuntur loc. cit. Præcipui sunt. II. „Desinimus omnem, qui ad Epi- scopatus provehendus est gradum, modis omnibus Psalte- rium nosse.. Inquiratur autem diligenter a Metropolita, si in promptu habeat legere scrutabiliter, & non transi- torie, tam sacros Canones, & Sanctum Evangelium, quam divini Apostoli librum, & omnem Divinam Scripturam.. substantia enim Summi Sacerdotii nostri sunt eloquia Di- vinitus tradita, id est vera Scripturarum Divinarum di- ciplina. III. Omais electio a Principibus facta Episco- pi, aut Presbyteri, aut Diaconi irrita maneat. V. Si quis Episcopus per pecunias consecrationem fecerit, & sub prelio redegerit gratiam, quæ non potest vendi.. proprii gradus periculum subeat, & qui consecratus est, ni-

hil proficiat ex consecratione, sed sit alienus a dignitate. VII. Quotquot templa consecrata sunt absque sanctis reliquis Martyrum, definimus in eis reliquiarum solita ratione fieri positionem. Et si a praesenti tempore inventus fuerit Episcopus absque lipsanis consecrare templum, deponatur, ut ille, qui Ecclesiasticas traditiones transgreditur. XIV. Lectoris manus impositionem licentia est unicuique Abbatii in proprio Monasterio faciendi, dum constet illum esse Presbyterum. XIX. In tantum inolevit avaritiae facinus, ut etiam eorum quidam, qui dicuntur religiosi, viri atque mulieres, obliviscentes mandatorum Domini decipientur, & per aurum introitus accendentium tam ad sacratum ordinem, quam ad monasticam vitam efficiant.. si quis ergo inventus fuerit hoc faciens, siquidem Episcopus vel Abbas extiterit, vel quilibet de sacro collegio, aut desinat, aut deponatur. Abbatissa vero ejiciatur, & tradatur in alio Monasterio ad subjectionem. Similiter & Abbas, qui non habuerit manus impositionem Presbyteri. Porro quae filiis a parentibus dantur more dotis, vel si qua ex propriis rebus acquisita offeruntur, profitentibus his, qui ea offerunt, Deo dicanda definimus. XX. Non habeat aditum Monachus ad Monacham, vel Monacha ad Monachum, secreto ad collocutionem. Porro si contigerit, ut aliquam propinguam suam videre voluerit Monachus, in praesentia Abbatissæ huic confabuletur, per modica & compendiosa verba; & in brevi ab ea discedat &c. ,,

Sed redeo ad imagines: de quibus statuerat quidem synodus Illyberitana a XIX. Episcopis (quos inter Osius Cordubensis, & Valerius Cæsaugustanus) Illyberi in Hispania circa ann. Chr. CCCIII. celebrata, can. 37. , Pla-

scere.. 11.) Abraham primus accep to
cir-

cuit picturas in Ecclesia esse non debere; ne quod colitur,
aut adoratur, in parietibus depingatur. „ Verum canon
hic aut tantum imagines Dei, cui adoratio preesse sum-
pta debet, vetat, idque ne gentiles Deum corporeum a
Christianis admitti putent; aut Sanctorum quoque, sed
tantum in Ecclesie parietibus icones pingi prohibet, ne
ludibrio gentium exponantur, cum exorta persecutio ne au-
ferri nequeant; aut denique usum imaginum omnium ab
Ecclesiis pro tempore removet, non quoad Illiberitani
Patres licite pingi & religiose coli non posse sacras ima-
gines existimaverint, sed quia his temporibus ob frequen-
tes persecutio nes, & dominantem idolatriam, usus ima-
ginum noxius videbatur, quod gentiles eas idolorum in-
star a nobis haberi, atque ita nos idola non reliquisse,
sed mutasse persuasum haberent. Quamvis autem dogma
Fidei ab Ecclesia semper creditum, & cum in laudato
hic Niceno, tum in Tridentino Concilio Sess. 25. diser-
te definitum sit, quod imagines sacræ secundum se licite
pingi possint, & religioso sed respectivo cultu pie ac
laudabiliter colantur; ad disciplinam tamen pro temporum
circumstantiis mutabilem pertinet, an hic & nunc, aut
quomodo ex pingendæ, & ad cultum exponendæ sint. Sed
de his fors alias plura.

11.) Posteaquam idolatria in mundo invaluit, & legis
naturalis oblivio inducta est, frequentata quidem a com-
pluribus gentibus fuisse connubia fratrum cum sororibus,
quin & filiorum cum matribus, docet Minutius Felix in
Octav. ubi ait. „ Jus est apud Persas misceri cum ma-
tri-

circumcisionis fœdere, nihil innuisse vide-

D 5 tur

tribus, Aegyptiis, & Athenis legitima cum sororibus connubia. Memoriae, & tragediae vestrae incestis gloriantur, quas vos libenter & legitimis, & auditis; sicut & deos collitis incestos, cum matre, cum filia, cum sorore coniunctos. Merito igitur incestum penes vos sepe deprehenditur, saepius admittitur: etiam nescientes miseri potestis in illa proruere, dum venerem promiscue spargitis, dum passim liberos feritis, dum etiam domi natos alienæ misericordiae frequenter exponitis; necesse prope est in vestros recurrere, in filios inerrare &c. At Patriarcharum aliquem, praeter Adæ filios, cum germana sorore matrimonium inivisse non puto: quia nec Scriptura Sacra usquam id genus connubii meminit, nec verisimile est id permisum fuisse, posteaquam fratrum, & cognatorum aliorum filiæ ad propagandam sobolem non deerant. Abraham de uxore sua ait fateor Gen. 20. v. 12. *Alias autem & vere soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in uxorem.* Non pauci tamen nomen filiæ hic latius summi, sacramque nec e Thare patre Abrahæ, sed ex Aran ejus filio natam putant, quia illam eandem cum Jescha esse censem, de qua Gen. 11. v. 12. diserte dicitur: *Melcha filia Aran, Patris Melchæ & patris Jeschæ.* Idque inde etiam fit verosimile, quia hoc ipso loco afferit sacer textus Melcham sororem Jeschæ nuptam fuisse Nochor fratri Abrahæ, & Aran. & Gen. 13. v. 8. Abraham fratrem suum vocat Lot, qui itidem filius erat Aran fratri sui. Sed & Levit. 18. v. 9. vetat Deus: *Turpitudinem sororis tuae ex patre, sive ex matre, quæ domi vel foris genita est, non revelabis.* Ubi tamen cum fratri filia conjugium interdici non legitur.

tur aliud , virile carnis suæ membrum circumcidens , nisi non fore deinceps fas carnis consanguineæ confortio ad generandum uti , a propria sorore , velut a carne sua docens congressum abstinere nuptialem . Itaque ab Abrahami ætate videmus abolitam consuetudinem sororum fratribus connubio copulandarum . Multas autem simul ab uno haberi uxores , a Propheticis temporibus licere desiit , 12.) illis videlicet legi-

12.) Quamvis Deus ab initio ita matrimonium instituerit , ut uni viro non plures una uxores habere liceret , quemadmodum indicant verba illa : *Relinquet homo patrem suum & matrem , & adhærebit uxori suæ , & erunt duo in carne una.* Gen. 2. v. 24. Postea tamen dispensasse videtur cum Patriarchis & Judæis , uxorumque simultaneam pluralitatem induluisse , ut colligitur ex Gen. 16. 29. & 30. Deuter. 21. 1. Reg. 25. 2. Paral. 24. &c. Nec existimabant Judæi concessionem hanc revocatam esse etiam post captivitatem Babyloniam : quia Josephus Judæus 1. 17. Antiqu. 1. Herodis senioris uxores , & liberos recensens diserte ait : „ Mos enim nobis est patrius plures simul uxores habere . „ Neque sane allegata a Methodio Ecclesiastici verba indulgentiæ ejus revocationem , sicut nec laudatum e libro sapientiæ testimonium cœlibatus consilium exprimit : quia illa generatim duntaxat concupiscentias malas inhibent , nulla unius vel plurium uxorum mentio-

gibus proscriptum. *Post concupiscentias tu-*
as

tione facta; istud autem moderatum potius legitimi matrimonii usum laudat, ut ex contextu colligitur. At illud certe isthinc manifestum fit, & eo Methodii cum Ecclesiastici, tum sapientiae librum pro Scriptura Divina habitum esse; ut idecirco frustra sint novatores nostri temporis, qui illos e Scripturarum Divinarum canone expungere audent. Christus Dominus vero quemadmodum permisum a Moysè libellum repudii, ita & simultaneam uxorum pluralitatem sustulit, matrimoniumque ad primævam institutionem reformavit, cum Marc. 10. v. 9. 11. & 12. ajebat: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.. Et qui cunque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam.* Et si uxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, macchatur. Nisi enim repudii simul & polygamiae veniam sustulisset, non committeret adulterium, qui dimissa, vel retenta priori uxore aliam duceret, ut patet. Unde & Apostolus 1. Corinth. 7. v. 10. & 11. ait: *Iis, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere.* *Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* Et vir uxorem non dimittat. Et v. 39. *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit.* *Quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino.* In que verba Concilium Carthag. anni CDVIII. can. 17. „ Placuit, ut secundum Evangelicam & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito alteri conjungatur, sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. „ Et S. Augustinus 1. 2. de adulterin. conjug. c.

as ne eas, & ab appetitibus tuis prohibe te (Eccl. 18. v. 30.) In libro vero sapientiae palam jam & sine ambagibus auditores ad continentiam & castitatem attrahens Spiritus Sanctus talia modulatur: *Melior est liberorum orbitas cum virtute; immortalitas enim, est in memoria illius: quoniam & apud Deum nota est & apud homines.* (Sap. 4. v. 1. & seqv.) At cum multi Prophetæ & justi multa præclaræ docuerint, & fecerint, virginitatem qui laudaret, repertus est nemo. Soli
nem-

4. „ Hæc verba Apostoli toties repetita, toties inculcata, vera sunt, viva sunt, plana sunt. Nullius viri posterioris mulier uxor esse incipit, nisi prioris esse desierit. Esse autem desinet uxor prioris, si moriatur vir ejus, non si fornicetur. „ Pariter S. Chrysostomus homil. 59. in Genes. „ Audiens eum (Jacob scilicet) accepisse majorem natu, & postea minorem, ne turberis, neque secundum statum, qui nunc est, opera, quæ tunc facta sunt, judices. Tunc enim quia principia erant, permisum fuit cum duabus, vel tribus, vel pluribus misceri, ut hominum genus propagaretur. Nunc vero quia per Dei gratiam humanum genus valde multiplicatum est, virtus quoque incrementum accepit. Adveniens enim Christus, & virtutem in hominibus plantans, Angelosque ut ita dicam, ex hominibus faciens, omnem illam veterem consuetudinem delevit. „

nempe Domino doctrinæ hujus promulgatio servabatur.. Decebat enim principem Sacerdotum , principem Prophetarum , principem Angelorum, eundem quoque nuncupari principem Virginum .. Et vero principem Virginum non minus , quam principem Pastorum , & principem Prophetarum Ecclesiæ fese in carne humana exhibuisse Dei Verbum , ipse Christi spiritu instinctus Joannes nobis insinuat in libro Apocalypsis 13.) dicens : *Et vidi , & ecce Agnus stans supra montem Sion , & cum eo centum quadraginta quatuor millia , habentes nomen ejus , & nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis .. Et cantabant canticum novum ante sedem. Hi sunt , qui cum mulieribus non sunt coiquinati : virgines enim sunt , & sequuntur Agnum , quocunque ierit.* (Apocal. 14. v. 1. & seq.) En quam vere maxima sit virginitas apud Deum. ,

Mar-

13. Per instinctum Christi spiritu Joannem eum nifallor intelligit Methodius , qui super pectus Domini in cœna novissima recubuit , & de ipso pectoris Dominicī fonte cœlestium mysteriorum fluenta potavit. Non solum igitur pro Divino libro Apocalypsim habuit , sed & a Joanne Evangelista scriptam esse credidit.

Marcellam excipit Theophila: & quoniam illa virginitatem ita prædicavit, ut penne damnare conjugium videretur, hæc licitas etiam in lege Evangelica nuptias esse probat, quamvis continentia iis præstet.

„Videtur mihi necessarium quoniam Marcella, quam bene incepérat orationem, non sufficienter explevit, conari me idoneam ei clausulam imponere. Etenim ad virginitatem profecisse hominem, Deo illum certis temporum vicibus & gradibus promovente, præclare mihi disputatum apparet; quod autem intulit, non esse deinceps operam generationi dandam, haud probare possum. Manifeste siquidem ex scripturis intelligere mihi videor, noluisse Dei Verbum, postquam Virginitatem mundo intulit, omnino abrogare conjugium. Incipiamus autem a Genesi, ut antiquissimæ scripturæ suum ordinis primatum servemus. Profecto Dei oraculum, & præceptum illud 14.) propagandi generis etiam hodie

14.) An præceptum, vel benedictionem tantum contineant verba illa Genesios: Crescite, & multiplicamini,
in

die viget. Hoc enim plāne manifestum est,

in quæstionem vocari potest. Nam in primis Sacer Historicus post creationem nominis enarratam ea referens, non præcipiendi, sed benedicendi verbo utitur. Ait enim: *Et creavit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creavit illum: masculum, & feminum creavit eos.* Benedixitque illis Deus, & ait: *crescite, & multiplicamini, & replete terram;* additque: *Et subjicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & universis animantibus, quæ moventur super terram.* Gen. I. v. 27. & 28. Quæ posteriora verba non utique præceptum, sed benedictionem puram sonare videntur: cum per ea non restrin-gatur, sed conferatur homini in res alias potestas amplissima. Deinde postquam Deus creavit cete grandia, & omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum, vidit Deus quod esset bonum, benedixitque eis pariter di-cens: *Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, avesque multiplicentur super terram.* Hic autem nemo o-pinor præcepti quidquam inesse dicet, cum pisces, & aves ejus capaces non sint: igitur & alio loco simillimus lo-quendi modus non aliud quam benedictionem, & fecun-ditatis impertitionem significare censemus est. Denique si Deus laudatis verbis præcepisset homini, ut liberis o-peram daret, an non id exequi illico Adam & Eva studuis-sent? quod tamen non fecisse illos certum est, quamdiu in primæva innocentia & paradiſo permanserunt, sed primum posteaquam lapsi, & paradiſo ejecti sunt, teste Moysè A-

dam

est, Deum nunc cum maxime suam pietu-

dam cognovit uxorem suam Hevam, quæ concepit, & peperit Cain dicens, Posse di hominem per Deum. Gen. 4. v. 1.

Fateor tamen complures e Patribus in laudatis Genesios, verbis non solum benedictionem, sed & praeceptum agnoscere. Ita enim S. Cyprianus 1. de disciplina, & habitu virgin. versus fin. ait. „ Prima sententia crescere & generare præcepit, secunda continentiam suasit. „ Tertullianus 1. 1. advers. Marcion. num. 21. „ Creatoris est, tam Crescite, & multiplicamini quam Non adulterabis, & uxorem proximi tui non concupices. S. Gregor. Naz. Orat. 31. „ Primum matrimonium lex est, secundum venia & indulgentia &c. „ Idque indicare videtur etiam Scriptura sacra Gen. 9. eadem verba repetens. *Benedixitque Deus Noe, & filiis ejus, & dixit ad eos: Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Et terror vester ac tremor fit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cœli, cum universis, quæ moventur super terram: omnes pisces maris manu vestræ traditi sunt. Et omne quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Excepto, quod carnem cum sanguine non comedatis. *Sanguinem enim animarum vestiarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis, de manu viri, & fratri ejus, requiram animam hominis.* Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo. *Vos autem crescete, & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam.* Gen. 9. v. 1. & seqv. Ubi quamvis primum benedicendi verbo utatur, deinde tamen omisso illo eandem sen-

eturam expingere, nec manum de tabula
Acta & Scripta S. Methodii Ep. & Mart. E de-

tentiam repetit, præceptisque aliis minime dubiis subjun-
git, ut vides. Sed nempe præceptum hoc aut eosque
solum urgebat, dum mundus hominibus impleretur, aut si
hodieque urget, non homines singulos, sed duntaxat to-
tum genus humanum vase obligat ita, ut aliqui semper
sint, qui matrimonium contrahant, & liberos sementent. „
Cum rudis adhuc mundus & inanis est, ait S. Cyprianus
loco supra cit. copiam fæcunditate generantes propagare
genus jubentur.. Cum jam refertus est orbis, qui cape-
re continentiam possunt, spadonum more viventes ca-
strantur ad regnum cœlorum. „ Et S. Hieronymus Ep.
ad Eustoch. de custod. virginit. „ Crescite ait, & mul-
tiplicamini, & replete terram. Crescat, & multiplicetur
ille, qui impleturus est terram. Tuum agmen in cœlis
est. Crescite, & multiplicamini, hoc expletur edictum
post paradisum, & nuditatem, & ficus folia, auspicantia
pruriginem nuptiarum. Nubat, & nubatur ille, qui in su-
dore faciei comedit panem suum, cui terra tribulos &
spinas generat, & cujus herba sentibus suffocatur. Me-
um semen centenaria fruge fœcundum est. Non omnes ca-
piunt verbum Dei, sed ii, quibus datum est: alium eu-
nuchum necessitas facit, me voluntas. Tempus amplexan-
di, & tempus abstinendi a complexibus; tempus mittendi
lapides, & tempus colligendi. Postquam de duritia na-
tionum generati sunt filii Abrahæ, cœperunt Sancti lapi-
des volvi super terram... Laudo nuptias, laudo conju-
gium: sed quia mihi virgines generant. Lego de spinis
rosam, de concha margaritam ... Alia fuit in veteri lege

detraxisse: sicut Dominus Jesus docuit dicens: *Pater meus usque modo operatur.* (Joan. 5. v. 18.) .. Quare etiamnum præcipit: *Crescite, & multiplicamini.* (Gen. 1. v. 28.) Nec fas est præceptum abominari Creatoris, ex quo & ipsæ existimus.. Enimvero creante etiamnum per nuptialem congressum homines Deo, quomodo non temerarium fuerit abominari generationem, cui suas immaculatas manus immiscere Omnipotens Creator haud indignum ducit? *Priusquam enim inquit, te formarem in utero, novi te.* (Jer. 1. v. 5.) Quomodo
non

felicitas. Ibi dicitur: *Beatus qui habet semen in Sion, & domesticos in Jerusalem.* Et: *Maledicta sterilis, quæ non parit..* Nunc eunuchus dicitur: *Ne te lignum arbitreris aridum;* habes locum pro filiis & filiabus, in cœlestibus sempiternum.. Vacuuus erat orbis, & ut de typicis taceam, sola erat benedictio liberorum. Propterea & Abraham jam senex Cethuræ copulatur: & Jacob mandragoris redimitur: & conclusam vulvam in Ecclesiæ figura Rachel conqueritur. Paulatim vero incremente segete, messor immisus est. Virgo Helias, Helias virgo, virginis multi filii Prophetarum. Hieremiac dicitur: *Et tu ne accipias uxorem..* Aliis verbis id ipsum Apostolus loquitur: *existimmo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse &c.,*

non absurdum fuerit prohibere congressus nuptiales ? cum expectentur etiam post nos futuri Martyres , & viri sancti robore invicto mentis obstituti antichristo , ob quos etiam dies illos breviandos Verbum ipsum pollicetur. (Marci 13. v. 20.) ,,

Interpellans hic Marcella , De iis inquit , qui ex adulterio illegitime generantur , heus tu quid ais ? Num hos quoque bene volente respondes generari Deo ? Dixisti enim fieri non posse , ut ad maturitatem , & consummationem perveniat humanus fœtus , nisi formante ipsum , & animante Domino. , At , Theophila velut robustis adversarii lacertis media correpta , vertigine tentata est , tum ægre spiritu resumpto , Rem inquit , o bona quæris , ad sui declarationem exemplo quodam indigentem , cuius beneficio melius intelligas , Dei creatricem vim per omnia quidem pertingentem , præcipue tamen ipsam hominum operari generationem ... Nullam sane rem ex se , ac per seipsam malam esse putandum est , sed talem fieri per operationem abutentium ea.. In quo

enim male meruit ferrum propter agriculturam & artes inventum, ex eo quod non nulli ad mutuas illud cædes, & in humana producunt prælia? In quo aurum, & argentum, aut æs, & ut verbo colligam, omnis in metalla, vel gemmas excocata & elaborata terra, quod multi his ingrate utantur adversus Creatorem suum? Certe si quis furto quæsita vellera textrinæ præbuerit, lana inanimis innocens utique est furti. Quare illam quidem elaborare, & concinnare nihil prohibet; qui vero mala eam manu, injustaque vi abstulit, pœnæ subjiciatur. Sic corruptores nuptiarum, qui vitæ harmoniam, velut cytharæ ruptis temere chordis exfurdant, effrænes inflamatæ cupiditatis æstus in adulteria laxantes, ipsi quidem puniendi, cruciandique sunt: nocent enim injuste ac graviter ex alienis hortis inconcessos concubitus furando: semen vero ipsum, uti & illic vellella, formandum, atque animandum est.

15.) Et quid opus tot exemplis sermonem

pro-

15.) In eundem sensum S. Augustinus in Enchyrid. ad Laurent. c. 27. „Ad iram Dei pertinet justam, quid-
quid

producere? cum satis pateat Dei esse opus structuram corporum. Nunquam enim sic exiguo tempore, citra Divinam co-operationem, tantum opus perficeret natura. .

16.) Unde & tutelaribus Angelis etiam

E 3

adul-

quid cœca & indomita concupiscentia faciunt libenter mali, & quidquid manifestis, opertisque pœnis patiuntur invitati: non sane Creatoris desistente bonitate, & malis angelis subministrare vitam, vivacemque potentiam, quæ subministratio si auferatur, interibunt; & hominum, quamvis de propagine viciata damnataque nascentium, formare femina & animare, & ordinare membra, per temporum ætates, per locorum spacia vegetare sensus, & alimenta donare. Melius enim judicavit de malis benefacere, quam mala nulla esse permettere. „ Et c. 96. „ Non sit aliquid, nisi Omnipotens fieri velit, vel finendo ut fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum est Deum facere bene, etiam finendo fieri, quæcunque fiunt male. non enim hoc nisi justo judicio finit; & profecto bonum est omne, quod justum est. Quamvis ergo ea, quæ mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona: tamen ut non solum bona, sed etiam mala sint, bonum est. Nam nisi esset hoc bonum, ut essent & mala, nullo modo esse finerentur ab omnipotente bono: cui procul dubio quam facile est quod vult facere, tam facile est, quod non vult esse non finere. „

16.) „ Creatoris potentia, ait rursum Augustinus 1. 4. de Genesi ad li. c. 12. & Omnipotentis, atque omni

te-

adulterio conceptas proles commendari acceptimus a Divino Spiritu dictatis libris.
17.) Si enim contra mentem , & definitam

tenentis virtus , causa subsistendi est omni creaturæ: quæ virtus ab eis , quæ creata sunt , regendis si aliquando cessaret , simul & illorum cessaret species , omnisque natura concideret .: Proinde & quod Dominus ait : *Fater meus usque modo operatur.* (Joan. 5. v. 17.) continuationem quandam operis ejus , quo universam creaturam continet , atque administrat , ostendit .. Et quod scriptum est de sapientia ejus : *Pertingit a fine usque ad finem fortiter , & disponit omnia suaviter* (sap. 8. v. 1.) satis apparet repte intuentibus , hunc ipsum ineffabilem , & si possit dici , stabilem motum suum rebus eum præbere suaviter disponendis .. ac ne uno quidem die cessare ab opere regendi quæ creavit ; ne motus suos naturales , quibus aguntur , atque vegetantur , ut omnino naturæ sint , & in eo , quod sunt , pro suo quæque genere maneant , illico amittant , & esse aliquid omnino desinant , si eis subtrahatur motus ille sapientiæ Dei , qui disponit omnia suaviter . ,

17.) Diserte quidem nusquam quod meminerim , sacrae Literæ afferunt ex adulterio natis hominibus custodes Angelos attribui , per legitimam tamen consecutionem id ex scripturæ oraculis omnino deducitur . Nam ex his quoque nonnullis regni cœlestis hæreditatem consequi , ut exempli causa parvulum ex Davidis cum Bethsabea adulterio natum , & paulo post defunctum , dubitari non potest.

tam voluntatem beatæ illius naturæ Dei existerent, quomodo Angelis traderentur, blande, indulgenterque educandæ? .. Et adhuc locum habebit aliquis probabiliter disputandi apud imperitos, tunicam hanc animæ carneam, ab hominibus satam, sponte sua formari contra interdictum Dei? Qui tamen etiam immortalem animæ substantiam simul cum mortali corpore seminari doceat, nullam fidem merebitur. Quod enim mortis, & senectutis expers est, solus utique Omnipotens inspirat nobis. *Inspiravit* inquit, *in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem.* (Gen. 2. v. 7.) Hic omnium hominum creator est Deus: unde & *omnes 18.) homines*

E 4

jux-

test. Juxta Apostolum vero Angeli sunt administratorii *Spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis* Hebr. 1. v. 14. Igitur his etiam a Deo in ministerium deputari Angelos ambigendi locus non est. Quam in rem plura vide Annot. 71. ad S. Gregorium.

18.) Si Deus quemadmodum creator est omnium, ita omnes homines vult salvos fieri, voluntas hæc ad solos prædestinatos restringi profecto cum Calvino nequit: cum in confessio sit apud omnes, non prædestinatos solum, sed

re-

juxta Apostolum *salvos fieri vult*, & *in agnitionem veritatis venire.* (1.Timoth. 2. v. 4.) ... Qui igitur acri consideratione est præditus, sciet non abominari quidem conjugium, laudare autem & præferre continentiam. Quando non quoniam cæteris dulcius suaviusque mel est, continuo convenit reliqua reputare amara.. Et horum quidem idoneum testem producemos Paulum, cuius illa sunt: *Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit, & qui non jungit*

reprobos etiam a Deo creari. Deus igitur, (verbis utor S. Paulini Nolani Ep. 2. ad Sulpit. Sever.) „Omnem, quantum in ipso est, hominem salvum fieri vult, qui fecit omnes. Nam & idcirco descendit ad nos, ut ad illum ascenderemus: ideo conformatus est corpori carnis nostræ, quæ peccato serviebat, ut nos conformaret corpori carnis suæ, quæ peccatum non fecit. „Quodsi quæras cum Chrysostomo homil. 44. de longit. præm. „Cur igitur non omnes salvi fiunt, si vult omnes salvos esse? „Audi respondentem S. Patrem. „Quoniam non omnium voluntas ejus voluntatem sequitur, porro ipse neminem cogit. „Et S. Hieronym. in c. 1. Ep. ad Ephes. „Vult Deus salvari omnes, & in agnitionem veritatis venire: sed quia nullus absque propria voluntate salvatur (liberi enim arbitrii sumus) vult nos bonum velle, ut cum voluerimus, velit in nobis & ipse suum implere consilium &c. ,,

jungit, melius facit. (1. Corinth. 7. v. 38.) Florentissimo enim , & maxime variegato prato comparari Ecclesiam sermo habet propheticus , non modo virginitatis distinctam & coronatam floribus , sed & conjugii , ac continentiae vidualis. In fimbriis siquidem aureis variegata adstat Regina a dextris sponsi. (Ps. 44. v. 10.) „

Tertio loco ad dicendum surgit Thalia , & priori quidem Orationis suæ parte , allata a Theophila Geneseos verba discutit , contendens ex Apostolo ea mystico potius , quam literali sensu intelligenda esse. „ Non est inquit , qui reprehendere possit orationem tuam o Theophila , vel si contentiosus , & pervicax sit. Unum tamen in ea me , aliis præclare dictis , subconturbat , & quasi scrupulo injecto inquietat , ne Divino spiritu plenissimus , & utique sapiens vir , Paulum dico , sine causa retulerit ad Christum & Ecclesiam , conjunctionem primi hominis & mulieris ; si nihil sublimius litera , ipsaque historia scriptor sacer cogitavit. Si enim omnino de viri ac mulieris congressu mero inter-

pretari scripturam necesse est, cur Apostolus eum citans locum, & in veram, ut opinor, Divini Spiritus sententiam manuducens nos, ad Christum & Ecclesiam allegorice transfert, quæ de Adamo & Eva memorantur? . *Qui suam ait uxorem dilit, seipsum dilit.* Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fovet eam; sicut & Christus Ecclesiam: quia membra sumus Corporis ejus. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. *Sacramentum hoc magnum est.* Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. (Ephes. 5. v. 29. & seqv.) Ne moveat vero, quod aliis de rebus instituto sermone, in alia transflit, ut permiscere cuncta videatur. Nam de castitate volens, ut appareat, sedulo confirmare doctrinam, insinuat se prius, & molles quasi aditus ad eum scopum captat, leniori, ac plausibiliori utens ingressu sermonis. Character hic est dictio-
nis ejus: quippe a superficiariis inchoans, mox se ad altiora, magnificaque diffundit:

tum

tum rursum in profunditatem se demittens, interdum in simplex aliquid & facile, interdum in difficilius, subtiliusque desiturus. Nunquam tamen per istas alternationes alienum a scopo subinducit quidquam, sed quæcunque scriptione tam varia, & quasi reciprocante comprehendit, mirabili sese nexu attinent, & arcanis commissa juncturis, æque cuncta ad propositæ tractationis absolvendum negocium simul conferunt. Age vero consideremus, quam orthodoxe retulerit Adamum ad Christum, non solum quod Christi figuram, & imaginem Adamum fuisse censuerit, sed & quod vere Christum extitisse ipsum quoque putaverit; propterea, quod Verbum ante secula existens in illum venerit, eique se junxerit. 19.) Congruum enim fu-

19.) Afferere hic videtur Methodius, Verbum Divinum jam in paradiſo incarnatum fuisse, & naturam Adæ sibi hypostatice copulasse. At cum id nemo aliud etiam ex hæreticis veteribus præter Ebionitarum quosdam apud S. Epiphanius hær. 30. docuisse legatur, difficile creditu est in errorem adeo crassum, a doctrina pariter & sancta monita laudatissimum Patrem impegiſſe. Fors igitur non

ali-

fuit, Primogenitum Dei, & primum unigenumque semen sapientiam, primum formato principi, & primogenito hominum homini mixtum, factum esse hominem. Erat etiam decentissimum, antiquissimum Æonum, & primum Archangelorum, 20.) versari cum hominibus volentem, in antiquissi-

aliud voluit, quam quod Veteres multi sentiebant, ipsam scilicet Verbi Divini Personam, ut Incarnationi suæ præluderet, se Adamo visibilem in assumpta ad tempus specie corporeæ præbuisse, & cum eo instar hominis imparadiso collocutam & versatam esse. Vel certe quod Divinum Verbum, dum ex Maria Virgine incarnatum est, veram carnem humanam, ex Adamo primo hominum parente propagatam sibi hypostatice univerit, & idcirco ipse quoque Adam jam quadamtenus Christus suisse dici possit, quia caro hæc jam in illo secundum aliquid sui existebat. In quem sensum etiam Apostolus Hebr. 7. v. 9. & 10. scribit: *Et (ut ita dictum sit) per Abram, & Levi, qui decimas accepit, decimatus est. Adbuc enim in lumbis Patris erat. Quando obviauit ei Melchisedech.* Unde subjungit, quod sicut initio verum hominis corpus ex virgine terra formavit Deus, ita per Incarnationem recolorans & refingens priora, rursus ex Virgine Maria a Spiritu Sancto fabricatus fit ipsum & quæ sequuntur.

20.) Dura hæc iterum, Valentinique, & Arrii hæresim olientia videri possunt. Sed cum Methodius noster in

quissimum, & primum hominum Adamum
infī-

in hoc ipso Symposio Verbum *ante sācula extitisse*, *Unigenitum Dei Filium esse*, Christum non aliud esse quam hominem pura & perfecta Deitate plenum, *Deumque in homine quodammodo inclusum* prædicet, inter hæreticos denique Personæ Verbi adversarios diserte rejiciat Artemam sive Artemonem, qui teste Eusebio l. 5. Hist. Eccl. c. 28. *Christum hominem purum fuisse absque Deo blasphemabat*: æquum sane est, ut notata hic verba sano, aliisque Methodii dictis conformi sensu explicitentur. Non igitur ille Verbum Divinum e Valentinianis Æonibus ceu minoribus Bytho diis, aut Archangelum spiritibus Angelicis in natura similem esse censuit; sed quia vox Græca αἰών Latinæ seculum significat, eo sensu antiquissimum Æonum Verbum ait, quo Deus Daniel. 7. v. 9. *Antiquus dierum id est æternus* dicitur; *primum autem Archangelorum*, quia ad salutem nostram reparandam a Deo Patre in mundum missus est Christus, quo sensu a Prophetis etiam Magni Consilii Angelus, & Angelus Testamenti vocatur Isai. 7. & Malach. 3. v. 1. vocatur. Angelus enim Græce nuncium seu Missum, & Archangelus Principem missorum significat. Quodsi hæc & Annot. pr. dicta cuiquam non satisfaciant, sequatur per me licet Photium, & Symposium nostrum isthic adulteratum esse, adjectis illi Arrianis opinionibus, & aliis male sentientium fabulis existimet. Nam idem Photius Cod. 162. refert Andream quendam ex Incorrupticolarum, seu eorum, qui Corpus Christi etiam ante resurrectionem incorruptibile, & passioni minime obnoxium fuisse ajebant, secta, complurium SS. Patrum, & hos

in-

insinuari, in eoque habitare. Eo scilicet modo recolorans, & refingens priora, rursus ex Virgine ac spiritu fabricatus ipsum: quandoquidem similiter a principio, cum terra virgo adhuc & inarata esset, accepto Deus luto, rationale ex ipso formavit animal sine semine.. Sed dum adhuc ex luto, ut sic dicam, formaretur Adam, cum mollis & aquofus, necdum incoctus tegulæ ritu, immortalitate donatus esset, a peccato aquæ instar destillante,

ac

inter etiam Methodii nostri scripta depravasse, eaque propter ab Eusebio Thessalonicensi Episcopo vapulasse. „Patrum inquit lectionum sententias, Athanasii, & trium Gregoriorum, admirandorum inquam illius patratoris, & Gregorii Theologi, ac beati Nysseni Episcopi, Basilii similiter Cæsareæ Antistitis, & Joannis Chrysostomi, Cyriilli Alexandriæ, & Procli Constantinopolitanæ Sedis Praefulsi, Sancti ad hæc Martyris Methodii, & Quadrati depravavit. Quorundam enim ex his dicta quædam Andreas avulserat, ac perverterat, simulque malitiose aut imperite interpretando, errorem suum ex illis, ut sibi quidem persuasit, confirmarat. Verum ob hæc omnia justas Eusebio pœnas dedit, ob adulterationem nempe SS. Patrum, & improbitatem, atque inscitiam, quodque hereticorum dicta quædam compilans, Sanctis ea Patribus attribuere sit ausus. „

ac defluente dissolutus est. Quare rursum eum de integro madefaciens, & refingens in honorem Deus, in virginali durans primum & compingens utero, simulque uniens & miscens Verbo, solidum & sincerum eduxit in vitam: ne rursum extrinsecus inundatus corruptionis fluctibus, putredine innascente corrueret.. Unde recte plane ad Christum direxit Paulus, quæ de Adamo dicuntur. Nam ex ossibus, & ex carne ejus Ecclesia extitit: cuius scilicet gratia relicto Patre, qui est in cœlis, descendit Verbum, ut adhæreret uxori; & dormivit extasim passionis, voluntarie pro ipsa mortuus: ut ipse sibi exhiberet gloriosam Ecclesiam, & irreprehensibilem, mundans eam lavacro, ad susceptionem spiritalis & beati feminis, quod seminat quidem ipse insuffranc, & penitus inferens in penetrabilibus mentis,
21.) Concipit vero, & format instar u-

XO-

21.) Semina, quæ Verbum ex Methodii sententia insuffratur, & penitus inserit in penetrabilibus mentis, quid aliud sunt, quam interna Dei gratia, seu causatæ in nobis

xoris Ecclesia , ad generandam , enutriendamque virtutem. Isto enim modo illud mandatum : *Crescite , & multiplicamini* ; convenienter impletur , proficiente in magnitudinem , decorem , & numerum in dies Ecclesia , ob conjunctionem , & communicationem Verbi , ac commodantis , & admoventis se nobis etiam nunc , & rursus quodammodo extasim passionis , persuæ mortis commemorationem iterantis .. Paulus ergo ad sanctificationem , & castitatem cunctos provocans , ita ut diximus , quæ de primo homine & Eva feruntur , juxta secundam expositionem ad Christum direxit , & Ecclesiam : quo indoctis os obstrueret , prætextum illis , & excusationem eripiens omnem , qui lasciviaz dediti vim scripturis inferre non dubitant ,

con-

bis a Deo cogitationes piæ & affectiones , excitantes nos ad agendum bonum , malumque vitandum. Non existimavit proinde S. Pater naturales hominis vires , aut solas , aut etiam cum externis gratiis , puta prædicatione verbi Dei , lectione pii libri , aliisque idgenus satis esse ad exercenda opera salutaria , sed internis præterea & supernis Dei auxiliis nos opus habere pro certo habuit : quemadmodum postea Concilium Arausicanum II. can. 3. 4. 5. &c. & Tridentinum Seff. 6. can. 1. 2. & 3. definivit.

contra orthodoxam ipsas veritatem interpretantes, ac tanquam vallum obtendentes defendendæ incontinentiæ, tum id, quod dixit Deus: *Crescite, & multiplicamini;* tum illud aliud: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerabit uxori suæ.* Neque ipsos pudet incusare Spiritum Sanctum, tanquam ad hoc nati sint, ut sopitum concupiscentiæ fomitem, velut torrem adhuc fumantem flatu ventilent, & titillationibus redaccendant. „ 22.)

Altera orationis parte ex eodem Apostolo ostendit, matrimonium etiam iteratum licitum esse, sed præcellere illi virginitatem & cœlibatum. „ *Dico autem,* ait idem Apostolus, *non nuptis, & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. Quodsi non se continent, nubant: melius est enim nubere, quam uriri.* (1. Corinth. 7. v. 8. & 9.) Perseverat

Acta & Scripta S. Methodii Ep. & Mart. F hic

22.) Videant Sectarii nostri temporis, an non in hoc luto hæreant, dum adversus Sacerdotum & Monachorum Catholicorum cœlibatum verba illa: *Crescite & multiplicamini*, oggerere audent.

hic quoque præferre continentiam , & seipsum in exemplum afferens , magnum utique stimulum admovet auditoribus , ad imitationem sui tentandam in re quantumvis ardua : melius esse docens eum , qui alias unius mulieris conjux fuerit , apud se deinceps manere , sicut & ipse faciebat . 23.) Quod si hoc propter æstum , &

23.) Paulum Apostolum non virginem , sed matrimonio aliquando conjunctum fuisse innuit hic Methodius . Quod etiam Clemens Alexandr . 1 . 3 . Strom . opinatus est , ubi ait : „ Petrus & Philippus filias procrearunt .. Et Paulus non veretur in quadam epistola suam appellare conjugem , quam non circumferebat , quod non magno ei orus esset ministerio . „ Et Origenes in c . 1 . Ep . ad Rom . „ Paulus , sicut quidam tradunt , cum uxore vocatus est &c . „ Paulus tamen ipse satis indicat se cœlibem vitam semper duxisse , cum 1 . Corinth . 7 . v . 7 . & 8 . ait : *Volo omnes esse , sicut me ipsum ; sed unus quisque proprium donum habet ex Deo , alius quidem sic , alius vero sic . Dico autem non nuptis & viduis : Bonum est illis , si sic permaneant sicut & ego .* In quæ verba S . Ambrosius : „ Non diceret , Bonum est innuptis , si sint sicut ego , nisi esset integer corpore . Nec diceret , omnes homines volebam esse sicut meipsum . Si enim habuit uxorem , & hoc dixit , virgines esse noluit . Sed absit . Sic enim a pueritia spiritui servivit , ut hujus rei studium non haberet : quippe cum

& vim concupiscentiæ difficile nimium alicui fuerit , in ea , quam secundo loco proponit , indulgentia receptum ei providet , usum conjugii permittens : non quod secundas nuptias absolute bonas , & expectendas pronunciet , sed eas meliores incendio judicat . Sicut enim si quis in die Paschæ jejunii 24.) graviter ægrotanti cuiquam cibum offerat , & jubeat propter infirmitatem gustare ex his , quæ offert , dices : Bonum quidem erat o amice , &

F 2 ve-

juvenculus anticipatus sit a gratia Dei . „ Pariter Theodoreetus : ostendit , inquit , rursus se esse ex ordine cælibum , & eorum , qui uxores non duxerunt . Neque enim quis eum jure inter viduos collocet , cum adhuc esset adolescentis , quando vocatione dignus est habitus . „ Et S. Hieronymus Ep. ad Eustoch. de custod. Virgin. „ De virginibus , ait Apostolus , præceptum Domini non habeo . Cur ? quia & ipse ut esset virgo , non fuit imperii , sed propriæ voluntatis . Neque enim audiendi sunt , qui eum uxorem habuisse configunt ; cum de continentia differens , & suadens perpetuam castitatem , intulerit , *Volo omnes esse sicut meipsum* &c. „

24.) Per *jejunium Paschæ* hic sextam feriam majoris hebdomadæ , seu Parasceva ante Domini Resurrectionem intellige . Hac enim die olim severissimum illud jejunium , in abstinentia omnis cibi potusque consistens ex lege servabatur , ut annot. 39. ad S. Irenæum dixi .

vere oportebat te quoque , sicut & nos fortiter perseverantem eadem perficere ; interdictum est enim hodie , ut scis , ullo cibo vesci : sed quoniam morbo corruptus , & multum debilitatus non potes id ferre , propterea indulgentiam impartientes tibi consulimus , ut his cibis vesca-
ris : ne forte plane non valens propter imbecillitatem morbo contractam resistere cupiditati cibi , moriaris . Sic & Apostolus ait hoc loco : prius enim dixerat cu-
pere se sanos omnes , & castos esse , uti & ipse erat : postea tamen gravatis morbo passionum , ne fornicantes omnino pe-
reant , permittit secundas nuptias , 25.)
me-

25.) De secundis nuptiis durius quidem nonnunquam Græci Patres loquuntur , per se tamen eas , & ulteriores etiam culpa vacare , cum Apostolus diserte docet 1. Corinth. 7. v. 39. inquiens : *Mulier alligata est legi , quanto tempore vir ejus vivit ; quodsi dormierit vir ejus , liberata est : cui vult nubat , tantum in Domino.* Tum Græca , Latinaque Ecclesia semper credidit. Ita enim pro Græcis S. Epiphanius hær. 48. , Ecclesia ad monogamiam fideles hortatur. Si qui vero ex infirmitate sæpius nuptias iterarint , non propterea ab ejus societate præcisi sunt. „ Pro Latinis S. Hieronymus Ep. ad Ageruchi-

am.

melius esse judicans ad eas venire , quam
uri , & inhoneste se gerere &c. „

Thaliam sequitur Theopatra , & ex
Psalmo 136. probat virginitatem oportu-
nissimum medium esse ad homines in para-
disum restituendos , & recuperandam im-
mortalitatem. „ Age inquit Psalmum istum
in manus sumptum enarremus , quem pu-
ræ & immaculatæ animæ concinunt Deo.
*Super flumina dicentes Babylonis , illic
sedimus , & elevimus , dum recordaremur
tui sion. In salicibus in medio ejus su-*

F 3

spen-

am. „ Quid damnamus secunda matrimonia? Minime , sed
prima laudamus. Abjicimus de Ecclesia digamos ? Absit;
sed monogamos ad continentiam provocamus .. Rem di-
cturus sum incredibilem , sed multorum testimoniis appro-
batam. Ante annos plurimos , cum in chartis Ecclesia-
sticis juvarem Romæ urbis Episcopum , & Orientis ,
atque Occidentis synodis consultationibus responderem ,
vidi duo inter se paria vilissimorum e plebe hominum com-
parata , unum qui viginti sepelisset uxores , alteram , iquæ
vicesimum secundum habuisset maritum , extremo sibi , ut
ipsi putabant , matrimonio cōputatos. Summa omnium
expectatio , virorum æque ac feminarum .. quis quem pri-
us eferret. Vicit maritus , & totius plebis populo con-
fluente , coronatus & palmam tenens .. uxoris multinubē
feretrum præcedebat &c. „

spendimus organa nostra; organa vocantes sua ipsarum corpora, quæ suspenderunt e retinaculis castitatis, alligantes ea ligno, ne possent abreptæ rursus trahi fluctu incontinentiæ. Babylon enim, quæ tumultus, aut confusio interpretatur, fluxam hanc designat vitam, cuius in medio sedentes circum undique alluimur, quandiu in mundo sumus, fluminibus nequitiaæ in nos semper irruentibus. Propterea trepidamus, & gemimus, clamantes cum lachrymis ad Deum, ne fluctibus voluptatis avulsa ab arbore castitatis cadant in profluentem organa nostra. Pro symbolo enim virginitatis, Divinæ Scripturæ ubique salicem usurpant: quoniā flos ejus in aquam intritus si bibatur, quidquid titillationes intus ciet, ac prurigines, extinguit, & eosque valet, ut steriles efficiat, atque ad generandum inutiles omnes in venerem motus: uti & Homerus indicavit, falices propterea frugiperdas vocans (Odyss. κ.) ... Utilissimam nimirum, & in primis efficacem ad incorruptionis adeptionem, dedit virginita.

tatem Deus, adjutricem eam mittens, & fidam sociam cupide aspirantibus ad id decus, quales subindicat Psalmus nomine sionis.. Illæ namque animæ, quæ purissimum virginitatis induerunt, & late fusis radiis vibrant decorem, steriles, & penitus expertes fluxarum, & in dolores fœcundarum libidinum, in aliena terra Canticum non cantant: quoniam spes inde suspensas non habent, neque mortalium corporum deliciis intabescunt; sed generoso sublimique proposito, quæ sursum sunt promissiones intuentur, cœlum fitientes, tanquam sibi aptum, & natalem locum. Unde magnificiens nobiles earum cogitationes Deus, cum juramento promittit, eximios se ipsis honores repensurum, in principio lætitiae proponens eas. Sic enim ait: *Si oblitus fuero tui Jerusalem, oblivioni detur dextera mea.* Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, & si non proposuero Jerusalem in principio lætitiae meæ. (Ps. 136. v. 5. & seqv.) Nomine Jerusalem immaculatas istas, quas dixi, & expertes noxæ

designans animas, quæ austero virginitatis mero impollutis hausto labiis, uni Viro aptantur virginem castam in cœlo exhibere Christo, in coinquinatorum certaminum præmio coronatæ &c. „

Post hanc Thallusa suam conferre symbolam monita, de voto castitatis differit, illudque omnium maximum, & Deo gratissimum esse his demonstrat. „ Cum multa in Lege memorentur in Dei laudem ab hominibus, religionis studio concepta vota, quorum unicuique suum præcium, & sua laus constat; soli illi magno se obligasse voto dicuntur, qui seipso libera voluntate, suscepto castæ vitæ proposito, Deo consecraverint. Sic enim illic legitur. *Et locutus est Dominus ad Moysem dicens, loquere filiis Israel, Et dices ad eos: Vir, sive mulier, quicunque magno 26.) voverit votum castificandi castitatem Do-*

26.) In Hebræo quidem & Vulgata nostra paulo alter hoc loco legitur, Græcus tamen LXX. Interpretum textus ita habet prout a Methodio laudatur. Ait enim: Ἀνὴρ οὐ γυνὴ ὁσ περ μεγάλως ἐνξέτας ἐυχὴν ἀφαγνίζεται αὐγεῖται καὶ φέτι. Ἐυχομένη autem non solum idem

Domino. (Numer. 6. v. 1. & seqv.) Vovet aliquis aurea, argenteaque vasa allaturum se in templum, alius fructuum, alius bonorum decimas, non nemo facultates suas omnes Deo consecrat: & nullus horum id consequitur, ut magnum vovisse Domino votum dicatur. Illi tantum hoc tribuitur, qui se in solidum Deo addicit. Quare opus est sistere Deo & quæ ad animam, & quæ ad corpus pertinent, ut integra, & in nullo deficiens oblatio sit. Idcirco enim Abrahamo Deus præcipit: *Summe mibi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam.* (Gen. 15. v. 9.) Quæ si ex allegoria velimus evolvere, hanc tacite innuunt sententiam: offer mihi, & impolluta custodi, tuam primum animam vaccæ symbolo designatam, tum carnem, postremo mentem: 27.) qua-

F 5 rum

ac precor, sed & voveo, pariterque *ιυχὴ* & orationem, & votum Græcis significat.

27.) **M**entem hominis ab anima distinguere hic videatur **M**ethodius cum compluribus veterum: qui mentem quidem

rum hæc quidem sublimia cogitando perse-
quens per capram significatur , animal per
abrupta sursum niti solitum ; illam vero
adumbrat aries , petulcum & exultabun-
dum pecus , lascivientem & ipsam , ægre-
que se tenentem , nisi acri ab illicitis im-
perio prohibeatur . Sic enim perfectus e-
ris o Abraham , consecratis mihi pariter
anima , carne , & mente : quibus mentio
ternarii inspergitur , ad insinuandam san-
cte , ac bene ominatæ Trinitatis notio-
neim .. Ajo igitur inter vota omnia vo-
tum 28.) maximum esse castitatem , inde-

que

dem esse spiritum simplicem , & incorruptibilem , cogi-
tandique ac volendi principium ajebant , animam autem e
subtili quadam) tenui , lucida & aerea materia constare ,
in eaque mentem ipsam velut in corpore includi opinaban-
tur , inducti adhoc non solum auctoritate philosophorum
gentilium , sed scripturæ ipsius nonnullis sententiis , quæ
animam omnis carnis in sanguine esse , mentem autem a
Deo inspirari & dari homini testantur . Verum nemini jam
ignotum est hominem e mente duntaxat & corpore consti-
tui , animæque nomen ea solum de causa in sacris literis
nonunquam sanguini tribui , quod hic præcipuum instru-
mentum sit metum omnium , quos mens in corpore no-
stro ciet , quamdiu illud animat & vivificat .

28.) Virginitatis votum jam inde ab Ecclesiæ Chri-

que id ostendo, quod per eam & palam, & in totum dedicata sum Domino: cui non modo intactam a congressu viri carnem meam, sed ab omni etiam, qui sine alieno tactu existere queat, libidinis sensu immaculatam custodire contendeo. Nam *innupta cogitat, quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino.* (1. Corinth. 7. v. 34.) Non solum ne aliqua parte claudicantem virtutis opinionem referat, sed & ut in corpore pariter, ac in Spiritu sanctificeetur, membra sua Deo consecrans... Hinc & Dei altare incruentum, id est altare incensi, traditione accepimus esse cœtum castorum: adeo magna, & præclara res est virginitas... *Facies inquit, mibi altare circumtectum ære ad holocausta, quo deferuntur oblationes; aliud vero altare ex imputribilibus lignis, & de-*

aura-

sti exordio & frequentatum fuisse a fidelibus Patres omnes testantur, & summis illud laudibus extollunt. An igitur reformatæ in melius Ecclesiam credi possunt Lutherus, Calvinus & idgenus alii, qui sacrarum virginum claustra referarunt, verboque & exemplo, quod in ipsis erat, virginitatem ex orbe terrarum eliminarunt?

aurabis illud auro, & dabis illud in conspectu veli, quod est super arcam Testimonii, ante faciem propitiatorii.. Et adolebit super illud Aaron incensum aromatum mane, quando concinnabit lucernas. Non inferet super illud incensum alienum, & holocaustum, sacrificium, & libationem non libabit super ipsum. (Exodi. 30. v. 2. & seqv.) Si lex est juxta Apostolum spiritalis, imagines continens futurorum bonorum, age reducto velo literæ, evolutam intueamur ad nudum veritatem. Tabernaculum, quod formare, exornareque varie Hebræi jussi sunt, expressio quædam Ecclesiæ fuit; ut rebus informatum sensibilibus haberent simulacrum, quo Divina olim eventura mysteria prænunciarent. Nam quod ostensum exemplar in monte est, in quod intuens fabricatus est Tabernaculum Moyses, idea quædam exacta erat domicilii cœlestis: cui nos quoque nunc repræsentandæ servimus, liquidius quidem, quam si in figuris versaremur Legis veteris, non tamen ita clare, ut quando ipsa perseipsam se palam ostendet veritas. Ju-

dæi

dæi namque umbram imaginis tertiam a veritate annunciarunt; nos vero imaginem ipsam uno gradu admotiorem veritati gerimus, in iis, quæ Divino instituto in Ecclesia fiunt, illustre præferentes simulacrum conversationis, gubernationisque cœlestis, cuius manifesta species tantum post resurrectionem 29.) inapertum conspectum
da-

29.) Arguunt hinc nonnulli sensisse Methodium, quod beata Dei visio usque ad generalem Corporum resurrectionem sanctis differatur. At intelligi certe verba ejus possunt de beatitudine consummata, quæ ad corpus etiam pertinebit, & nonnisi post resurrectionem beatis cœli civibus obtinget. Animas enim plene purgatas mox post discessum ex hac vita beatitudine sua donari sat aperente fatetur S. Pater, paulo infra in hac ipsa Agathæ oratione inquiens: „ Si ergo inviolatam quis custodiat istam pulchritudinem, hinc translatus in beatorum civitatem, ibi velut in templo ad perpetuam moram collocabitur. „ Et versus finem symposii ex persona Aretes virginis alloquens: „ Post exitum inquit ex hac vita, fideles Christo virginitatis conservatrices ab eodem incorruptibilitatis floribus redimitæ victoriæ præmia referunt. Simul enim atque mundum animæ deseruerint, dicitur virginibus Angelos obviam fieri, & non sine laudum ingenti præconio eas in prata illa deducere, in quæ antea pervenire appetebant, procul illa imaginatione complexæ tum,

dabitur: quando jam facie ad faciem sanctum Tabernaculum, civitatem cœlestem, cuius artifex & conditor Deus est, non autem amplius in ænigmate, & ex parte videbimus. Quod si Tabernaculum quidem

tum, cum adhuc in corporibus de gentes, res Divinas sibi repræsentabant. Eo itaque ubi pervenerint, admirabilia quedam, & splendida, & beata decora, quæ hominibus verbo exprimere perquam difficile est, intuebuntur. Ajunt enim ibi esse ipsam justitiam, & ipsam prudentiam, & dilectionem, & veritatem, & castitatem, & reliqua omnia; similiter præclarissimos sapientiæ flores & plantas, quorum nos hic umbras tantum imaginatione confictas somniantes, ex humanis actionibus confistere arbitramur, quod nullum eorum sit hic simulacrum, sed figuræ solum obscuræ & species, quas etiam sæpius subobscure nos effingentes intelligimus. „ Quod si aliter sensisset Methodius, nævus quidem, at cum pluribus communis, & venia dignus foret: cum seculo etiam quartodecimo Joannes XXII. in opinionem illam, quæ beatam Dei visionem ad resurrectionem usque differt, se propensum ostenderit; licet postea in Concilio Florentino sess. 16. anno MCDXXXIX. die X. Januarii unanimi Græcorum, ac Latinorum consensu definitum sit „ illorum animas, qui post baptismum suscepimus nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus sunt purgataæ, in cœlum mox recipi & intueri clare Deum trinum & unum sicuti est, pro meritorum tamen diversitate aliud ario perfectius. „

dem Ecclesiæ symbolum fuit , Ecclesia vero repræsentatio vitæ cœlestis est , videntum , quam Ecclesiæ partem proprie spectaverint altaria duo , quæ commemoravimus . Ego per prius quidem ære tectum , senilem chorum viduarum in sacro septo degentium intellexerim . Dei enim spirans ara sunt : ad quam passim conferuntur vituli , decimæ , & voluntariæ oblatæ , quæ in Domini sacrificium cedunt . Inauratum autem altare , intus in Sanctis Sanctorum repositum , in quod prohibitum est sacrificium , & libationem ferre , ad eas , quæ in statu virginitatis sunt , videtur referendum , quarum corpora libidinosæ omnis experitia putredinis , immortali auro protecta sunt .. ac propterea merito intra sacra penetralia , proxime Sancta Sanctorum , in conspectu Patris , incensi ritu , preces assiduas mittunt Domino in odorem suavitatis . , ,

Succedens Agatha virginitatem commendat inde , quod per eam , imago Dei animæ nostræ ingressa , usque ad adventum Domini illibata servetur . , , Inenarrabi-

rabilio virgines , cognataque sapientiae insignitiae forma in mundum venimus omnes.

30.) Exacte enim lineamenta referunt ejus ,

30.) Superius ex Theopatræ persona dixerat Methodius nat.lem animarum locum cœlum esse : hic eas inenarrabili , cognataque sapientiae forma insignitas in mundum venire ait. Unde rursum nonnulli arguunt in ea illum opinionem fuisse , quæ animas omnes ipso mundi initio in cœlis creatas esse ait. At immerito : cum natalis animæ locus cœlum esse dici possit , quia ad illud consequendum nascitur & creatur ; inenarrabili vero & cognata sapientiae forma insignitiae in mundum venire recte dicantur , quia ad imaginem Dei sunt , ejusque cognoscendi & amandi capaces sunt. Cæterum tametsi jam cum S. Leone Magno Ep. 93. ad Turribium Asturicens . „ Catholica Fides constanter prædicet , atque veraciter , quod animæ hominum , priusquam suis inspirarentur corporibus , non fuere , nec ab alio incorporentur , nisi ab opifice Deo ; „ olim tamen implexa admodum quæstio de origine animæ summis etiam viris visa est , & inter alios S. Hilarius Pictav. eas ante corpus creatas esse censuit Enarrat. in Ps. 129. ita scribens. „ Cum Deus pulcherrimum opus perfecto jam mundo inchoaret , hominem scilicet ad imaginem sui faciens eum ex humili natura , cœlestique composuit , anima videlicet , atque corpore. Et prius quidem animam Divino illo , & incomprehensibili nobis virtutis suæ opere constituit. Non enim cum ad imaginem Dei hominem fecit , tunc & corpus effecit. Genesis docet longe postea quam

jus, qui creavit, & formavit eas, animæ, tunc cum ejus exemplaris purissimi, ad quod intuens Deus in immortalem eas naturam edidit, splendore mirabili circumfusæ, pulchritudinem illam intaminatam obtinent, quam ortu primo acceperunt ab auctoris manu. Ingenitum enim, & incorporeum pulchrum, & neque incipiens, neque definens, sed immutabile, senii ex-

A&a Scripta S. Methodii Ep. & Mart. G pers,

ad imaginem Dei homo erat factus, pulverem sumptum, formatumque corpus, dehinc rursus in animam viventem per inspirationem Dei factum. „ Neque hæc opinio cum Origenis, & Priscilliani errore est eadem. Hi enim animas in cœlesti habitatione peccasse, & capropter a sublimibus ad inferiora delapsas in corpus velut in carcerem includi ajebant, ut delictorum pœnas luant. Quem errorem Methodius noster in fragmento ex libro de Resurrect. apud Photium Cod. 234. ex proposito sic refellit. „ Si corpus animæ ut vinculum copulatum est post prævaricationem, aut datum est bonorum, aut malorum vinculum animæ? Impossibile est bonorum: nullus enim medicorum, aut artificum aliorum porrigit remedium peccanti, ut plus peccet: multo minus Deus. Sequitur ergo malorum. Atqui videmus, ut primum Cain hoc corpore vestitus homicidium fecerit: posteri vero ad quæ scelera prolapsi sint, manifestum est. Ergo corpus non est vinculum malorum, nec ullum penitus vinculum, aut carcer, nec illud anima post prævaricationem primum induit. „

pers , defectu nullo laborans , potestatis abundantia omnia complectens , & creans , & immutans , fabricavit ad imaginem Imaginis suæ animam : quæ inde rationalis , & immortalis est : ad imaginem quippe condita Unigeniti incomparabilem habet pulchritudinem. Quare spiritualia nequitiae depereunt eam , polluere summa vi co-
nantia Deiformem ejus , & amabilissimam speciem. Ut & Propheta indicat : *Frons meretricis facta est tibi , noluiisti erubescere in conspectu amatorum tuorum.* (Jerem. 3. v. 3.) de ea loquens , quæ seipsum prostituit adversariis potestatibus in contaminationem. Amatores enim sunt diabolus , & angeli ejus , rationalem nostram intelligentiæ pulchritudinem inquinare sui commixtione machinantes. Si ergo inviolatam custodiat quis istam pulchritudinem .. hinc translatus in Beatorum civitatem , ibi velut in templo ad perpetuam moram collocabitur. Incontaminata porro nostra pulchritudo tunc optime custoditur , quando a virginitate protecta , ab exteriori corruptionis æstu infuscata non fuerit , sed or-

natu iustitiæ compta , in sponsam accesserit Filio Dei. Quemadmodum ipse insinuat , oportere admonens in nostris corporibus , velut in lampadibus , lumen accendi castitatis : siquidem decem virginum numerus , multitudinem exprimit credentium in Christum animarum , denarii nota numeri rectam in cœlos viam , quæ una solum est , efformante .. Quod enim dicitur *simile esse regnum cœlorum decem virginibus , quæ acceperunt lampades suas , & exierunt obviam sponso* (Matth. 25. v. 1.) significat eandem ab omnibus viam electam .. Dederunt enim pariter sese omnes in societatem unius quasi peregrinationis , eundem profitentes se scopum sequi .. Non vero pariter omnes exierunt etiam in occursum sponsi . Nam earum quædam alimentum in tanta copia , quanta in longum post tempus superaret , provide suggererunt suis lampadibus oleo flammarum alentiibus ; aliæ vero neglexerunt futuri curam , in præsens consulere contentæ . Quare in pares numeros denario diviso , id est in quinarios separantur duos : quod videlicet

quinque sensus , quos plerique sapientiæ portas appellant , puros & virgines a peccatis hæ quidem servaverunt , illæ contra magno numero injustorum operum corruerunt , fermentantes eos malitia.. Caro nostra scilicet velut quædam lampas est quinque micans luminibus , quam gestans anima velut facem præfert Sponso Christo , in die resurrectionis magnifice ostentans fulgurantem ex cunctis sensibus splendida m fidem . Olei autem symbolo sapientiam , & justitiam designari , intelligendum est , Nam hæc dum large suppeditat anima , & affundit corpori , alte inflammatum assurgit virtutis lumen , ostendens coram hominibus opera bona , ut glorificeatur Pater , qui est in cœlis .. Suppeditare igitur continue oportet defœcatum oleum bonorum operum : ne moram faciente sponso extinguantur nostræ lampades . Mora enim sponsi est spacium , quod hinc ad adventum Christi ultimum intercedit ; dormitio vero , & somnus virginum , exitus e vita . Nox autem media , regnum est antichristi , quando exterminator angelus transi-

transibit per domos. Clamor vero: *Ecce Sponsus venit, exite obviam ei;* est vox de cœlis, & tuba, quando Sanctis omnibus sua corpora recipientibus, universi pariter nubibus invehentur in occursum Domini. Observandum enim est, post clamorem exurrexisse dici omnes virgines, hoc est post vocem e cœlis demissam resurrecturos mortuos: quemadmodum & Paulus tradit: *Ipse Dominus inquiens, in jussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de Cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi,* (Thessal. 4. v. 16.) hoc est corpora: mortem enim illa subierunt amissis animabus. *Deinde nos, qui vivimus, simul rapiemur cum illis* (Ibid. v. 17.) animas significans. Nos enim, qui proprie vivimus, sumus animæ: quæ cum corporibus resumptis in nubibus occurremus, lampades ferentes ornatas, non alieno & mundano quopiam ornatu, sed prudentiæ, & castitatis. ,

Septimum dicendi locum nacta Procula, inter alia illud Cantic. 6. v. 7. & seqv. *Sexaginta sunt reginæ, & octoginta con-*

cubinæ, & adolescentulæ quarum non est numerus. Una est columba mea, una perfecta mea; una est matri suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filiæ, & beatificabant eam; sic explanat. „ Sexaginta reginas hic opinor, vocavit eos, qui ab Adamo usque ad Noe, continua successione temporum Deo placuerunt. Quoniam aliis hi præceptis ac legibus ad salutem consequendam opus non habuerunt, etiamnum recente apud eos memoria creationis mundi. Recordabantur enim illi universitatem hanc rerum, mirabili sex 31.) dierum operatione a Deo fuisse fabricatam;

in-

31.) Non modo cœlum, & terram, sed & omnia, quæ in eis continentur, momento unico a Deo condita esse, sexque illos dies, quos scriptura rerum creationi impensos asserit, non fuisse reapse aliud, quam totidem cognitiones Angelicas, quibus hi res conditas primum in Deo, tum & in seipsis successive cognoverunt; opinatus est aliquando S. Augustinus l. 11. de Civ. Dei c. 7. ita differens. „ Lucis nomine significata est sancta civitas, in Sanctis Angelis & spiritibus beatis, de qua dicit Apostolus: *Quæ sursum est Jerusalem mater nostra, æterna in Cœlis.* (Galat. 4. v. 26.) Ait quippe & alio loco: *Omnes vos filii lucis estis, & filii diei, non noctis.* (1. Thessal.

infixamque sensibus gerebant historiam rerum in Paradiso gestarum: ut nempe accepto mandato non tangendæ arboris scientiæ, illectus ab artifice nequitiæ in exi-
tium Adam impegit. Hinc eas, quæ statim a constitutione mundi, continua suc-
cessione amare Deum elegerunt, animas, ferme, ut sic dicam, primi seculi soboles,
& vicinas magno dierum senario, sexaginta reginas symbolice vocat: quia statim

G 4 post

s. v. s.) Fit tamen & vespera diei hujus, & mane aliquatenus: quoniam scientia creaturæ in comparatione scientiæ Creatoris quoddammodo vesperascit; itemque luce-
scit, & mane fit, cum & ipsa refertur ad laudem, dilectionemque Creatoris... Cognitio quippe creaturæ in se-
ipsa decoloratior est, ut ita dicam, quam cum in Dei sa-
pientia cognoscitur, velut in arte, qua facta est: quæ tamen cum ad laudandum refertur Creatorem, recurrit in mane. Et hoc cum facit Angelus in cognitione sui ipsius, dies unus est; cum in cognitione firmamenti, fit dies secundus: cum in cognitione terræ, ac maris, omniumque gignentium, quæ radicibus continuata sunt terræ, dies tertius &c. , Alii tamen Patres, & Augustinus ipse alibi cum Methodio nostro sentiunt sex revera dies fluxisse, dum res omnes in celo, & terra conderentur. Quod & Scripturæ sacre longe conformius est, diem septimum sanctificari toties jubenti, eo quod in illa Deus requieverit ab operibus suis.

post creationem sex diebus factam extiterunt, regia quadam in hoc supra cæteras eminentes forte, quod præ reliquis honore præcipuo affectæ sunt, dignatæ consuetudine familiari Angelorum, & Deum palam, non per somnium, sæpe intuitæ. 32.) Considerate enim, quanta Setho fa-

32.) An mortalium quispiam, Deum ut in se est, ex peculiari ejus beneficio, ad tempusculum aliquot, in hac vita viderit? quærere solent Theologi. Favereque affirmantibus sacræ Literæ videntur locis pluri bus. Nam Gen. 32. v. 30. Jacob Patriarcha de se ait: *Vidi Deum facie ad faciem, & salva facta est anima mea.* De Mojse vero Numer. 12. v. 6. & 7. Deus ipse: *Si quis fuerit inter vos Propbeta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non sic servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei, & palam, & non per ænigmata Deum videt.* Idipsum sibi post toleratas diu ærumnas gravissimas concessum esse, indicare videtur Job c. ult. v. 5. Deum alloquens: *Auditu auris audi te, nunc autem oculus meus videt te.* Et Apostolus 2. Corinth. 12. v. 2. & seq. *Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit) raptum hujusmodi usque ad tertium cœlum. Et scio hujusmodi homitem (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in paradisum Dei, & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui.*

familiaritas cum Deo fuit? quam intima,
affiduaque cum eo conversatio Abelis, E-

G 5 nosi,

loqui. At enim Deum illum, quem Jacob a se visum esse gloriatur, Scriptura eodem loco virum vocat. *Ecce vir lumen abatur cum eo usque mane.. Interrogavit eum Jacob: Dic mihi, quo appellaris nomine?* Respondit: *Cur queris nomen meum?* Et benedixit ei in eodem loco. Vocavitque Jacob nomen loci illius Phanuel dicens: *Vidi Deum facie ad faciem &c.* Oseas autem Angelum fuisse ait: *Visitatio inquit, super Jacob.. In utero supplantavit fratrem, & in fortitudine sua directus est cum Angelo.* Et invaluit ad Angelum, & confortatus est. Ose. 72. v. 2. & seq. Angelus igitur sub humana specie erat, qui oculis ipsis videndum se Jacobo præbuit: licet Deus vocetur, quia ejus vices tanquam legatus gerebat. Moyses luculentius quidem aliis cognovit Deum, tum quia multo plus de attributis suis ei revelare dignatus est Deus; tum quia revelationes has non per somnia, aut visiones duntaxat imaginarias, sed plerumque per delegatum ad hoc specialiter Angelum, forma visibili apparentem, Deique vices gerentem faciebat. At ut in seipso est Deus, nunquam itidem se videndum Moysi præbuit. Quin cum id peteret Moyses: *Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te.* Exod. 33. v. 13. diferte reposuit Deus: *Non poteris videre faciem meam. Non enim videbit me homo, & vivet.* Ibid. v. 20. Hinc S. Stephanus e primis septem Diaconis cum Judæis disputans, eum quoque, qui in monte Sinai Decalogum Moysi tradidit, Angelum reapse fuisse innuit: cum ait: *Qui Legem accepisti*

nosi , Enoch , Mathusalæ , Noemi ? Primi hi amatores justitiae , primis primogeniti-

in dispositione Angelorum , & non custodisti . Act. 7. v. 53.
 Job laudatis verbis non aliud vult , quam quod prævidentiam Dei , de qua ante multa audierat , num experientia propria doctus clare adeo cognoscet , ac si oculis videret . Apostolus denique quamvis in paradisum Dei , & ad tertium usque cœlum se raptum dicat , non asserit tamen se vidisse Deum , sed audiisse tantum arcana verba : quin addit etiam ignorare se , in corpore , an extra corpus raptus fuerit ; quod profecto non ignorasset , si ad Deum ut in se est videndum elevatus fuisset . Summum igitur in hoc raptu Christum quæ hominem viderit , & ab eo arcana quædam didicerit . Christum enim a se visum esse diserte testatur 1. Corinth. 15. v. 3. & seq. scribens . *Tradidi enim vobis primum , quod & accepi , quoniam Christus mortuus est propter peccata nostra . & resurrexit tertia die secundum Scripturas . Et quoniam visus est Cœphœ , deinde XII. Apostolis . Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul ; ex quibus multi permanent usque adhuc , quidam autem & dormierunt . Postea visus est Iacobō ; postea Apostolis omnibus . Novissime autem omnium velut abortivo visus est & mibi . De Divinitate autem 1. Timoth. 6. v. 15. & seqv. ait : Rex regum & Dominus dominantium , qui solus habet immortalitatem , & lucem inhabitat inaccessibilem : quem nemo hominum vidit , sed nec videre potest . Quod & Christus ipse Joan. 1. v. 18. ajebat : Deum nemo vidit unquam . Unigenitus Filius , qui est in sinu Patris , ipse enarravit . Neque alio sensu Scri-*

nitorum adscriptorum cœlesti regno hono-
ribus dignati, primitiæ vere novitate ipsa,
& nascendi prærogativa jucundiores expe-
cta-

pturæ verba intellexerunt Patres. Quos inter S. Irenæus
hac de re disputans l. 4. advers. hæres. inter alia ita habet.
„ Verbum quidem loquebatur Moysi apparens in conspe-
ctu, quemadmodum si quis homo loquatur ad amicum suum.
(Exod. 33. v. 11.) Moyses vero cupiebat manifeste videre,
& dictum est ei: *Sta in loco alto petræ, & manu mea con-
tegam super te. Quando vero transferit claritas mea, tunc
videbis, quæ sunt posteriora mea; facies autem mea non vi-
debitur tibi: Non enim videbit homo faciem meam, & vivet.*
(Ibid. v. 21. & seqv.) Utraque significans, quoniam &
impossibile est homini videre Deum, & per sapientiam Dei
in novissimis temporibus videbit eum homo in altitudine
petræ, hoc est in eo, qui est secundum hominem, ejus ad-
ventu... Manifestius adhuc per Ezechiem factum est,
quoniam ex parte dispositiones Dei, sed non ipsum vide-
bant Prophetæ proprie Deum. Hic enim cum vidisset vi-
sionem, & Cherubim, & rotas eorum, & universæ pro-
gressionis mysterium, & super thronum quasi similitudinem
figuræ hominis.. ne quis putaret forte, eum in his pro-
prie vidisse Deum, intulit: *Hæc visio similitudinis gloriae
Domini.* (Ezechiel. 2. v. 1.) Igitur neque Moyses vidi-
Deum, nec Elias, nec Ezechiel, qui multa de cœlesti-
bus viderunt: quæ autem ab his videbantur, erant simili-
tudines claritatis Domini, & prophetiæ futurorum. „ Pa-
riter S. Gregor. Naz. Orat. 34. „ Si quis Deum novit,
aut cognovisse perhibetur, eatenus cognovit, quatenus u-
be-

ctatorum fructuum , quæ ex plantatis a Deo arboribus anticipata maturitate provenerunt. At de his quidem satis : de concubinis restat dicere. Apud eos , qui post diluvium fuerunt , quasi exolescebat prior illa sensim consenescens , & spacio antiquata temporum-Dei notitia ; opusque illis altera institutione erat , quæ adversus idolatriam jam serpere incipientem præsidio mortalibus esset. Nec defuit necessitati Deus : qui ne rerum salutarium oblivio omne funditus humanum genus obrueret ,

præ-

terioris splendoris particeps fuit , quam qui minus lucis divinitus accepit. „ Et S. Augustinus Ep. III. „ Gregorius sanctus Episcopus Orientalis apertissime dicit , Deum natura invisibilem , quando Patribus visus est , sicut Moysi , cum quo facie ad faciem loquebatur , alicujus conspicabilis materiae dispositione assumpta , salva sua invisibilitate videri potuisse. Hoc est , quod etiam noster dicit Ambrosius , & Patrem , & Filium , & Spiritum Sanctum ea specie videri , quam voluntas elegerit , non natura formaverit. Ut & illud verum sit , quod Deum nemo vidit unquam ; quæ vox ipsius Christi Domini est : Et quem nemo hominum vidit , nec videre potest ; quæ vox Apostoli , imo per ejus Apostolum Christi est : & illa non repudientur testimonia Scripturarum , quibus Deus visus esse narratur. Quia & invisibilis est per propriam Deitatem , & cum vult , videri potest per assumptam , sicut placuerit , creaturam &c. „

prædicari curavit a Prophetis Filium suum, ejusque apparitum in carne adventum tanto ante nunciari: per quem spiritalis octonarii, remissionem peccatorum, & resurrectionem præbituri, gratia & cognitio promulganda foret. Propter hoc catalogum Prophetarum, qui ab Abraham fuerunt, propter Circumcisionis annunciationem, octonario comprehensam numero, ex qua pendebat Lex, octoginta concubinas appellavit. Quoniam hi principes jam tum, antequam Ecclesia despontaretur Verbo, Divinis conceptis seminibus, spiritalis octonarii circumcisionem prænunciarunt, tempore Legis novæ promulgandam. Quod adolescentulas innumeratas attinet, earum mentione designatae sunt multitudines innumerabilium justorum: qui non quidem in supremo perfectionis statu, verum in inferiori ordine, juvenili alacritate generose certaverunt adversus peccatum. Cæterum ex his omnibus neque reginæ, neque concubinæ, neque adolescentulæ cum Ecclesia comparantur. Hæc enim perfecta, & electa supra ipsas omnes, & in unum coagmen-

gmentata ex Apostolis , est illa excellens sponsa , una incomparabilis vernanti forma floridæ juventutis , & virginitatis omnes facile superans. Quocirçā & beata prædicatur , & laudatur præ aliis , quod ipsa viderit , & audierit quod illæ cum audire , ac videre , vel ad breve tempus concupiverint , nec videre tamen , nec audire potuerunt. *Beati , inquit Dominus , oculi vestri. Dico enim vobis , quod multi Prophetæ cupierunt videre , quæ videtis , & non viderunt , & audire , quæ auditis , & non audierunt.* (Matth. 13. v. 17.)

Procillam excipiens Thécla , postea quam sodales ad insistendum virginitatis proposito cœlestium præmiorum spe accedit , dicta confirmat ex Apocalypsi , ubi mulier amicta sole , & dracone nequicquam insidiante feliciter pariens describitur. „Quemadmodum dum serenam noctem plena illustrans luna , affusis ab occasu densis , atrisque nubibus ad tempus occulitur , non auferitur tamen ; quippe dissipatis vento nubibus , statim mundo clara redditur : sic & vos lucem virginitatis ostendentes mundo , etsi

laboribus & angustiis vexamini , ne tamen ,
ne quæso virgines circa spem vestram titu-
betis. Spiritus enim mox aderit , diffatu-
rus diabolicas nubes , si vos , ut mater il-
la vestra masculum virginem in cœlo pa-
riens , infensi anguis infidias minime me-
tuatis. *Signum magnum apparuit in cœlis* ,
ait in Apocalypsi Joannes , *Mulier amicta*
sole , & luna sub pedibus ejus , & in ca-
pite ejus corona stellarum duodecim &c.
(Apocal. 12. v. 1. & seq.) Mulier hæc
amicta sole , coronata stellis , cui ad pedes
luna subsidet , quæ parturit , & cruciatur ,
ut pariat , ipsa proprie , & secundum exa-
ctam intelligentiam , est Mater vestra o vir-
gines : quam Prophetæ interdum Jerusalem
appellant , interdum sponsam , aliquando
Sion montem , nonnunquam templum , &
tabernaculum Dei.. Ipsa , inquam , est Ec-
clesia , cuius filii magno undique concursu
venientes in ejus confluunt sinum , quæ lu-
men accipiens inocciduum , gaudet stolæ
ritu Verbi splendorem induta.. Quod enim
nobis vestis , hoc illi lux est , & quod no-
bis aurum , aut pellucidi lapilli , hoc illi
stel-

stellæ sunt : stellæ vero non vulgares istæ, quæ serena nocte se oculis ostentant , sed aliæ potiores , lucidioresque , adeo ut hæ, quas cernimus , illarum nonnisi figuræ , simulacraque imperfecta videantur. Jam calcare lunam Mulier dicitur , lunæ symbolo fidem , ni fallor , innuens eorum , qui per lavacrum a corruptione peccatorum purgantur. 33.) Insistit enim supra fidem nostram Ecclesia , quasi supra plenam lunæ speciem , donec introeat plenitudo gentium , parturiens , & regenerans animales in spirituales , secundum rationem , qua Mater est. Ut enim informe viri semen quæ concepit mulier , certo mensum orbe in perfectum hominem efformat ; similiter quis dixerit eos , qui ad Verbum confugi-

33.) „ Hæc baptismi gratia , & facultas est , non orbem terrarum , ut olim , aquis obruens , sed uniuscujusque hominis peccatum purgans , easque obstrunctiones , vel maculas , quæ vitio contrahuntur , prorsus abstergens . „ ait S. Gregor. Naz. Orat. 40. Et S. Hieroymus Ep. ad Ocean. „ Omnia nobis in baptisma condonantur crimina , nec post indulgentiam Judicis metuenda est severitas , dicente Apostolo : *Et hæc quidem fuitis , sed abluti estis , sed sanctificati estis.* (1. Corinth. 6. v. 11.) &c. „

giunt , conceptos ab Ecclesia , & ad Christi similitudinem , exemplari ejus inspecto , formatos certis temporum periodis , effici cives beatorum seculorum . . . Ego itaque marem tunc gigni ab Ecclesia puto , cum conversi baptizantur : quoniam formam , virilemque Christi animum , summendo Baptismum fideles recipiunt , ut fiat tunc in ipsis expressa imago Unigeniti , per cognitionem & fidem , & in unoquoque spiritaliter generetur Christus . . 34.) Draco magnus , versutus , septiceps , corniger , trahens tertiam stellarum partem , qui stat in insidiis , ut filium parturientis mulieris devoret , diabolus est , obsidere solitus , & pervertere conans recens baptizatorum mentem , delereque ex illa effigiem modo impressam Verbi . Verum frustra est : sursum enim ad thronum Dei rapiuntur , qui regenerati sunt , hoc est , eorum mens & cogitatio attolitur circum Divinam sedem , ut

Aeta & Scripta S. Methodii Ep. Mart. H quæ

34.) Juxta illud Galat. 3. v. 26. & 27. *Omnes filii Dei estis per fidem in Christo IESU. Quotquot enim baptizatis estis , Christum induistis. Et c. 4. v. 19. Filioli mei , quos iterum parturio , donec formetur Christus in vobis.*

quæ ibi sunt intueatur, in iisque hæreat, & teneatur, ne fraude draconis deorsum prementis detrahi queat. Stellæ vero, quas summa cauda draco de fastigio ipsarum devolvit in terram, hæresum perversæ sectæ sunt. Stellas quippe tenebrosas, & in humilia dejectas, conventicula hæreticorum recte dixerimus: quando sese cœlestium peritos & ipsi jactant, & in Christum credidisse gloriantur, stationemque in cœlis habere.. Verum detrahuntur draconis excussi flexibus: quoniam intra triangularis Religionis figuram non se continent, prolabentes ex ipsa, & ex orthodoxo Dei cultu exorbitantes. Unde tertia pars stellarum vocantur: quoniam circa unum ex numero Trinitatis errant. Aliquando quidem circa Patrem, ut Sabellius, qui ipsum passum asseruit: aliquando circa Filium, ut Artemas, 35.)

&

35.) De Sabellio vide dicta in Annot. ad S. Gregor. Thaumaturg. De Artema, vel Artemone Eusebius l. 5. Hist. Eccl. juxta versionem Ruffini c. 28. post recensitos nonnullos seculi III. Scriptores Ecclesiasticos ita scribit. „Plurimi ipsorum exortas temporibus suis hæreticorum perfidias confutantes, fidem rectam & Apostolicam moni-

men-

& qui apparentiam in eo solam agnoscunt:

H 2 ali-

mentis suorum voluminum mandavere , ut Artemonis illius
hæreses auctoris , quam postmodum Paulus Samosatenus no-
stris jam pene temporibus instaurare conatus est : de qua
dignum est , quæ & qualis sit , historia comprehendere. Hæc
itaque hæresis purum hominem , id est absque Deo fuisse
Salvatorem confirmat , idque antiquitus ab ipsis etiam Apo-
stolis traditum esse mentitur . Adversum quos unus ex his ,
quos memoravimus Ecclesiasticus scriptor ita arguit. Ajunt ,
inquit , etiam ipsos Apostolos ita suscepisse , & cæteris tra-
didisse , sicut nunc ipsi afferunt , & hanc veritatem pre-
dicationis servatam esse usque ad Victoris (Pape) tempo-
ra. Et quomodo successores eorum scribentes adversus gen-
tiles , vel hæreticos , id est Justinus , & Miltiades , &
Tatianus , & Clemens , & alii plurimi , de Deitate Christi
apertissime differunt ? Irenæi etiam , & Melitonis , cætero-
rumque , qui per idem tempus fuerunt , volumina quis igno-
rat , quibus Deum , & hominem simul prædicant Christum ?
Sed & Psalmi , & Cantica , quæ a fratribus ab initio scri-
pta sunt , Verbum Dei esse Christum , & Deum tota hy-
mnorum suorum laude concelebrant. Quomodo ergo fidem
tot æstatibus prædicatam , isti afferunt a Victoris tempore
exordium sumpsiſſe ? Quomodo etiam Victor de hoc ca-
lumniam faciunt , qui sciunt ab eo Theodotum Coriarium
impietatis ipsorum Patrem ab Ecclesiæ communione repul-
sum esse ? .. Si enim Victor ita credebat , ut dicunt , quo-
modo ejiciebat de Ecclesia blasphemias istius inventorem ? ..
Post aliquanta idem scriptor adjungit etiam hæc. Scriptu-
ras Divinas absque ulla Dei reverentia corruperunt , & an-
ti-

aliquando circa Spiritum Sanctum , ut Ebionæi,

tiquæ Fidei regulam proterve , ac impie respuant , ignorantes Christum : quem idcirco non invenerunt , quia non rete quæsierunt. Et in tantum stultitiae & impietatis prolappsi sunt , ut si quis eis sermonem de Scripturis proposuerit , illi e contrario proponant , utrum hic sermo , de quo agitur , conjunctum , aut separatum genus syllogismi faciat ? & derelinquentes sanctas Dei scripturas Geometriam tractant. Tanquam qui vere de terra sunt , de terra loquuntur : & ideo eum , qui de sursum est , & de cœlis venit , ignorant. Denique Euclides apud eos maxime viget : sed & Aristoteles , & Theophrastus in admiratione habetur : Galenus vero a nonnullis etiam adoratur ; & horum doctrinæ hæreseos suæ impietatem nituntur asserere. . Scripturas vero Divinas absque ullo timore , ut dixi , contemerant , & corrumpentes eas emendare se dicunt.. Semper autem emendant , quia semper displicet , quod emendant : & nova quæque perquirunt , cum ea quæ in usu sunt , adversa videntur. At quid temeritatis habeat hoc facinus , nec ipsos arbitror ignorare. Aut enim non credunt Divino Spiritu Scripturas esse conscriptas ? & sunt infideles : aut semetipso arbitrantur sapientiores esse Spiritu Sancto ? & quid aliud per hoc indicant , nisi quia dæmone aguntur. Neque enim negare possunt factum suum : quandoquidem etiam manus eorum in ipsis exemplaribus tenetur , & noverunt ipsi , quod a magistris suis secundum corruptæ genus , etiam explanationibus Scripturarum suscepérint intellectum. Quidam denique ex ipsis nec corrumpere jam Scripturas dignantur ,

næi, 36.) qui ex proprio motu Prophætas locutos contendunt. Marcionis enim, & Valentini 37.) Elcesæique, & H 3. alio-

sed penitus abnegant Legem & Prophetas, & obtentu impiæ hujus assertionis in ultimum perditionis gurgitem devoluti sunt. „

36.) De Ebionæis S. Augustinus 1. de hæres. num. 10. hæc pauca. „ Ebionæi inquit, Christum tantummodo hominem dicunt, mandata carnalia Legis observant, circumcisionem scilicet carnis, & cætera, a quorum oneribus per novum testamentum liberati sumus. „ Plura vide Annot. 147. ad S. Irenæum. Errorem, quem Methodius noster iis tribuit, a nemine quidem alio inter Ebionæorum dogmata recenseri memini, Eusebius tamen 1. 3. Hist. Eccl. c. 27. testatur eas Pauli Apostoli Epistolas penitus rejecisse, & ex Evangelii solo illo, quod secundum Hebræos dicitur, negligitis cæteris usos esse. Unde verosimilius est dictitasse illos, quod Apostolus & Evangelistæ *proprio motu*, non Divino Spiritu locuti sint, & lucubrationes suas composuerint, quam quod idipsum de Prophetis veteris Testamenti senserint, quod a Christianis etiam observari secundum literam volebant. Nisi fors veteres etiam Prophetas, ea quæ de Christo sunt, *motu proprio* locutos esse dixerint, ne prædictum ab illis Messiam seu Christum pro Deo agnoscere cogerentur.

37.) De Marcione sat multis egi Annot. 9. ad S. Theophilum Antioch. Annot. 102. ad S. Justinum, & Annot. 150. ad S. Irenæum. De Valentino vide S. Irenæum 1. 1. advers.

aliorum melius fuerit , ne mentionem quidem facere. Quæ porro genuit , & peperit masculum , illæsa ab ira serpentis , mater nostra est , ut diximus Ecclesia. Desertum vero , in quod ubi venit , pascitur per

hæres. & meam ibidem Annot. 93. De Elcesæis ita S. Augustinus l. de hæres. num. 32. „ Elcesæos & Sampæos hic tanquam ordine suo commemorat Epiphanius , quos dicit a quodam pseudopropheta esse deceptos , qui vocabatur Elci(a S. Epiphanio in Panario vocatur Ἡλξας in Panarii Synopsi Ἡλξας , & in Anacephalæosi Ελκεσταύος) ex cuius genere duas mulieres , tanquam deas ab eis perhibet adoratas ; cætera Ebionæis tenere similia. „ Eusebius vero Origenem suum laudans l. 6. Hist. c. 27. hæc de illis. „ Exstitit etiam alia hæresis per illud tempus (imperante scilicet Philippo) quæ dicitur Elcesitarum : quam ille (Origenes nempe) statim ut visa est apparuisse , restinxit. Facit autem ejus mentionem ; cum de octogesimo secundo Psalmo in Ecclesia disputaret . Isti inquit , quædam de Scripturis sanctis refutant , & rursus utuntur testimonij de novo & veteri Testamento , quibus volunt. Apostolum tamen Paulum ex integrō respūnt , & asserunt , quod in persecutionibus si quis negaverit , nihil criminis habeat , eo quod is , qui fixus est in corde suo , etiamsi ore negaverit pro necessitate , corde tamen in fide permanet. Hæc asserunt , & librum quendam circumferunt , quem dicunt de cœlo lapsum : ejus verba si quis audierit , remissionem accipiat peccatorum , aliam ab ea , quam Christus dedit. „

per mille ducentos sexaginta dies , vere de-
sertum a malis , frugibus tamen , fructibus-
que felix , quin & pascuis abundans , &
amœne florens , hic ipse est pulcherrimus
Aretes , seu Virtutis hortus : quo in loco
jam nos sumus legentes flores , & ex iis
Reginæ coronam purpuream , & splendi-
dam texentes virginitatis intactis digitis.
Virtutis enim fructibus ornatur Sponsa Ver-
bi. Mille autem ducenti sexaginta dies ,
per quos hic sumus in peregrinatione , Pa-
tris est , o virgines , & Filii , & Spiritus
Sancti , secundum rectam fidem exacta co-
gnitio , qua gaudet Mater nostra , & ju-
cunde reficitur , donec veniant nova secula ;
quando in cœlis non jam per ratiocinatio-
nem , sed palam & clare ipsum cernet ultra
intimum admissa velum . Ne ergo de-
spondeatis animos , o egregiæ virgines pro-
pter vafras artes , & calumnias serpentis ,
sed præparate vos ad pugnam , galeam sa-
lutis , & loricam induitæ , magnoque in i-
psum animo , & robusta invectæ constan-
tia . Quæ enim vicerit diabolum , & ejus
septem capita , id est via mortificaverit ,

septem virtutis coronas adipiscetur , magnis
perfuncta certaminibus castitatis. „

Altera dictionis parte , post descriptam
cœlestem sphæram , Astrologos fatalem ne-
cessitatem homini induentes his impugnat.
„ Qui definiunt hominem non esse sui po-
tentem , sed inevitabili necessitate fati ,
humanam vitam agi , ferrique docent , in
ipsum impie se gerunt Deum , quem hoc
pacto inducunt auctorem , effectoremque
peccatorum humanorum. Si enim astrorum
universum motum modulate Deus ipse inef-
fabi sapientia dispensat , clavum universi
rectissime gubernans ; astra vero qualitates
necessario effectrices malitiæ , & virtutis ,
influunt in vitam , necessitatis adamantinis
vinculis homines in illa tracturas : auctorem
utique , & tributorem malorum profitentur
Deum. Atqui omnium sensu , judicioque,
prosperus innocens omnis culpe Deus est : ex-
plodatur ergo natalis fatalitas. Quicunque
vel minima est aspersus boni sensus parti-
cula , fatebitur statim , Divinum Numen bo-
num , justum , sapiens , ad juvandum pro-
num , alienum a procurandis malis , aliaque

id

id genus attributa ipsi convenire. Jam si & justi meliores injustis sunt, iisque invisa est injustitia, & justitia Deus, quippe qui justus sit, gaudet; odiosa profecto ipsi est injustitia, quæ justitiae contraria est: non est igitur auctor injustitiae Deus. 38.) Rur-

H 5 fus

38.) Constanſ hæc Scripturæ, Patrum, & Concilio-
rum doctrina est. *Dei enim perfecta sunt opera, & omnes
viae ejus judicia; Deus fidelis, & absque ulla iniquitate,
justus & rectus.* Deuter. 23. v. 4. *Non Deus volens iniqui-
tatem tu es.* Ps. 5. v. 5. *Deus nemini mandavit impie
agere, & nemini dedit spacium peccandi.* Eccli. 15. v. 21.
Sed odio sunt Deo impius, & impietas ejus. Sap. 14. v. 9.
Ex Patribus S. Augustinus 1. 2. de peccator. merit. c. 18.
,, Nefas est dicere, quod Deus sit auctor malæ voluntati.
,, S. Prosper in Resp. ad object. 10. „ Detestanda & abominanda opinio est, quæ Deum cujusquam malæ voluntatis, aut malæ actionis credit auctorem, cuius prædestinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra justitiam est. Nam judicium Dei futurum omnino non esset, si homines Dei voluntate peccarent. „ Et S. Fulgentius 1. 1. ad Monim. c. 10. „ Illius rei Deus ultior est, cuius auctor non est, nempe peccati. &c. „ Ex Conciliis denique Arausicanum II. Can. 25. „ Aliquos inquit, ad malum Divina potestate prædestinatos esse non solum non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint, illis cum omni detestatione anathema dicimus. „ Et Tridenti-

sus si hominem interficere , & cæde manus cruentare natalis fatalitas subigit ; idem autem lex vetat supplicia scariis decernens : contraria ergo , atque inter se commissa sunt , natalis fatalitas , & lex.. Si autem contraria ; non igitur per natalem fatalitatem Legumlatores agunt : quippe qui eam , quantum in ipsis est , destruunt.. Sed ut isti volunt , nequit fieri , ut quis sine natali fatalitate operetur quidpiam : igitur sub natali fatalitate orti , Minos , Dracon , Licurgus , Solon , Zaleucus 39.) sanxerunt

num sess. 6. de justif. Can. 3. „ Si quis dixerit , non esse in potestate hominis vias suas malas facere , sed mala opera , ita ut bona operari Deum , non permissive solum , sed etiam positive & per se , ita ut sit proprium ejus opus non minus proditio Judæ , quam vocatio Pauli , anathema sit . &c. „

39.) Juxta Clementem Alexandr. l. 1. Stro. circa med. „ Zaleucus Locrus primus scribitur leges tulisse : alii autem dicunt Minoem filium Jovis , Lyncei tempore. Is vero fuit post Danaum , decima generatione ab Inacho , & Moysè. Lycurgus multis annis post Trojam captam , centum & quinquaginta annis ante Olympiades tulit leges Lacedæmoniis. Solon floruit quadragesima sexta Olympiade. Dracon autem , qui ipse quoque fuit Legislator , invenitur suis-

runt leges prohibentes adulteria , cædes , rapinas , furta , haud dubie arbitrati , neque esse , neque fieri talia per natalem fatalitatem.. Neque enim ipsa seipsum natalis fatalitas destrueret , secumque pugnaret , hinc quidem leges statuens , adulteria , cædesque prohibentes , aliunde autem ad cædes , & adulteria homines adigens , quod fieri nullo pacto potest.. Denique si mali necessitate fatali , & ineluctabili decreto Providentiae , nascuntur mali , non sunt reprehensibles , nec suppliciis digni , quæ decernunt leges : quippe qui vivant juxta propriam naturam , nec mutare seipso possint.. Etenim si clare loquendum est , quicunque juxta qualemcumque ipsi congenitam , & penitus insitam naturam vivit , in eo quidem

ex-

fuisse circa tricesimam nonam Olympiadem. „ At juxta Eusebium in Chron. Minos Atheniensibus leges ac fora constituit judicante Israelitas Thola ante Olympias annis circ. CDXLIV. & ante Christum MCXVIII. Lycurgus vero apud Lacedæmonios floruit regnante apud Judæos Josaphat ante Olympiadem primam annis circ. CIX. & ante Abram Christianam DCCCLXXXIV. Zaleucus Locrensisibus leges tulit Olympiade XXIX. Dracon & Solon Atheniensibus eodem , quod ex Clemente audivimus tempore.

expers peccati est. Non enim seipsum tallem fecit, sed fatum: cuius invicto impulsu necessario sic agens obsequitur, vinculis adamantinis irrevocabiliter tractus. Nemo igitur malus est. Atqui sunt multi mali: & malitia quidem odio digna est, Deoque inimica, virtus vero amabilis & laudanda: cum Deus legem ordinaverit ultricem malorum. Non est igitur fatum ullum, sed in nostra omnino libera potestate situm est, bonum efficere, aut malum, non vero in stellis. „ 40.)

Po-

40. In eundem sensum S. Augustinus contra Astrologos judiciarios l. 5. de Civ. Dei c. 1. „ Illi inquit, qui sine Dei voluntate decernere opinantur sydera, quid agamus, vel quid bonorum habeamus, malorumque patiamur, ab auribus omnium repellendi sunt, non solum qui veram religionem tenent, sed & qui deorum qualiumcunque licet falorum volunt esse cultores. Hæc enim opinio quid aliud agit, nisi ut nullus omnino colatur, aut rogetur Deus?.. Illi vero, qui positionem stellarum quodammodo decernentur, qualis quisque sit, & quid ei proveniat boni, quidve mali accidat, ex Dei voluntate suspendunt; si easdem stellas putant habere hanc potestatem traditam sibi a summa illius potestate, ut volentes ista decernant, magnam cœlo faciunt injuriam, in cuius velut clarissimo senatu, ac splendidissima curia opinantur sclera facienda decerni: qualia si a-

Posteaquam Thecla dicendo fessa referit , consurgens Tysiana virginitatem his ferre commendat. „ Deus cum celebrandæ Tabernaculorum festivitatis , veris Israelitis legitimum in Levitico ritum præscriberet , præcipue unumquemque jubet tabernaculum
pro-

liqua terrena civitas decrevisset , genere humano decernente fuerat evertenda. Quale deinde judicium de hominum factis Deo relinquitur , quibus coelestis necessitas adhibetur , cum Dominus ille sit & syderum , & hominum ? Aut si non dicunt stellas , accepta potestate a summo Deo , Arbitrio autem suo ista decernere , sed in talibus necessitatibus ingendis illius omnino jussa complere : itane de ipso Deo sentiendum est , quod indignissimum visum est de stellarum voluntate sentire ? Quodsi dicantur stellæ significare potius ista , quam facere , ut quasi locutio quædam sit illa positio , prædicens futura , non agens : non quidem ita solent loqui Mathematici , ut exempli causa dicant : *Mars ita positus homicidium significat ; sed homicidium facit.* Verumtamen ut concedamus non eos ut debent loqui .. qui fit , quod nihil unquam dicere potuerint , cur in vita geminorum , in actionibus , in eventis , in professionibus , artibus , honoribus , cæterisque rebus ad humanam vitam pertinentibus , atque in ipsa morte sit plerumque tanta diversitas , ut similiores eis sint , quantum ad hæc attinet , multi extranei , quam ipsi inter se gemini , per exiguum temporis intervallum in nascendo separati , in conceptu autem per unum concubitum uno etiam momento seminati &c. , ,

proprium exornare castitate. Apponam ipsa Scripturæ verba , ex quibus sine ulla dubitatione demonstrabitur , quam Deo grata , acceptaque sit nostra hæc professio virginitatis. *Quintodecimo* inquit , die mensis *septimi* , quando *consummaveritis genima terræ* , festum celebrabitis *Domino septem diebus* , & die octavo erit requies. Et summetis die primo fructum ligni speciosum , & spatulas palmarum , & ramos ligni densos , & salices , & ramos Agni de torrente , ad lœtandum coram *Domino Deo vestro septem diebus anni* &c. (Lev. 23. v. 39. & seqv.) Quoniam enim sex diebus perfecit Deus cælum & terram , & quievit die *septimo* ab operibus suis , & benedixit die *septimo* , & sanctificavit eum ; (Gen. 2. v. 2. & seqv.) inde symbolice mense *septimo* , quando jam consummati , collectique sunt fructus terræ , ferias agere jubemur Domino. Quod si ex figura in rem interpretemur , designat quando mundus hic consummatus fuerit *septimo millenario .. 41.*) tunc inquam , cum consum-

ma-

41.) Cum Deus juxta verba Moysis literali & obvio sensu accepta Gen. 1. a. v. 5. ad 31. & c. 2. v. 2. mundum hunc

mata fuerint statuta tempora , & cessaverit
Deus a continua illa actione , qua semper
huc-

hunc sex dierum intervallo creaverit , & perfecerit , &
Propheta Regius Ps. 89. v. 4. Deum alloquens dicat : *Mil-
le anni ante oculos tuos , tanquam dies besterna , quæ prete-
riit ; idemque Princeps Apostolorum in secunda sua Epi-
stola c. 3. v. 8 confirmans scribat : Unum hoc non lateat vos
charissimi , quia unus dies apud Dominum sicut mille anni ,
& mille anni sicut dies unus ; Complures e Patribus existi-
marunt , completis a creatione sexies mille annis finem mundi
fore. Ita enim S. Irenæus l. 5. advers. hæres. c. 28. ,, Quot
diebus hic factus est mundus , tot millenis annis consumma-
tur. Propter hoc ait Scriptura Geneseos : Et consummata
sunt cælum & terra , & omnis ornatus eorum. Et consumma-
vit Deus die sexto omnia opera sua , quæ fecit , & requievit
in die septimo ab omnibus operibus suis , quæ fecit. (Gen.
2. v. 1. & 2.) Hoc autem est & ante factorum narratio ,
quemadmodum facta sunt , & futurorum prophetia. Si enim
dies Domini quasi mille anni , in sex autem diebus consum-
mata sunt ; manifestum est , quoniam consummatio ipsorum
sextus millesimus annus est. ,, Plures in eundem sensum
loquentes vide Annot. 373. ad S. Irenæum. Quibuscum
etiam Methodius noster hic sentit , sensisseque videtur & S.
Gregorius M. cum ab ævo suo non longe abesse finem mun-
di ajebat Homil. 1. in Evangel. ,, Paulo superius inquit ,
Dominus præmisit dicens : *Exurget gens contra gentem , &
regnum adversus regnum , & erunt terræ motus magni per lo-
ca , & pestilentia & famæ. (Luc. 21. v. 10. & 11.) Et*
qui-*

hucusque hunc mundum creat , septimo
mense magna resurrectionis die festum cele-
bra-

quibusdam interpositis adjunxit : *Erunt signa in sole , & lu-
na , & stellis , & in terris pressura gentium , præ confusio-
ne sonitus maris , & fluminum.* (Ibid. v. 25.) Ex quibus
profecto omnibus alia jam facta cernimus , alia in proximo
ventura formidamus . Nam gentem contra gentem exurge-
re , earumque pressuram terris insistere , plus jam in nostris
temporibus cernimus , quam in Codicibus legimus . Quod
terræ motus urbes innumeræ obruat , ex aliis mundi parti-
bus scitis , quam frequenter audivimus . Pestilentias sine
cessatione patimur . Signa vero in sole , & luna , & stellis ,
adhuc aperte minime vidimus , sed quia & hæc non longe sint ,
ex ipsa jam aeris immutatione colligimus &c. , At si LXX.
Interpretum calculos de Patriarcharum annis sequamur , plus
quam septem annorum millia effluxisse hactenus ab orbe con-
dito reperiemus : cum secuti illos Patres , & Chronologi
ab initio rerum ad natalem Christi quinques mille & quin-
gentos circiter annos numerent . Quodsi ad Hebræos Co-
dices , & Vulgatam nostram attendamus , nondum quidem
sex annorum millibus mundus stat , an tamen ultra illos sta-
turus non sit , divinare quis ausit ? cum ex oraculo Christi
*non sit nostrum nosse tempora vel momenta , quæ Pater po-
suit in sua potestate.* Act. i. v.7. Id certum opore prius
*prædicari Evangelium regni in universo orbe , in testimonium
omnibus gentibus : & tunc veniet consummatio.* De die au-
tem illa , & hora nemo scit , neque Angeli cælorum , nisi so-
lus Pater . Sicut autem in diebus Noe , ita erit & adven-
tus Filii hominis , ad judicandum orbem . Sicut enim erant

bratum iri Domino Scenopegiæ 42.) nostræ, cuius, quæ in Levitico dicuntur, symb-

Acta & Scripta S. Methodii Ep. & Mart.

I la

in diebus ante diluvium comedentes & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, usque ad eum diem, quo intravit Noe in arcam; Et non cognoverunt, donec venit diluvium, & tulit omnes: ita erit & adventus Filii hominis. Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes. Matth. 24. v. 14. 36. & seq. Luc. 12. v. 37.

42.) Festum Tabernaculorum Græce ἑκατοντηλα dicitur, a campingendis tabernaculis, in quibus testi hujus tempore habitare solebant Judæi, in memoriam habitationis in tabernaculis patrum suorum: dum peregrinabantur per desertum. Ita enim Lev. 23. v. 34. 39. & seq. præcepit Deus. *A quinto decimo die mensis hujus septimi erunt feriae tabernaculorum septem diebus Domino.. A quinto decimo ergo die mensis septimi, quando congregaveritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Domini septem diebus. Die primo, & die octavo erit Sabbathum, id est requies. Summetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spathulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo vestro.. Et habitabitis in umbraculis septem diebus. Omnis, qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis. Ut discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti. Fiebant autem hæc umbracula in domorum tectis, & atriis, in atriis templi, & in plateis Jerusalem, juxta illud 2. Esdræ s. v. 14. & seq. Invenerunt scriptum in Lege, præcepisse Dominum in manu Moysi, ut habitent filii Israel in tabernaculis in die solemni,*

men-

la & figuræ sunt... Nam lex quidem imaginis est umbra , hoc est Evangelii , ipsum vero Evangelium imago veritatis.. Tunc ergo tabernacula figentur omnium nostrum , quando iterum agglutinatis , & compactis
cum

mense septimo. Et ut prædicent in universis urbibus suis , & in Jerusalem : Egredimini in montem , & afferte frondes olivæ , & frondes ligni pulcherrimi , frondes myrti , & ramos palmarum , & frondes ligni nemorosi , ut fiant tabernacula , sicut scriptum est. Et egressus est populus , & attulerunt. Fece-
runtque sibi tabernacula unusquisque in domate suo , & in atriis suis , & in atriis domus Dei , & in platea portæ aquarum , & in platea portæ Ephraim , & habitaverunt in tabernaculis.. Et fuit latitia magna nimis. Ex iisdem arborum ramis fasciculum vitta aurea , argentea , vel serica colligatum toto festivita-
tis tempore circumferebant , cum eoque altare circuibant die-
bus singulis clamantes **הוֹשִׁיעָה אַבָּה** Hosanna , id est serva quæso nunc o Domine ; quæ verba ex Psal. 117. deprompta sunt , iisque paulo post subditur : *Constituire diem solemnem in condensis usque ad cornu altaris.* Ibid. v. 27. Ut si circui-
tum hunc Psaltes innuere voluisset. Septima dies festi in Calendario Judaico Græce vocatur **σάχαρος** , seu ge-
statio rámorum , Hebraice **הוֹשִׁיעָה אַבָּה רְבָא** Hosanna rab-
ba , seu septimum , aut magnum Hosanna , quod ea die se-
pties altare cum fasciculo illo circuire soliti sint Judæi. Un-
de & fasciculum illum nonnulli Hosanna dictum putant. Octa-
va vero Hebrais dicitur **הַצָּרָת** Hatzerez , quasi conclusio
festi.

cum carne ossibus, resurget corpus. Tunc diem gaudii festum celebrabimus Domino sincere , quando tabernacula æterna recipiemus , non amplius moritura , aut dissolven- da in pulverem tumuli... Fructum porro ligni pulcherrimum corde incircumcisí Judæi, propter magnitudinem citrum putant esse.. Sed hoc imprudentes decipit , quod non intellexerint , lignum vitæ , quod prius Paradisus ferebat , & nunc omnibus regermi- navit Ecclesia , pulchrum & decorum faci- ens fidei fructum , lignum illic vocari arbo- ris pulcherrimæ. 43.) Talem certe fructum,

I 2 ad

43.) Nomine arboris pulcherrimæ , cuius fructum in fe-
sto tabernaculorum summere jubebantur Israelitæ , literali
quidem sensu verosimiliter intelligitur malus citrea , vel puni-
ca , seu aurea ; quia hæc & sat frequens in Palæstina erat , & in
Cantico Canticorum præ aliis laudatur. Allegorice autem
juxta Methodium nostrum arbor illa est Sapientia Sancto-
rum , seu fides viva : quia hujus figura videtur fuisse li-
gnum vitæ in medio Paradisi a Deo plantatum , Gen. 2. v.
9. de eaque Prov. 3. v. 13. & seq. dicitur : *Beatus homo ,*
qui invenit sapientiam , & qui affluit prudentia . Melior est
acquisitio ejus congregazione argenti , & auri primi , & pa-
rissimi fructus ejus . Preciosior est cunctis opibus , & omnia ,
quaæ desiderantur , huic non valent comparari . Longitudo die-

rum

ad tribunal accedentes Christi , prima resurrectionis die afferre nos oportet : quem si non habuerimus , non poterimus feriari cum Deo , nec partem habebimus secundum Joannem in resurrectione prima. 44.) *Lignum*
enim

rum in dextera ejus , & in sinistra ejus divitiae , & gloria . Via ejus via pulchrae , & omnes semita illius pacifica . Lignum vitae est his , qui apprehendunt eam , & qui tenuerit eam , beatus . Anagogice per arborem pulcherrimam intelligi potest intuitiva Dei visio . Hanc enim per lignum vitæ significare videtur Joannes in Apocalypsi , cum describens cœlestem Jerusalem c. 22. v. 1. & 2. ait : Et ostendit mibi fluvium aquæ vitæ , splendidum tanquam crystallo , procedentem de sede Dei , & Agni . In medio plateæ ejus , & ex utraque parte fluminis lignum vitæ , afferens fructus duodecim , per menses singulos reddens fructum suum , & folia ligni ad sanitatem gentium . Quanquam S. Victorinus Petavionensis , vel si quis est alius , vetus certe auctor Commentarii in Apocalypsim , qui sub ejus nomine circumfertur , haud paulo aliter de laudatis hic verbis sentiat cum ait : „ Flumen vitæ spiritualis nativitatis gratiam ostendit : Lignum vitæ ex utraque ripa Christi duplicum adventum . Fructus vero duodecim , per singulos menses , duodecim Apostolorum diversæ gratiæ ostenduntur , quas ab uno ligno Crucis suscipientes , populos fame consumptos verbi Dei prædicatione satiant . „

44.) Resurrectio prima , de qua Apocal. 20. v. 5. agitur , juxta Methodium est justificatio , quæ fide per charita-

enim *vitæ est iis*, qui apprehenderint eam,
 & qui innituntur super ipsam, quasi super
Dominum. (Prov. 3. v. 18.) Et summetis
vobis prima die fructum ligni speciosum,
spatulasque palmarum, significat exercita-
 tionem Divinarum disciplinarum, quibus
 purgatur, & ornatur anima, vincens vi-
 cia, evulsis, ejectisque ex ipsa peccatis.
 Qui ergo cupit in festum tabernaculorum
 illorum occurrere, & in censum Sanctorum
 referri, primum fidem sibi comparet, signi-
 ficatam nomine pulchri fructus; deinde spa-
 tulas, videlicet meditationem attentam, &
 exercitationem Scripturarum: postea fron-
 dentes, ac densos charitatis ramos, quos
 post spatulas jubet summi, ramos densos

I 3 aptif-

tatem operante obtinetur, & custoditur. Cui consonat S. Augustinus 1. 20. de Civ. Dei c. 9. ita scribens. „ Qui non solum a morte, quæ in peccatis est, reviviscit, ve-
 rum etiam in eo, quod revixerit, permanebit, ipse est par-
 ticeps resurrectionis primæ. Et in istis secunda mors (æter-
 na scilicet damnatio) non habet potestatem; habet autem
 in reliquis, qui isto toto temporis intervallo, quod mille
 annos (Joannes) vocat, quantumcumque in eo quis in cor-
 pore vixerit, non revixit a morte, in qua eum tenebat
 impietas, ut sic reviviscendo primæ resurrectionis particeps
 fieret, atque in eo potestatem secunda mors non haberet. „

aptissime charitatem vocans. Quod enim dense viret, fere idem copiose fructuosum, totumque frugiferum est, nihil exile; exuccumque habens; qualis est charitas nulla parte vacua, vel infructuosa... Supra omnes vero ramos exornantes tabernaculum, frondes jubet afferre Salicum: quoniam Græcum hujus arboris nomen cum vocabulo castitatis congruit. 45.) Castitate autem additur quasi cumulus pulchritudinis, modo enumeratis ornamentis... Propterea ab omnibus, præsertim iis, qui splendida certamina contendunt, ajo debere castitatem, ne quid exaggeratus dicam, saltem honori, tanquam utilissimam, & gloriosam. In novo enim, & doloris experie mundo, qui castitatis ramis ornatus non fuerit, non consequetur requiem, neque ad terram perveniet promissionis, quippe qui prius non celebraverit festum Tabernaculorum &c.,

Novissima omnium Dominina conferre symbolam jussa, parabolam illam: *Iverunt li.*

45.) *Salix* Græce *ἄγνος* dicitur, eademque vox castum significat: unde & castitas *ἄγνολα* vocatur.

ligna, ut ungerent super se regem &c. *Judic.* 9. v. 8. & seqv. in rem suam ita explicat. „ Hæc de arboribus ex terra ortis non esse dicta, manifestum est. Non enim convenire in concilium plantæ potuerunt, suis quæque per alte immissas radices affixa locis, aut inire deliberationem de constituendo rege, sensu, ac mente cassæ... Considerate ergo, num forte omnes, quæ ab homine primo ad Christum, ordine sibi leges successerunt, Scriptura in his designare voluerit: quas totidem præstigiarum suarum figmentis æmulari, opugnareque curavit diabolus, tentans humanum genus. Ac siccum quidem videtur Scriptura comparare mandato, quod in Paradiso datum est homini: nam & nuditatem suam deceptus ille ficus foliis contexit. Vitem autem referre ad præceptum, quod post diluvium Noe datum est: cum is sopitus, & indecora jacens, inexperta vi gustati vini, a filio sit irrigus. Oliva deinde significat Moysaicam in deserto latam legem: eo quod gratia prophetica, quæ tunc communicari, & eluiscere plenius filiis Israel cœpit: olei san-

cti designata sit symbolo , aliquando in ipso-
rum hæreditate , velut in lampade defectu-
ri. Denique rhamnum non inepte refert ad
eam legem , quæ Apostolis ad mundi salu-
tem data est : quia per illorum institutio-
nem virginitatem didicimus , cuius folius
imaginem æmulari , fingereque diabolus non
potuit &c. „ 46.)

Finitis virginum sermonibus , Arete
collaudat singulas , & ad conjungendum vir-
ginitati cæterarum virtutum studium hor-
tatur : illæ autem præeunte Thecla hy-
mnus de laudibus castitatis concinunt.

At

46.) Habuit tamen & diabolus virgines , viduasque
suas , de quibus Tertullianus l. 1. ad uxor. „ Durum pla-
ne inquit , & arduum fatis continentia sancta feminae , post
viri excessum , Dei causa , cum gentiles sathanæ suo & vir-
ginitatis , & viduitatis sacerdotia preferant ? Romæ , quæ
ignis illius inextinguibilis imaginem tractant , de virginita-
te censemur. Achææ Junoni apud Ægium oppidum virgo
fortitur ; & quæ Delphis insaniunt , nubere nesciunt. Vi-
duas Africanæ Cereri assistere scimus , durissima oblivione
matrimonii adlectas. Nam manentibus viris non modo tho-
ro decedunt , sed & alias eis utique ridentibus suo loco in-
sinuant , adempto omni contactu , usque ad osculum filio-
rum. Hæc diabolus præcipit , & auditur. „

At Eubulium quæstionem novam proponit in hæc verba. „ O Gregorium ! utros meliores dicemus , eosne , qui nullo concupiscentiæ pulsati motu sese continent , an qui rebellionem quidem cupiditatis patiuntur , nihilo tamen minus in virginitate perseverant ? „ Cumque Gregorium respondisset : „ Piores quidem crediderim ; quoniam illi animum pariter , & sensum immaculatum obtinent , totique in solidum incorrupti sunt , nulla in parte deficientes . „ Eubulium contra præstare contendit illos , qui adversus insurgentes concupiscentiæ motus , castitatem invicte tuentur . „ Quid inquit , nonne ipse Dominus videtur ostendere , multum judicio suo præcellere illum , qui multas licet impugnationes perferens , severe tamen se continet , super alium , qui cum nullas corporis oppugnationes sustineat , facilem virginitatis citra prælium victricis triumphum agit .. Ubi enim sapientem comparat domui bene fundatæ , tum deum immobiliter fixum in laude constantiæ prædicat , postquam experimento concussionum nihil nocentium

patuit, eum neque ab imbrium illapsu, neque ab amnium incursu, neque a ventorum impetu dimoveri de sede potuisse: rerum, ut apparet, istarum symbolis designatis concupiscentiae intemperiis; petra vero, in qua bene fundata domus inconcussa stat, fixum animæ in æterna virginitate statum adumbrante. , , 47.)

CAPUT

47.) Aliter sentire videtur S. Augustinus Tract. 124. in Joan. post med. ita differens. „ Duas vitas sibi Divinitus prædicatas, & commendatas novit Ecclesia: quarum una est in fide, altera in specie.. una in opere actionis, altera in mercede contemplationis. Una declinat a malo, & facit bonum; altera nullum habet, a quo declinet malum, & magnum habet, quo fruatur bonum. Una cum hoste pugnat; altera sine hoste regnat. Una subvenit indigenti; altera ibi est, ubi nullum invenit indigentem.. Una flagellatur malis, ne extollatur in bonis; altera tanta plenitudine gratiæ caret omni malo, ut sine ulla tentatione superbiæ cohæreat summo bono. Ergo una bona est, sed adhuc misera: altera melior, & beata. „ Sed illic S. Doctor præsentem Sanctorum vitam cum cœlesti comparat, quæ citra dubium est melior, quia summo Bono non solum immobiliter, sed & perfectissime cohæret. In hac persæpe virtus in infirmitate perficitur, 2. Corinth. 12. v. 9. & qui accepti sunt Deo, necesse est, ut tentatio probet illos. Thob.

C A P U T IV.

Summarium Orationis S. Methodii in die Occursus.

INITIUM dicit a commemoratione dictorum in Symposio , eaque Hypapantes , seu Occursus festivitate confirmari docet . „Cum jam pridem , quantum breviter licuit , quæ de virginitate erant , in Symposiis , velut quibusdam jactis fundamentis , explicuerimus ; hodierna dies totam & a radice ipsa virginitatis gloriam , coronamque immarcescibilem , alumnis Ecclesiæ oblectandis in medium producit . Hodie siquidem Divinorum oraculorum consilium palam aperitur , eorumque exitus , atque effectus a sacris præconibus Ecclesiastico cœtui releguntur . Hodie citra tegumentum aliquod Domini gloriam , Divinæque ipsius Arcæ majestatem , velut in speculo revelata facie contemplamur .. In propria Dominus manifeste venit , & super animatam Arcam , haud secus ac super propitiatorium , in terra pompa procedit .. Festum agimus non Græcorum vaniloquentiæ ,

tiæ , ridiculum deorum adducens convivium , sed importabilis gloriæ ejus , qui est super omnia , Deus , in rem nostram demissionem nos docens . „

Tum præsentationem Christi in templo sic describit . „ Ecce velut thronus sublimis , & elevatus , Virgo Mater Regi Dominu Sabaoth statuitur . Super illo nunc ad te venientem in carne Dominum confidea , super illo , virginali scilicet throno eum venerare , qui novam hanc , omniq[ue] laude prosequendam profectionem ad te adornavit . Circumspice vero fidei oculis , regiumque circa ipsum offendes sacro ritu Seraphinorum obsequium . Lubens enim tale satellitum talis Regis præsentiam sequitur . Unde etiam ibi laudasse dicuntur , non solum trine subsistentem Divinam unitatem , 48.)

ve-

48.) Luculentius explicari Divinæ Triados mysterium vix potest . Qui enim trine subsistentem Divinam Unitatem prædicat , unum in essentia Deum , & tres ejusdem essentiæ perfectas , coæternas , & coæquales hypostases , seu personas , Patrem , Filium , & Spiritum Sanctum esse faciet . Aut igitur Orationis hujus auctor est Methodius noster , & faciem inter alios prætulit Concilio Constantinop.

I. in

verum etiam , quæ Divina nunc apparitione in terra occurrit , unius e Sancta Trini-

I. in sua synodica docenti hanc fidem omnium esse debere , ut una credatur Divinitas , & potentia , & substantia Patris , & Filii , & Spiritus Sancti , æqualisque dignitas , & imperium coæternum in tribus perfectis hypostasibus , sive in tribus perfectis personis . Aut quis alias , & post laudatam Synodus Orationem hanc lucubratus est , & quid quæso aliud docere nos voluit , quam idipsum , quod dilectus Christi discipulus I. Joan. 7. v. 5. tradidit : *Tres sunt , qui testimonium dant in cœlo , Pater , Verbum , & Spiritus Sanctus , & hi tres unum sunt.* Quodque Patres Methodio antiquiores , & vicini Apostolis docuerunt . Exempli gratia S. Irenæus 1. 4. advers. hæref. c. 6. „ In omnibus inquit , & per omnia unus Deus Pater , & unus Verbum , & unus Spiritus , & una salus omnibus creditibus in eum . „ Athenagoras in Legatione , seu Apologia pro Christianis ante med. „ Quis non miretur , cum atheos vocari audit eos , qui Deum Patrem , & Filium Deum , & Spiritum Sanctum asserunt , ac eorum & in unione potentiam , & in ordine distinctionem demonstrant ? „ Tertullianus 1. advers. Praxeam in fine . „ Judaicæ fidei ista res , sic unum Deum credere , ut Filium adnumerare ei nolis , & post Filium Spiritum . Quid enim erit inter nos & illos , nisi differencia ista ? Quod opus Evangelii , quæ est substantia novi Testamenti , statuens Legem , & Prophetas usque ad Joannem , si non exinde Pater , & Filius , & Spiritus Sanctus , tres crediti unum Deum sistunt ? „ S. Gregorius

Thau-

nitate 49.) cunctis adorandam gloriam , di-
cen-

Thaumaturgus in allata supra Exposit. Fid. „ Unus Spiritus Sanctus .. in quo manifestatur Deus Pater .. & Deus Filius .. Trinitas perfecta , que gloria & æternitate , regno atque imperio non dividitur , neque ab alienatur. „ Et S. Cyprianus l. de unit. Eccles. non longe ab init. „ Dicit Dominus : *Ego , & Pater unum sumus.* (Joan. 10. v. 30.) Et iterum de Patre , & Filio , & Spiritu Sancto scriptum est : *Et tres unum sunt* (1. Joan. 5. v. 7.) Et quisquam credit hanc unitatem de Divina firmitate venientem , Sacramentis cœlestibus cohærentem scindi in Ecclesia posse ? &c. „ Videant proinde Sociniani , quam miseram causam defendant , dum in tanta etiam religionis luce , contra orbis totius judicium , pauculi ipsi , Divinitatem Filio , & Spiritui Sancto abrogare audent.

49.) Quemadmodum contra Eutychen fide certum est , in Christo duas naturas , Divinam & humanam , etiam post unionem inconfusas , & impermixtas cum suis proprietatis bus persistere ; ita certum est contra Nestorium , Divinam pariter ac humanam Christi naturam unica eademque Verbi Divini subsistentia subsistere , & idcirco Christum non quartam , & a tota Trinitate distinctam , sed unam de sancta Trinitate personam esse. Unde recte assertit Methodius , unum e sancta Trinitate apparuisse in terra , dum Christus natus , & in templo præsentatus est. Similisque prorsus hæc assertio est illi : *Unus de Trinitate crucifixus est carne.* Quam cum anno Chr. DXVIII. Leontius , Joannes Maxentius , Achilles , Joannes alter , Mauritius , aliique Scythia-

cendo : *Plena est omnis terra gloria ejus.*
(Isai.)

Monachi Constantinopoli prædicare cœpissent , adversarios quidem Victorem Diaconum , & multos alias passi , quin a legatis etiam Hormisdæ Papæ anno sequenti rejecti sunt ; At non alia de causa , quam quod Monachi illi ultra definitiones Concilii Chalcædonensis , laudatam etiam assertiōnem ab omnibus recipiendam pervicaciter contenderent , atque ita Concilium Chalcædonense pro insufficienti ad exortas eatenus hærefes confutandas habere , quodque sequitur , alterandis , & coercendis definitionibus illius viam pandere viderentur . Ita enim coram Justino Imperatore , & Senatu Scythis respondere Legati . „ Extra Synodos quatuor , extra Epistolas Papæ Leonis , nec dicimus , nec admittimus , quidquid non continetur in prædictis Synodis , aut quod non est scriptum a Papa Leone , non suscipimus . „ Cum vero e Monachis illis nouissili Romam ad Pontificem abiissent , Dioscorus Hormisdæ Legatorum unus hæc de illis ad Papam scripsit : „ Isti Monachi Romam festinant , sperantes aliqua Capitula a Beatitudine vestra confirmari . Est autem in ipsis inter cætera , ubi volunt dicere *Unam de Trinitate crucifixum* ; quod nec est in sanctis Synodis dictum , nec in Epistolis S. Papæ Leonis , nec in consuetudine Ecclesiastica . . . Unde sanum mihi videtur , & utile , & ad pacem Ecclesiarum conveniens , nullum aliud responsum dari , nisi : Sufficit sanctum Chalcædonense Concilium , in quo & aliæ Synodi continentur ; Sufficiunt Epistole Papæ Leonis , quas Synodus confirmavit . Novitatem in Ecclesia introducere nec volumus , nec debemus &c. „ Hormisdas

(Isai. 6. v, 3.) Credimus enim cum Filio,
qui

suspento interim judicio, Scytha Romæ detinendos usque ad Legatorum suorum Constantinopoli redditum existimavit, ut ab iis plenius de re tota informaretur. Postquam autem Scythæ adventantibus jam Legatis se clam Roma subduxerunt, Pontifex data ad Possessorem Africanum Episcopum in Sardinia tunc exalem epistola, eorum quidem superbiam, in quæstionibus novis movendis pertinaciam, & proclivem ad turbas indolem redarguit, de laudata tamen assertione nil statuit: ut Maxentius ipse in confutatione modo dictæ epistolæ fatetur, inter alia diserte afferens: quod Monachis responsum quærentibus Romanus Episcopus dare omnino distulerit, eosdemque post multa pericula maris, longique itineris vexationem, nec non etiam prolixæ temporis vexationem, quo eos apud se detinuit, vacuos, & sine ullo effectu ad has partes venire compulerit.,, Et infra: „Absit, inquit, ut ex qualibet parte Catholicæ professioni Romanus Episcopus contradicat. Nunquam enim Scytharum Monachos, quos non simplici sermone, sed etiam scriptis Christum Filium Dei unum ex Trinitate noverat confiteri, per quatuordecim pene menses, quamdiu eos ibi detinuit, communicare sibi permisisset, si, ut hæretici volunt, hanc prædicationem Catholicæ fidei contrariam judicaret &c.,, Sedente igitur S. Hormisda, ejusque successoribus S. Joanne I. S. Felice III. aliis IV. & S. Bonifacio II. in suspenso mansit laudæ assertionis approbatio. At cum interim Monachi Scythæ suam, & assertionis illius orthodoxiam in luce posuissent, eorum contra impugnatores Accinctæ seu insomnes

qui propter nos secundum propositum fa-

Acta & Scripta S. Methodii Ep. & Mart. K c tus

Monachi , sic dicti , quod trifariam divisi Dei laudibus in Ecclesia canendis diu noctuque sine intermissione vacarent , in errorem Nestorianum impegiſſent , negare ausi Christum esse unum de Trinitate , Beatamque Virginem vere ac proprie Dei Matrem non esse , re ad S. Joannem II. cum ab Accœmetis , tum a Justiniano Augusto delata , is celebrata Romæ Synodo anno Chr. DXXXIV. non modo Scytharum assertione ratam habuit , sed luculentius etiam definivit , *Christum Deum nostrum unum ex Trinitate esse , hoc est unam de tribus personis Sanctæ Trinitatis personam eundem carne passum esse , impassibili manente Deitate , & Mariam semper Virginem vere ac proprie Christi Dei Matrem appellandam esse ; repulsis etiam a Communione Accœmetis , nisi errorem corrigerent , ut videre licet in Epistola Joannis II. ad Justinianum Imperat. & altera ad Avienum , Liberium , aliosque Senatores , quæ habentur tomo 4. Concilior. Idemque postea definivit itidem Concilium V. ecumenicum Can. 10. statuens . „ Si quis non confitetur Dominum nostrum JESUM Christum , qui crucifixus est carne , Deum esse verum , & Dominum gloriae , & unum de Sancta Trinitate , talis anathema sit . „ Neque sane laudata Scytharum assertio seu a Nestorianis , seu ab Eutychianis , ut nonnulli suspicati sunt , in rem suam trahi potest , quin potius refellendo utrique errori opportunissima est , quemadmodum observat Ferrandus Diaconus Carthaginensis doctissimus Ep. ad Anatolium inter alia scribens . „ Sine dubio sub his verbis etiam prædicator unius in Christo substantię confutatur . Ut sit enim*

ctus est homo , simul adesse Divinitate inseparabili Patrem , 50.) cum consubstantiali

enim Christus unus de Trinitate , ad Divinitatem pertinet ; ut credatur passus , ad humanitatem . Non esset , qui passus est , unus de Trinitate , nisi unam haberet cum Patre , & Spiritu Sancto Divinitatem . Non esset passus , qui unus est de Trinitate , nisi consubstantialem Matri haberet humanitatem . Unum de Trinitate passum , Nestorianis non immerito displicet . Introducere enim quartam personam volunt , cui accidisse estimant passiones . Eutychianis autem unum de Trinitate passum , non recte placet , si tamen placet . Ipsi enim duas Christi permanere naturas evidenter negare contendunt , quibus per hoc Capitulum manifesta re contradicitur . Passio enim commemorata , testimonium est naturae passibilis : natura passibilis intellecta , maxime in illo , qui unus est de Trinitate , duarum substantiarum clarissimam reddit distinctionem &c . „ Qui plura de his cupit , tomum 4. Concil. & tom. 8. Bibliothecæ Patrum , ubi hæc diffuse habentur , adeat .

50.) Quamvis sola Filii Persona incarnata sit , quia assumpta humanitas per solam Verbi Divinæ subsistentiam subsistit , in Christo tamen Deus Pater etiam , & Spiritus Sanctus inest , juxta illud Joan. 14. v. 10. *Ego in Patre , & Pater in me est.* Cum enim una eademque sit trium Divinarum Personarum natura & substantia , in se invicem existunt omnes tres Personæ , quam in existentiam Græci *τριηγενεῖς* , Latini circumflexionem vocant . „ In se invicem

li ejus Spiritu. Ait namque Divinorum interpres Paulus : *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.* (Ephes. i. v. 5.) Et quidem ut in Bethlehem corpore nasceretur, coegit, qua nos prosequitur, misericordia. Ut autem cum lactens esset, e patria migraret, solumque verteret, quæ demum necessitas fuit ? Audi Mojsen : *Omne masculinum adperiens vulvam sanctum Domino vocabitur.* (Exod. 34. v. 19.) *O rem miram ! o altitudo divitiarum sapientiae, & scientiae Dei !* (Rom. 11. v. 3.) Decebat nimis, ut Dominus Legis, & Prophetarum, ex Legis suæ rationibus omnia conficeret, nec eam faceret irritam, sed adimpleret, indeque Legis expletioni, atque termino, gratiæ suæ principium subneceteret. Eam ob rem, quæ Lege superior esset Mater, Ca-

K 2

put

cem, ait S. Damascen. l. 1. de Fide c. 11. insunt hypotheses, non ut confundantur, sed ut invicem hæreant.. ac mutuam in se commemationem habent sine ulla commixtione. „ Et S. Petrus Chrysol. serm. 88. „ Sic in se est unitas Trinitatis, ut nulla sit in Deitate distantia; sic in se est, & sine se tota Trinitas non est, ut insit in Patre, & Filio, & Spíitu Sancto personalitas definita, non separata Divinitas &c. „

put Legi submittit , sanctaque & impolluta,
 dierum quadraginta tempus observat.. Nem-
 pe peperit Primogenitum , Patrisque Uni-
 genitum Filium : qui in cœlis unigena ra-
 tione ex paterna substantia 51.) sine ma-
 tre eluxit , naturalisque unitatis virginita-
 tem indivisam , ac inseparabilem servavit :
 quique in terris ex Virginis nuptiali thala-
 mo , unito sibi immutabiliter in sponsi mo-
 rem Adamo 52.) incorruptam Maternam

ca-

51.) In eundem sensum S. Cyrill. Alexandr. Dial 2.
 de Trinit. „ Germana inquit , nativitate ex ipsa substan-
 tia Patris enatus est Filius. „ Et S. Damascenus l. i. de
 Fide c. 8. „ Generatio ignara principii , & sempiterna est,
 ut quæ naturæ opus sit , atque ex ipsius essentia proce-
 dat &c. „

52.) Dum Filio Dei immutabiliter unitum esse Adam
 audis , Adæ nomine vel juxta vim vocis Hebraicæ hominem
 simpliciter , seu naturam humanam a Verbo assumptam intel-
 lige ; quo sensu Apostolus quoque Christum novissimum A-
 dam vocat l. Corinth. 15. v. 45. scribens : *Fælius est pri-
 mus bono Adam in animam viventem , novissimus Adam in
 Spiritum vivificantem.* Vel certe quod Filius Dei carnem
 veram ex primo homine seminaliter propagatam sibi copu-
 laverit : quo sensu S. Irenæus l. 5. advers. hæres. c. 1. ait.
 „ Quemadmodum ab initio plasmationis nostræ in Adam ,
 ea quæ fuit a Deo aspiratio vitæ , unita plasmati animavit

ho-

castitatem custodivit: qui in cœlis nulla flu-xione genitus, ineffabili in terris ratione partu editus est... Quam ob rem ex Beth-lehem stabulis profecta Dei Arca, in Sionis montibus requievit, assumensque intemerato finu, velut super thronum excelfum, universorum Regem, Deo & Patri pari sede sublimem Filium, ac inseparabilem, cum assumpta ex ipsa intemerata nostra carne ibi præsentavit. Ascendit in templum sacra Mater, inauditum Legi exhibitura miraculum, ipsumque, qui quærebatur, partum, qui nimirum virginalem vulvam aperuit, nec tamen virginitatis claustra disrupt. Prolem scilicet Lege superiorem, & quæ Legem im-plevit; Prolem ortu priorem, ac posteriorem, ex ipsa carne natum Filium supra legem natu-ræ. Quia nimirum omnis vulva, ex viri prius conjunctione aperta, & semine confpersa, pariendi initium sumit, doloribusque par-

K 3 tui

hominem, & animal rationale ostendit; sic in fine Verbum Patris, & Spiritus Dei adunitus antiquæ substantiæ plasma-tionis Adæ, viventem & perfectum effecit hominem, ca-pientem perfectum Patrem: ut quemadmodum in animali omnes mortui sumus, sic in spirituali omnes vivificemur.

tui finem imponentibus , rationalem , ac naturæ consentaneum fructum , Dei Creatoris sapientia in lucem edit , juxta illud : *Crescite , & multiplicamini , & replete terram.* (Gen. i. v. 28.) Hujus autem ute-
rus , neque prius apertus , neque semi-
ne conspersus , eximium supraque natu-
ram , ac illi congeneum fructum germina-
vit , nulla labe in eadem ipsa virginitate ,
ad augendam miraculi vim perseverans. , ,

Denique versus finem , de Simeone , &
Anna hæc habet. , , Cum ad ea Sacra , Sa-
cerdotium 53.) & Prophetia pariter invitata
essent , parque hoc electorum a Deo justorum ,
Simeonis , & Annæ , apertissimas utriusque po-
pu-

53.) Simeonem , qui Christum ad templum delatum
suscepisse in ulnas suas legitur Luc. 2. v. 25. & seqv. e Sa-
cerdotum genere fuisse innuit Methodius , diserteque infra
Sacerdotem optimum , ac piissimum appellat : quod & So-
phronius Hierosolymitanus tom. 17. Bibl. PP. Ode in Hypa-
pante ceasauit. S. Ambrosius tamen in c. 2. Luce Evange-
listam secutus Justum duntaxat senem , & S. Augustinus
serm. 13. de Temp. Senem famosum , annosum , probatum ,
& coronatum , non Sacerdotem vocat. Theophilactus ve-
ro Enarrat. in Luc. c. 2. diserte ait: , , Non erat Simeon
Sa-

puli imagines præferentium adstitisset; senex quidem Israëliticum populum, & effœtam legem exhibebat; vidua autem Ecclesiam gentium, eatenus viduam. Senex quasi in Legis persona missionem quærerbat, vidua, ut quæ Ecclesiæ personam gereret, confessionem contra afferebat, atque his de illo loquebatur, qui redemptionem Jerusalem expectabant. Decebat enim, ut Senex, qui Legis scitum sciret, *Omnis anima, quæ ipsum non audierit, exterminabitur de populo suo.* (Deuter. 18. v. 15.) pacificam a legali postmodum disciplina missionem quæreret. Sed & viduam, quæ de donis, quæ sunt supra rationem, aucta esset, festis gaudiis Deo gratias agere par erat. Proinde quæ ibi peragebantur, Legi per omnia consonabant &c. „

K 4

CAPUT

Sacerdos, sed homo Deum amans, & expectans, quando veniat Christus consolatus Hebræos, & liberatus a servitute peccati. „ Pariter Euthymius Zigab. tom. 19. Bibl. PP. pag. 620. „ Non erat, inquit, Sacerdos, ut mihi videtur: alias enim & hoc omnino manifestasset Evangelista, tanquam magnam viri dignitatem. „

C A P U T V.

Fragmentum de Resurrectione corporum.

ADdere juverit & fragmentum ex libro de Resurrectione, quod in Maxima PP. Bibliotheca Combefsius producit in hæc verba. „ Malum Deus non fecit, nec ullo prorsus modo auctor illius est; sed quidquid arbitrii libera facultate præditum sic ab eo conditum est, ut legem servaret, ac custodiret, quam is juste tulisset: ea non servata malum nuncupatur. Est autem hoc damnum gravissimum Deo non obaudire, ejusque justitiæ, quæ ex liberi arbitrii rationibus est, transgredi leges. Illud vero jam ante in disputationem adductum, ac probatum est, tunicas pelliceas 54.) cor-

po-

54.) Quod Gen. 3. post enarratum primorum hominum lapsum, dicitur v. 21. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos,* intellexisse fertur Origenes de corpore menti Adæ, & Eve in pœnam peccati circumdato. Existimavit enim ille mentes hominum longe ante mundum corporeum conditas, & non nisi post admis-

pora non esse. Ipse enim primus parens , cum nondum hæ illi tunicæ consutæ essent , se tum carnem , tum offa confitetur habere , cum ad se adductam mulierem videns , *Hoc nunc os dixit , ex ossibus meis , & caro de carne mea.* (Gen. 2. v. 23.) Et Christus hæc ita , ut scripta sunt , accipienda confirmavit , quo loco sciscitantibus Phariseis de uxoris repudio , respondit : *Non legis , quia qui fecit hominem ab initio , masculum & feminam fecit eos , & dixit , Propter hoc relinquet homo patrem & matrem , & adhærebit uxori suæ , & erunt duo in carne una.* (Matth. 19. v. 4. & 5.) Sed & illud manifeste absurdum est , arbitrari corpus in æterna vita minime futurum. Cum enim abunde dissoluta sit illa sententia , quæ animæ vinculum carnem esse statuit , ss.) etiam

K 5

il-

missum peccatum corporibus vestitus fuisse , mutarique per vitiorum magnitudinem & in dæmones , & in bellugas , virtutis contra studio in naturam Angelorum , & purarum mentium redire posse : ut testatur S. Hieronymus Ep. ad Avitum. Istud igitur hic tangit , & impugnat Methodius.

ss.) Dissolvit istud Methodius apud Photium Cod. 234. ex quo verba ejus jam supra attuli Annot. 30. quam vide.

illud solutum est , fore , ut ideo caro non resurgat : ne si eam receperimus , vincit propter eam in regno lucis futuri simus . . . Sed quis o Aglaophon , respondisse Dominum Saducæis tentantibus , fore , ut qui resurrectionis compotes erunt , *sint sicut Angeli Dei.* (Matth. 22. v. 30.) Intulisti ergo : at qui Angeli , quia carnis expertes , in summa degunt felicitate & gloria ; quare & nos , quos æquari oportet Angelis , necesse est ad eundem modum carne nudatos Angelos fieri . . . Verum non dixit Dominus : *Erunt Angeli , sed sicut Angeli :* nimurum gloria & honore coronati , uti scriptum est (Psal. 8. v. 6.) *paululum vero ab Angelis diversi* , atque illorum naturæ proximi . Quemadmodum enim si quis diceret tranquillo per noctem ac sereno cœlo , cum ætherea luce omnia colluстрantur : *Luna sicut Sol splendet* ; non omnino solem esse lunam ex illius testimonio colligeremus , sed ad solem accedere : sicut etiam quod aurum non est , auro tamen natura sua propinquum est , *velut aurum dicitur* . . . Eodem plane modo , quod in resurrectione fore sanctos sicut Angelos

pro-

pronunciavit, non sic accipiendum est, ut ipsos Angelos fore voluerit, sed eorum tantum conditioni propinquos. Quamobrem stultissimum est colligere, quoniam Christus Sanctos in resurrectione tanquam Angelos visum iri pronunciavit, idcirco fore, ut corpora hæc non resurgant: præsertim cum vox ipsa manifeste ostendat, quod ita futurum sit. Resurrectio enim non de eo dicitur, quod nunquam cecidit, sed de eo, quod cecidit, & iterum assurgit. At moritur caro; anima quippe immortalis est: qui igitur ita resurrectionem confitentur, ut eam nihil ad carnem attinere putent, resurrectionem penitus negant. 56. Vidi ego in Olym-

56.) Resurrectionem corporum non modo gentilium plerique negarunt; qui idcirco cum Athenis a Paulo prædicari audissent resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam autem dixerunt: audiemus te de hoc iterum. Act. 17. v. 32. Sed e Judæis quoque Sadducæi teste Matthæo c. 22. v. 23. ubi ait: *In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt, non esse resurrectionem.* Et Luca Act. 23. v. 8. *Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum, Pharisei autem utraque confitentur.* Quin non nulli etiam e Christianis ipso Apostolorum tempore, ut testatur S. Paulus 1. Corinth. 15. v. 22. *Si Christus prædictur,*

Olymbo, is porro mons est Lyciae, ignem
sponte

*tur, quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt
in vobis, quoniam resurrectione mortuorum non est? Tales
que inter alios erant Hymenaeus, Alexander, & Phile-
tus, de quibus idem Apostolus 1. Timoth. 1. v. 19. & 20.
Quidam inquit, circa fidem naufragaverunt: ex quibus est
Hymenaeus, & Alexander, quos tradidi Satanae, ut discant
non blasphemare. Et 2. Timoth. 2. v. 17. & 18. Sermo
eorum ut cancer serpit: ex quibus est Hymenaeus, & Phile-
tus. Quia veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse
jam factam. Intelligendo scilicet, ut Theodoretus in hunc
locum censet, resurrectionis nomine ipsam humani generis
propagationem, quæ per generationem fit. Post Apostolo-
rum excessum longe plures eundem errorem amplexi sunt,
puta Menandriani, Cerdoniani, Marcionitæ, & quicun-
que carnem aut a malo principio conditam, aut salutis in-
capacem esse blaterabant. Ab his non longe ablusit Ori-
genes, qui cum animas in peccatorum ante mundi
hujus conditionem commissorum, formato e terra corpore
velut carcere includi commentus esset, resurrectionem etiam
in iisdem, quæ nunc gerimus corporibus futuram nega-
vit. Sed proborum quidem mentes æthereis, vel sydereis
corporibus donandas, & in formam astrorum transmutandas,
improborum autem ad crassiora adhuc dæmonum, vel bel-
luarum corpora includendas confinxit. Atque hujus potis-
simum Commenta hic confutat Methodius, pluribus autem
ea refert, & convellit S. Hieronymus, in Epitaphio Paulæ
matris Eustochii Virginis, ubi inter alia narrat, quemad-*

sponte sua in montis cacumine ex imo
ter-

modum Origenistarum quispiam eam in Casas induere mo-
litus fuerit. „ Quidam inquit , veterator callidus , atque
ut sibi videbatur , doctus & sciolus .. cœpit ei proponere
quæstiones , & dicere : Quid peccavit infans , ut a dæmo-
ne corripiatur ? In qua ætate resurrecti sumus ? Si in ipsa ,
qua morimur : ergo nutribus post resurrectionem opus e-
rit . si aliter ; nequaquam erit resurrectio mortuorum , sed
transformatio in alios . Diversitas quoque sexus , maris ac
feminæ erit , aut non erit ? Si erit , sequentur & nuptiæ , &
concubitus , & generatio . Si non erit , sublata diversitate
sexus , eadem corpora non resurgent . Aggravat enim ter-
rena inhabitatio sensum multa cogitantem : sed tenuia erunt
& spiritualia , dicente Apostolo : *Seminatur corpus animale ,*
surget corpus spiritale. (1. Corinth. 15. v. 44.) Ex quibus
omnibus probare cupiebat , rationales creaturas ob quædam
vicia , & antiqua peccata in corpora esse delapsas , & pro
diversitate & meritis peccatorum , tali vel tali conditione
generari , ut vel corporum sanitate gauderent , & parentum
divitiis , ac nobilitate , vel in morbidas carnes , & domos
inopum venientes , pœnas pristinorum luerent delictorum , &
præsenti seculo , atque corporibus quasi carcere clauderen-
tur . Quod cum indicasset , & ad me retulisset .. conveni
hominem , & orationibus ejus , quam decipere nitebatur ,
brevi interrogatione conclusi : ntrum crederet futuram resur-
rectionem mortuorum , an non ? Qui cum se credere respon-
disset , intuli : Eadem resurgent corpora , an altera ? Cum
dixisset eadem ; sciscitatus sum : In eodem sexu , an in alte-
ro ?

terræ erumpentem : juxta quem extat arbor,

ro? Ad interrogata reticenti , & instar colubri huc atque illic transferenti caput , ne feriretur : Quia inquam , taces , ego mihi pro te respondebo , & consequentia inferam . Si non resurget mulier , ut mulier , neque masculus ut masculus , non erit resurrectio mortuorum ; quia sexus membra habet , membra autem totum corpus efficiunt . Si autem sexus , & membra non fuerint , ubi erit resurrectio corporum , quæ sine sexu non constant & membris ? Porro si corporum non fuerit resurrectio , nequaquam erit resurrectio mortuorum . Sed & illud , quod de nuptiis objicis : si eadem membra fuerint , sequi nuptias ; a Salvatore dissolvitur dicente : Erratis , nescientes Scripturas , neque virtutem Dei . In resurrectione enim mortuorum non nubent , neque nubentur , sed erunt similes Angelorum . (Matth . 22. v. 29. & 30.) Ubi dicitur : Non nubent , neque nubentur ; sexum diversitas demonstratur . Nemo enim de lapide & ligno dicit : Non nubent , neque nubentur ; quæ naturam nubendi non habent : sed de his , qui possint nubere , & gratia Christi ac virtute non nabant . Quod si opposueris : quomodo ergo erimus similes Angelorum ? cum inter Angelos non sit masculus & femina : breviter ausculta . Non substantiam nobis Angelorum , sed conversationem , & beatitudinem Dominus re promittit . Quomodo & Joannes Baptista , antequam decollaretur , Angelus appellatus est ; & omnes Sancti , ac virgines Dei etiam in isto seculo vitam in se exprimunt Angelorum . Quando enim dicitur : Eritis similes Angelorum ; similitudo promittitur , non natura mutatur . Simul responde , quomodo illud interpreteris , quod Thomas Domini resurgentis palpaverit manus , & viderit lancea latus ejus perforatum ? (Joan .

bor, Agnus nomine, adeo florida, virensque

20. v. 27.) Et Petrus in littore stantem viderit Dominum, & partem affi piscis, ac favum mellis comedentem? (Luc. 24. v. 42. Et Joan. 21. v. 4.) Qui stabat, profecto habebat pedes. Qui monstravit latus vulneratum, utique & ventrem, & pectus habuit, sine quibus non sunt latera ventri & pectori coherentia. Qui locutus est, lingua, & palato, & dentibus loquebatur. Sicut enim plectrum chordis, ita lingua illiditur dentibus, & vocalem reddit sonum. Cujus palpatæ sunt manus, consequenter & brachia habuit. Cum igitur omnia membra habuisse dicatur, necesse est ut totum corpus habeatur, quod conficitur ex membris: non utique femineum, sed virile, id est ejusdem sexus, in quo mortuus est. Quodsi obtempereris: ergo & nos post resurrectionem comedemus? & quomodo clavis januis ingressus est, contra naturam pinguium & solidorum corporum? Audies: Noli propter cibum resurrectionis fidem in calumniam trahere. Nam & archisynagogi filie resuscitatæ jussit cibum dari: & Lazarus quadriduanus mortuus, cum ipso scribitur inisse convivium, ne resurrectio eorum phantasma putaretur. Si autem quia clavis ingressus est januis, idcirco spiritale & aereum corpus niteris approbare: ergo & antequam pateretur, quia contra naturam graviorum corporum super mare ambulavit (Marc. 6. v. 48.) spiritale corpus habuit. Et Apostolus Petrus, qui & ipse super aquas pendulo incessit gradu (Matth. 14. v. 29.) spiritale corpus habuisse credendus est; cum potentia magis & virtus ostendatur Dei, quando fit aliquid contra naturam. Et ut scias in signorum magnitudine non naturæ mutationem, sed Dei omnipotentiam demonstrari, qui ambulabat

que & opaca , ut jugibus aquis irrigua vi-dea-

bat fide , cœpit infidelitate mergi , nisi eum manus Domini sublevasset dicentis : *Modicæ fidei , quare dubitasti ?* (Ibid. v. 31.) Miror autem te obdurare frontem , loquente Domino : *Infer digitum tuum huc , & tange manus meas , & porrige manum tuam , & mitte in latus meum , & noli esse incredulus , sed fidelis.* (Joan. 20. v. 27.) Et alibi : *Videte manus meas , & pedes meos , quia ego ipse sum. Palpate , & videte , quia spiritus carnem & ossa non habet , sicut me videtis habere.* (Luc. 24. v. 39.) *Et cum hoc dixisset , ostendit eis manus & pedes.* (Ibid. v. 40.) *Ossa audis & carnem , & pedes , & manus ; & globos mihi stoicorum , atque aerea quædam deliramenta configis.* Porro si quæris , cur infans a dæmone corripiatur , qui peccata non habuit ? aut in qua ætate resurrecti simus , cum diversa ætate moriamur ? in gratiis suscipiens : *Judicia Dei abyssus multa.* (Ps. 35. v. 1.) Et : *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei , quam inscrutabilia sunt judicia ejus , & investigabiles viæ ejus ! Quis enim cognovit sensum Domini , aut quis consiliarius ejus fuit ?* (Rom. 11. v. 33. & 34.) Etatum autem diversitas non mutat corporum veritatem. Quum enim quotidie corpra nostra fluant , & aut crescant , aut decrescant : ergo tot erimus homines , quot quotidie commutamur ? aut aliis fui , cum decem annorum essem , aliis cum triginta , aliis cum quinquaginta , aliis cum jam toto capite cano sum ? Igitur juxta Ecclesiarum traditiones , & Apostolum Paulum illud est respondendum , quod *in virum perfectum , & in mensuram ætatis plenitudinis Christi* (Ephes. 4. v. 13.) resurrecti simus , in qua & Adam Judæi conditum autumant , & Dominum Salvatorem legimus surrexisse . ,

deatur. E circumjacente silva decerptos arborum famo^m n ignem illic erumpentem con-

A&a & Scripta . . Methodii Ep. Mart. L je-

De eodem resurrectionis dogmate ita differit S. Augustinus l. de Fide & Symbolo versus fin. „Quoniam tria sunt, quibus homo constat, spiritus, anima, & corpus: quæ rursus duo dicuntur, quia sepe anima simul cum spiritu nominatur. Pars enim quædam ejusdem rationalis, qua carent bestiæ, spiritus dicitur; principale nostrum spiritus est: deinde vita, qua conjugimur corpori, anima dicitur: postremo ipsum corpus, quoniam visibile est, ultimum nostrum est. Hæc autem *omnis creatura ingemiscit, & parturit usque nunc:* (Rom. 8. v. 22.) dedit tamen primitias spiritus, quia credidit Deo, & bona jam voluntatis est. Hic spiritus etiam vocatur mens; de quo dicit Apostolus: *Mente servio legi Dei.* (Rom. 7. v. 25.) Qui item alio loco dicit: *Testis est mihi Deus, cui servio in spiritu meo.* (Rom. 1. v. 9.) Anima vero cum carnalia bona adhuc appetit, caro nominatur. Pars enim ejus quædam resistit spiritui, non natura, sed consuetudine peccatorum. Unde dicitur: *Mente servio legi Dei, carne autem legi peccati.* (Rom. 7. v. 25.) Quæ consuetudo in naturam versa est secundum generationem mortalem peccato primi hominis. Ideoque scriptum est: *Et nos aliquando fuimus natura filii iræ.* (Ephes. 2. v. 3.) id est vindictæ, per quam factum est, ut serviamus legi peccati. Est autem animæ natura perfecta, cum spiritui suo subditur, & cum sequitur sequentem Deum. Ideo *animalis homo non percipit, quæ sunt Spiritus Dei.* (1. Corinth. 2. v. 14.) Sed non tam cito anima subjugatur spiritui ad bonam operationem, quam cito spiritus Deo ad veram fidem & bonam voluntatem: sed aliquando tardius ejus impetus, quo in carnalia & temporalia defluit,

jeci , qui subito flammis correpti in cinerem redacti sunt. Rogo itaque quam obcau-
 refrænatur. Sed quoniam & ipsa mundatur, recipiens stabilitatem naturæ suæ dominante spiritu, quod sibi caput est , cui ejus capiti caput est Christus , non est desperandum etiam corpus restitui naturæ propriæ : sed utique non tam cito quam anima , sicut neque anima tam cito quam spiritus ; sed tempore opportuno *in novissima tuba , cum mortui resurgent incorrupti , & nos immutabimur.* (1. Corinth. 15. v. 52.) Et ideo credimus & carnis resurrectionem ; non tantum quia reparatur anima , quæ nunc propter carnales affectiones caro nominaatur ; sed hæc etiam visibilis caro , quæ naturaliter est caro , cuius nomen anima non propter naturam , sed propter affectiones carnales accepit. Hæc ergo visibilis , quæ proprie dicitur caro , sine dubitatione credenda est resurgere. Videlur enim Paulus Apostolus eam tanquam digito ostendere , cum dicit : *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.* (1. Corinth. 15. v. 53.) Cum enim dicit *hoc* , in eam quasi digitum intendit. Quod autem visibile est , id potest digito ostendi , quoniam posset etiam anima corruptibilis dici ; nam vitiis morum ipsa corrumpitur. *Et mortale hoc induere immortalitatem,* (Ibid.) cum legitur , eadem significatur visibilis caro , quia in eam velut identidem digitus intenditur. Potest enim & anima sicut corruptibilis propter morum vicia , ita etiam mortalis dici. Mors quippe animæ est *apostatare a Deo.* (Eccl. 10. v. 14.) quod primum ejus peccatum in paradiſo sacris literis continetur. Resurget igitur corpus secundum Christianam fidem , quæ fallere non potest. Quod cui videlur incredibile , qualis nunc sit caro , attendit , qualis autem futura sit , non considerat : quia illo tempore immutatio-

causam planta illa non modo non exuritur,
verum etiam magis viret, vernalque, cum

L 2 ad

tionis Angelicæ non jam caro erit & sanguis, sed tantum corpus. Cum enim de carne Apostolus loqueretur, *Alia* inquit, *caro pecorum, alia volucrum, alia piscium, alia serpentum, & corpora cœlestia, & corpora terrestria.* (1. Corinth. 15. v. 39.) Non enim dixit, & *caro cœlestis*; dixit autem & *cœlestia & terrestria corpora*. Omnis enim caro etiam corpus est, non autem omne corpus etiam caro est: primo in istis terrestribus; quoniam lignum corpus est, sed non caro: hominis autem, vel pecoris & corpus & caro est: in cœlestibus vero nulla caro, sed corpora simplicia & lucida, quæ appellat Apostolus spiritualia; nonnulli autem vocant ætherea. Et ideo non carnis resurrectioni contradicit illud, quod ait: *Caro & sanguis regnum Dei nou possidebunt.* (1. Corinth. 15. v. 59.) Sed quale futurum sit, quod nunc caro & sanguis est, prædicat. In qualem naturam quisquis hanc carnem converti posse non credit, gradibus ducendus est ad fidem. Si enim ab eo quæras, utrum terra in aquam possit converti? propter vicinitatem non ei videtur incredibile. Rursum si quæras, utrum aqua possit in aerem? neque hoc absurdum esse respondet; vicina enim sunt sibi. Et de aere si queratur, utrum in æthereum corpus, id est cœlesti possit mutari? jam ipsa vicinitas persuadet. Quod ergo per hos gradus posse fieri, concedit, ut terra in corpus æthereum convertatur, cur non accedente Dei voluntate, qua corpus humanum supra aquas potuit ambulare, celerime id fieri posse, quemadmodum dictum est, *in ictu oculi* (1. Corinth. 15. v. 54.) sine ullis talibus gradibus credat? sicut plerumque fumus in flamman mira celeritate convertitur. Caro enim nostra utique ex terra est: Philosophi autem, quorum argumentis sèpius resurrectioni carnis resistitur,

qui-

ad ejus radicem ignis foveatur , & latitet ?
 Quid sibi vult hoc miraculum ? Posuit nem-
 pe

quibus asserunt , nullum esse posse terrenum corpus in cœlo ,
 quodlibet corpus in omne corpus converti & mutari posse
 concedunt . Quia corporis resurrectione facta , a temporis
 conditione liberati , æterna vita ineffabili charitate atque
 stabilitate , sine corruptione perfruemur . Tunc enim fiet illud ,
 quod scriptum est : *Absorpta est mors in victoriam . Ubi est mors
 aculeus tuus ? ubi est mors contentio tua ?* (1. Corinth. 15. v.
 52.) , , Luculentius in Enchyridio ad Laurentium c. 84. & seqv.
 „ De resurrectione carnis inquit , non sicut quidam revixerunt ,
 iterumque sunt mortui , sed in æternam vitam , sicut Christi ipsius
 caro resurrexit , quemadmodum possim breviter disputare , &
 omnibus quæstionibus , quæ de hac re moveri assolent , satisface-
 re , non invenio . Resurrecturam tamen carnem omnium , quicun-
 que nati sunt , hominum , atque nascentur , & mortui sunt , atque
 morientur , nullo modo dubitare debet Christianus . Unde pri-
 mo occurrit de abortivis fœtibus quæstio , qui jam quidem nati
 sunt in utero matrum , sed nondum ita , ut jam possent renasci . Si
 enim resurrecturos eos dixerimus ; de iis qui jam formati sunt ,
 tolerari potest utcunque quod dicitur : informes vero abortus
 quis non proclivius perire arbitretur , sicut semina , quæ conce-
 pta non fuerint ? Sed quis negare audeat , et si affirmare non au-
 deat , id asturam resurrectionem , ut quidquid formæ defuit , im-
 pleatur ? Atque ita non desit perfectio , quæ accessura erant tem-
 pore , quemadmodum non erunt vicia , quæ accesserant tempore :
 ut neque in eo quod aptum & congruum dies allaturi fuerant , na-
 tura fraudetur ; neque in eo quod adversum atque contrarium
 dies attulerant , natura turpetur ; sed integretur , quod nondum
 erat integrum , sicut instaurabitur , quod fuerat viciatum . Ac
 per-

pe Deus futuræ illius diei indicium quod-dam , ut sciamus fore , ut igne cœlitus pluen-

L 3 te

per hoc scrupulosissime quidem inter doctissimos quæri ac disputari potest , quod utrum ab homine inveniri possit, ignoro, quando incipiat homo in utero vivere ? utrum sit quædam vita & occulta, quæ nondum motibus viventis appareat. Nam negare vixisse puerperia , quæ propterea membratim exsecantur , & ejiciuntur ex uteris prægnantium , ne matres quoque , si mortua ibi relinquantur , occident , impudentia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo vivere , ex illo utique jam mori potest. Mortuus vero , ubicunque illi mors potuit evenire , quomodo ad resurrectionem non pertineat mortuorum , reperire non possum. Neque enim & monstra , quæ nascuntur , & vivunt , quamlibet cito moriantur , aut resurrectura negabuntur , aut ita resurrectura credenda sunt , ac non potius correcta , emendataque natura. Absit enim , ut illum bimembrem , qui nuper natus est in Oriente , de quo & fratres fidelissimi , quod eum viderint , retulerunt , & sanctæ memoriae Hyeronimus Presbyter scriptum reliquit : (Ep. ad Vitalem) absit inquam , ut unum hominem duplum , ac non potius duos , quod futurum fuerat , si gemini nascerentur , resurrecturos existimemus. Ita cætera , quæ singuli quique partus vel amplius vel minus aliquid habendo , vel quædam nimia deformitate monstra dicuntur , ad humanæ naturæ figuram resurrectione revocabuntur ; ita ut singulæ animæ singula sua corpora obtineant , nullis cohærentibus , etiam quæ cohærentia nata fuerant , sed seorsim sibi singulis sua membra gestantibus , quibus humani corporis completur integritas. Non autem perit Deo terrena materies , de qua mortalium creatur caro : sed in quemlibet pulverem , cineremve solvatur , in quoslibet halitus aurasque diffugiat , in quamcunque aliorum corporum

te omnibus absumptis , corpora , quæ castitate claruerunt , & justitia , per ignem haud
se-

rum substantiam , vel in ipsa elementa vertatur ; in quorumcumque animalium , etiam hominum cibum cedat , carnemque mutetur , illi animæ humanæ punto temporis reddit , quæ illam primitus ut homo fieret , viveret , cresceret , animavit . Ipsa itaque terrena materies , quæ discedente anima fit cadaver , non ita resurrectione reparabitur , ut ea quæ dilabuntur , & in alias , atque alias aliarum rerum species , formasque vertuntur , quamvis ad corpus redeant , unde dilapsa sunt , ad easdem quoque corporis partes , ubi fuerunt , redire necesse sit . Alioquin si capillis reddit , quod tam crebra tonsura detraxit , si unguibus , quod toties dempsit exsectio : immoderata & indecens cogitantibus , & ideo resurrectionem carnis non credentibus occurrit deformitas . Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli aut igne liqueficeret , aut contereretur in pulverem , aut confunderetur in massam , & eam vellet artifex rursus ex illius materia quantitate reparare , nihil interesset ad ejus integratem , quæ particula materiæ cui membro statuæ redderetur , dum tamen totum , ex quo constituta fuerat , restituta resumeret ; ita Deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex , de toto quo caro nostra constiterat , eam mirabili & ineffabili celeritate restituet : nec aliquid attinebit ad ejus redintegrationem , utrum capilli ad capillos redeant , & unguis ad unguis : an quidquid eorum perierat , mutetur in carnem , & in partes alias corporis revocetur , curante artificis providentia , ne quid indecens fiat . Nec illud est consequens , ut ideo diversa sit statura reviviscentium singulorum , quia fuerat diversa viventium , aut macri cum eadem-macie , aut pingues cum eadem pinguedine reviviscant . Sed si hoc est in consilio Creatoris , ut in effigie sua cupusque pro-

fecus , ac per aquam frigidam , absque ullo
do-

proprietas , & discernibilis similitudo servetur ; in cæteris autem corporis bonis æqualia cuncta reddantur ; ita modificabitur illa in unoquoque materies , ut nec aliquid ex ea pereat , & quod alicui defuerit , ille suppleat , qui etiam de nihilo potuit , quod voluit operari . Si autem in corporibus resurgentium rationabilis inæqualitas erit , sicut est vocum , quibus cantus impletur ; hoc fiet cuique de materie corporis sui , quod & hominem reddat Angelicis cœtibus , & nihil inconveniens eorum ingrat sensibus . Indecorum quippe aliquid ibi non erit ; sed quidquid futurum est , hoc decebit , quia nec futurum est , si non decebit . Resurgent igitur Sanctorum corpora sine ullo vicio , sine ulla deformitate , sicut sine ulla corruptione , onere , difficultate : in quibus tanta facilitas , quanta felicitas erit . Propter quod & spiritalia dicta sunt , cum procul dubio corpora sint futura , non spiritus . Sed sicut nunc corpus animale dicitur , quod tamen corpus , non anima est ; ita tunc spiritale corpus erit , corpus tamen , non spiritus erit . Proinde quantum attinet ad corruptionem , quæ nunc aggravat animam , & ad vicia , quibus caro adversus spiritum concupiscit , tunc non erit caro , sed corpus : quia & cœlestia corpora perhibentur . Propter quod dictum est : *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.* (1. Corinth. 15. v. 50.) Et tanquam exponens , quid dixerit : *Neque corruptio inquit , incorruptionem possidebit.* (Ibid.) Qnod prius dixit , *Caro & sanguis* ; hoc posterius dixit , *corruptio* : & quod prius *regnum Dei* ; hoc posterius *incorruptionem* . Quantum autem attinet ad substantiam , etiam tunc caro erit . Propter quod & post resurrectionem Corpus Christi , Caro appellata est . Sed ideo ait Apostolus : *Seminatur corpus animale , resurget corpus*

spi-

dolor , & molestia ad ipsum dederuntur . ,

spiritale. (1. Corinth. 15. v. 44.) quoniam tanta erit tunc concordia carnis & spiritus , vificante spiritu sine sustentaculi aliquis indigentia subditam carnem , ut nihil nobis repugnet ex nobis ; sed sicut foris neminem , ita nec intus nos ipsos patiamur inimicos . Quicunque vero ab illa perditionis massa , quæ facta est per hominem primum , non liberantur per unum Mediato-rem Dei & hominum , resurgent quidem etiam ipsi , unusquisque cum sua carne , sed ut cum diabolo & ejus angelis puniantur . Utrum sane ipsi cum viciis , & deformitatibus suorum corporum resurgent , quæcunque in eis viciosa & deformia membra gestarunt , in requirendo laborare quid opus est ? Neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo , vel pulchritudo , quorum erit certa & sempiterna damnatio . Nec moveat , quomodo in eis erit corpus incorruptibile , si dolere poterit : aut quomodo corruptibile , si mori non poterit . Non est enim vera vita , nisi ubi feliciter vivitur ; nec vera incorruptionis salus nullo dolore corruptitur . Ubi autem infelix mori non sinitur , ut ita dicam , mors ipsa non moritur ; & ubi dolor perpetuus non intermit , sed affigit , ipsa corruptio non finitur . Hæc in sanctis Scripturis secunda mors dicitur . Nec prima tamen , qua suum corpus anima relinquere cogitur , nec secunda , qua pœnale corpus anima relinquere non permittitur , homini accidisset , si nemo peccasset . Mitissima sane omnium pœna est eorum , qui præter peccatum , quod originale traxerunt , nullum insuper addiderunt : & in cæteris , qui addiderunt , tanto quisque tolerabiliorem habebit damnationem , quanto hic minorem habuit iniquitatem . ,

Hactenus Augustinus.

IN ACTIS ET SCRIPTIS SANCTI
GREGORII.

Errata

- Pag. 17. Annot. v. 21. Manassen.
 Pag. 41. Annot. 25. v. 5. Abratum.
 Pag. 66. Annot. v. 2. Nocti.
 Pag. 67. Annot. v. 6. Noctianos.
 Pag. 70. v. 27. æque.
 Pag. 79. Annot. v. 19. Oæsim.
 Pag. 83. v. 15. Bocli.
 Pag. 88. Annot. v. 8. Cunomii.
 Pag. 96. Annot. v. 14. Samosato.
 Pag. 106. v. 17. II.
 Pag. 107. Annot. v. 1. Noctus.
 Pag. 127. Annot. v. 1. Mocchis.
 Pag. 149. v. 4. docentes.
 Pag. 150. v. ult. refciebat.
 Pag. 152. v. 12. Herdense.
 Pag. 161. v. 7. Hincmerum.

IN ACTIS ET SCRIPTIS S. DIONYSII.

- Pag. 2. v. 16. vel exitum.
 Ibid. v. 24. provisone.
 Pag. 29. Annot. v. 5. sed.
 Pag. 31. Annot. 14. v. 14. inventa.
 Pag. 49. v. 11. Marcotamque.
 Pag. 54. Annot. v. 6. 25tae.
 Pag. 65. Annot. v. 4. Gundebado.
 Pag. 73. Annot. v. 7. Bosphonetico.
 Pag. 80. Annot. v. 23. suburbicanarum.
 Pag. 93. v. 17. quid in.
 Pag. 97. Annot. v. 8. Dominus.
 Pag. 112. Annot. v. 6. si.
 Pag. 125. Annot. v. ult. idælothytæ.
 Pag. 126. Annot. v. 16. Baloch.
 Pag. 127. v. 9. Evangelium.
 Pag. 136. Annot. v. 6. Armageola.

IN ACTIS ET SCRIPTIS S. METHODII.

- Pag. 13. v. 17. æque.
 Pag. 24. Annot. v. 17. e cœlorum corpore. e cœlo cum corpore.
 Pag. 53. v. 12. primitivam.
 Pag. 57. v. 18. & 19. sacramque.
 Ead. pag. v. 24. Nochor.
 Pag. 95. v. 24. ingressa.
 Pag. 105. Annot. v. 10. Oſe. 72.

Corrigē.

- Manahen.
 Abrutum.
 Noeti
 Noetianos
 ægre.
 Oafim.
 Procli.
 Eunomii.
 Samosata.
 XI.
 Noetus.
 Mœchis.
 dolentes.
 nesciebat.
 Ilerdense.
 Hincmarum.

vel initium.
 provisorie.
 ut.

- invecta.
 Mareotamque.
 225tae.
 Gundebaldo.
 Prophphoneticō.
 Suburbicariarum.
 quid ni.
 Domini.
 hic.
 idælothytæ.
 Balach.
 Angelum.
 Armagedon.


METHODII.

- ægre.
 primitivum.
 Saramque.
 Nachor.
 impressa.
 Oſe. 12.

Cætera benevolus Lector facile corriget.









P
r
i
n
t
i
n
g
S
e
r

